00083007

Digitized with financial assistance from
Dr. Devangana J. Desai
on 14 February, 2019

ARSACIDARUM IMPERIUM,

SIVE

REGUM PARTHORUM HISTORIA.

Ad fidem Numiſmatum accommodata.

Per J. *FOY VAILLANT, Bellov. Doctorem Medicum, & Regis Antiquarium, ac Sereniſſimi Cenomenſium Ducis, Gazæ Præfectum.*

TOMUS PRIMUS.

~~83006~~
83007

PARISIIS,

Sumptibus CAROLI MOETTE Bibliopolæ, via vulgò *de la Bouclerie*, ad inſigne Sancti Alexii, propè Pontem Sancti Michaelis.

M. DCCXXV.

Cum Approbatione & Privilegio Regis.

Lal 937
Vai/Ats
83007
00083007

AD LECTOREM.

ANTE duos hoſce annos C. M. inſignis Bibliopola Pariſinus, Vir bonorum Librorum & *indagator* percurioſus, & optimus æſtimator, fortè fortunâ in ARSACIDARUM & ACHÆMENIDARUM Hiſtorias incidit; Clariſſimi Doctiſſimique Viri JOHANNIS VAILLANTII, Doctoris Medici, manu exaratas, necnon ab eo per Nummos, quotquot ſaltem ad nos pervenêre, contextas. Ac ſtatim quidem rectè intellexit, cujuſnam pretii eſſent tales lucubrationes: eamque ob cauſam, neque curæ, neque impenſæ ulli pepercit, quò illas ſibi compararet, & quàmprimùm prœlo ſummitteret. At, poſtquàm præventum morte VAILLANTIUM duobus iis Operibus manum extremam imponere non potuiſſe; atque, in primis, AR-

AD LECTOREM.

SACIDARUM Hiſtoriam permultis, iiſque fœdiſſimis, mendis ſcaturire comperit; eam accuratius examinandam atque emendandam mihi demandavit. Quod quidem onus, propter veterem neceſſitudinem amiciſſimi Viri, mihique communione ſtudiorum conjunctiſſimi, libenter in me recepi. Atque in eo labore menſes non minùs octo conſumpti: tanta undique adſurgebat difficultatum moles. Attamen intra id temporis ſpatium haud infeliciter, ut puto, opus ad umbilicum uſque perduxi, eique, ut aiunt, Colophonem impoſui. Ac tunc quidem in lucem emittere ARSACIDARUM Hiſtoriam Bibliopola potuit. Forſitan & debuit. Sed, quoniam ACHÆMENIDARUM Hiſtoria expendenda quoque erat attentiùs, idque agere mihi per alia negotia non licebat; eam operam Docto cuidam Viro ex amicis commiſit. Dum verò hæc aguntur, alter jam annus vertitur. Mera hæc cauſa dilationis fuit. Certè, ſi potuiſſet, DOCTISSIME LECTOR, maturiùs deſiderio tuo ſatisfacturus fuit. Ignoſce igitur culpæ, ſi qua tamen eſt culpa. Namque, ut probè noſti, *Sat citò, ſi ſat benè.*

AD LECTOREM.

Quin etiam prudens volebat Bibliopola, ut quas Hominis Clariſſimi lucubrationes ſimul comparaverat, eædem unà ambæ prodirent in lucem, tanquam unico editus partu gemellus doctiſſimi ingenii fœtus ultimus. Eâne in re, quæſo, peccavit? Minimè. Fecit enim, ut *tibi magis* placeret: videlicet, ut hæ *poſthumæ* VAILLANTII Lucubrationes & Auctore ſuo & te ipſo factæ digniores, oculis tuis ſubjici non erubeſcerent. In *quo*, non vituperio, ſed *ſummâ* ſanè laude proſequi eum omnes debent, quicumque Litteras amant, & colunt Litteratos.

Jam verò, quantus Vir in Republica Litteraria fuerit JOHANNES VAILLANTIUS, inter Eruditos venerandæ Antiquitatis amantes nullus ignorat. Atque ideò eſſe heîc ſuperſedendum laudibus *illius* exiſtimavimus, quem in indagandis retegendiſque antiquæ Rei Nummariæ Arcanis mira ſagacitas atque doctrina, quem denique plurimi libri editi ſatis ſuperque illuſtrârunt. Nil igitur aliud, Erudite Lector, heîc à nobis expectes, præter pauca quædam ſuper hâc

AD LECTOREM.

ARSACIDARUM Hiſtoriâ, per Nummos ab eodem Doctiſſimo Viro contextâ.

ARSACIDARUM, hoc eſt, oriundorum ab ARSACE Primo Parthorum Regum Imperium, à parvis quidem initiis ad tantam citò potentiam magnitudinemque pervenit, ut parum abſuerit, quin Romanum nomen omninò deleret ac ſubverteret. Hujus rei teſtes ſunt Craſſiana primùm, ac deindè Antoniana clades: & quæ illas ſubſecutæ ſunt variis temporibus aliæ non paucæ. Quibus certè victoriis ſuis ſi meliùs & conſultiùs uſi eſſent Parthi, Imperium Orbis terrarum à Romanis ad ſe attracturi planè fuêrunt.

NIL igitur, meo quidem judicio, ſcitu jucundius ac dignius eſſe poteſt, quàm potentiſſimæ & bellicoſiſſimæ Gentis Hiſtoria: quam, etſi à plurimis Scriptoribus Antiquis tentatam jampridem, ac memoriæ mandatam, temporum tamen injuria malè conſumpſit; &, ne ad nos pervenire poſſet, effecit.

Quales ergo ac quantæ habendæ ſunt JOHANNI VAILLANTIO gratiæ: qui, ſolis adjutus Fragmentis, iiſque non admodùm multis, quæ ſparſim in va-

riis

riis Hiſtoriæ Romanæ Scriptoribus, cùm Latinis, tùm Græcis, reperire eſt; ipſe quoque Hiſtoriam Parthorum non modò aggredi auſus ſit, ſed etiam velut è denſiſſimis tenebris atque ruderibus erutam, ab incunabulis Populi ad finem uſque Monarchiæ feliciter perduxerit, adeò recto ordine concinnatam, ut alter *Parthicæ* Hiſtoriæ Parens dici poſſe videatur? Quis enim alius, præter eum, reconditiora quæque Parthorum geſta inveſtigare, enucleare, tantâque luce perfundere unquam potuiſſet? Quis ſuum Regi cuique Nummum auſus eſſet adſignare: præſertim, cùm omnes Parthorum Reges, ſi pauculos excipias, ſolâ fermè ΑΡΣΑΚΟΥ appellatione in Nummis ſuis inſigniantur? Quis unquam alius, præter hunc ſagaciſſimum Virum, ex certis quibuſdam notulis, omnes penè fugientibus, Hiſtoricam veritatem elicuiſſet; Regeſque Parthos, ea ratione, alios ab aliis tam ſolerter, tam doctè, tam indubitatè diſcriminaſſet? Hæc tamen omnia, ac multò etiam majora in ſuâ hâc ARSACIDARUM Hiſtoriâ præſtitit VAILLANTIUS noſter. Noſtrum jure dico, quem Regia Inſ-

ſcriptionum atque Humaniorum Litterarum Academia in ſuorum numerum pridem adſciverat: quem de Re Antiquariâ luculenter differentem toties ſuſpexit: quem denique, etſi jam ſeniorem demortuum, veluti præmaturâ ſibi ereptum morte, etiamnum luget, æternumque lugebit.

PARTHICI Imperii Conditor fuit ARSACES, hujus nominis primus, qui Satrapiæ Munere priùs apud Bactros functus fuerat. *Hic*, circa Autumnum anni V. C. 498, hoc eſt, anni ante CHRISTUM *natum* ducenteſimi quinquageſimi ſexti; L. Manlio Vulſone & M. Attilio Regulo Conſulibus, Parthiam occupavit: tertioque Regni ſui & Æræ Arſacidarum anno, è vulnere in acie accepto moriens, Parthicum Regnum fratri ſuo Tiridati reliquit. Is per ſeptem & triginta annos ſummâ rerum potitus, ſupremum diem obiit anno Æræ Arſacidarum quadrageſimo, ante CHRISTUM verò ducenteſimo decimo ſeptimo.

Viginti & novem Parthi Reges à VAILLANTIO in hâc Arſacidarum Hiſtoriâ numerantur: quorum primus ARSACES, Imperii Parthici Conditor; à quo

omnes deinceps Reges ARSACIDÆ nuncupati: Poſtremus verò ARTABANUS IV.; qui, bello laceſſitus à Perſa quodam, ARTAXERXE nomine, infimæ ſortis Viro; ab eo in prælio occîditur anno V.C. 979. poſt CHRISTUM natum ducenteſimo vigeſimo ſexto: quarto verò Imperii Severi Alexandri Auguſti, *Juliæ* Mamææ filii. Atque ad hunc modum unà cum ARTABANO IV. Regni Parthici, Regumque ARSACIDARUM finis. *Siccîne illud erat in fatis Parthorum*, ut *Imperium* eorum, quod à privato quidem, at ſanè Nobili Viro, ſumpſerat exordium; poſt annos quingentos, (totidem enim ferè annos ARSACIDARUM ſtetit Imperium) ab altero quoque privato, at ſordidiſſimo loco nato, funditùs everteretur, atque ad Perſas transferretur? Quod quidem ineluctabili quodam Divinæ Providentiæ conſilio *factum* putem, tam turpi, tam inexpectato occaſu nimiam ferocientis Populi ſuperbiam, inſanumque faſtum contundentis.

Hoc pacto, ultimo ARSACIDARUM ARTABANO IV. devicto ſimul atque extincto, victor ARTA-

AD LECTOREM.

XERXES Perſa, Parthicum occupavit Imperium; quod, patris ſui gratiâ, PERSICUM appellavit, ARSACIS tamen nomine ſervato: videlicet, ut Parthos faciliùs demereretur, hujus appellationis ſtudioſiſſimos, & ARSACIDAS miro amore atque obſequio ſemper antea proſecutos. Quòd autem Artaxerxes nomen ARSACIS adſumpſerit, teſtantur planè Nummi; cùm ipſius Artaxerxis, tùm Saporis, filii ejus & ſucceſſoris; in quibus uterque ARSACES appellatur. Quod in Appendice de Perſarum *Regibus*, Hiſtoriæ ARSACIDARUM ſubtextâ, videre eſt.

Eâ autem ratione VAILLANTIUS totum hoc opus digeſſit. Primas obtinet ARSACIDARUM HISTORIA: quam proximè ſubſequitur APPENDIX DE PERSARUM REGIBUS, qui, poſt Imperii Parthici excidium, Parthis imperitavêre. Appendicis verò calci adpoſitus eſt, Corollarii vice, ELENCHUS REGUM ARMENIÆ MAJORIS; eam præſertim ob cauſam, quòd Armeniorum Hiſtoria cum Parthicâ arctiſſimis vinculis connexa eſſe videatur.

Non abs re fuerit, ſi, poſtquam Imperii Arſacida-

rum initia, progreſſus, exitumque leviter, & quaſi currente calamo, perſtrinximus, pauca nunc de eorumdem Nummis dicamus. Novem & viginti numero fuiſſe Reges Parthorum ſuprà jam obſervavimus. Ex iis autem quinque dumtaxat apud Scriptores leguntur, quorum Nummi nondum ad nos pervenerunt: *ſcilicet*, PHRIAPATIUS, Rex Parthorum IV^us: V^us, PHRAHATES I.: VIII^us, ARTABANUS II.: XVI^us, PHRAHATACES: ac *XVII^us*, *ORODES II.* Re*liquis* omnibus ſui ſunt peculiares Nummi: ut diſertiſſimè probat VAILLANTIUS. Verùm enim verò hi omnes Nummi, ſive materiam, ſive rudiorem fabricam, ac barbariem undique redolentem ſpectes; adeò inter ſe ſimiles ſunt; ut, primo intuitu, iidem prorſus eſſe videantur. Et certè, ſi paucos exceperis, qui Reges referunt, aut ætate diſparili *aut diſſimillimis planè lineamentis* oris; abſque Oedipo, vix ſecernere alium ab alio queas.

Nummi omnes Parthici inventu perquàm difficiles; ideòque rari in Cimeliis vel copioſiſſimis apparent. Hi Græcis litteris inſcripti ſemper occurrunt. Qui

quidem mos apud illam Gentem ita invaluerit, ut ..am poſt Imperii Parthici excidium permanſerit; ſaltem ſub primis Regibus Perſis. Siquidem & *Artaxerxes* Perſa, & ejus filius SAPOR Nummis ſuis Inſcriptiones Græcas adpoſuêre: quemadmodum fecerant priores Reges. At, mortuo SAPORE, id in uſu eſſe deſiit: omneſque ab eo deinceps Reges Perſæ, jam non ampliùs characteres Græcos, ſed Barbaros, nobiſque penitùs ignotos, *ſcilicet*, aut Parthicos, aut potiùs Perſicos uſurpârunt. Undè factum eſt, ut ..ujuſmodi Nummos, utpote nulli uſui, nulli emolu..ento Doctis futuros, conquirere VAILLANTIUS haud multùm ſtuduerit: præterquàmquòd repertu difficiles & ipſi quidem fuiſſent.

Superest ut de duobus haud levis ſanè momenti erroribus, *in quos* VAILLANTIUS incidit imprudens, nunc verba faciamus. Primus error in Vita VOLOGESIS II. occurrit, paginâ 325. Hiſtoriæ Arſacidarum, verſu 150. Ibi Vir doctiſſimus, ex Photio, ut ait, de ACHÆMENIDE quodam Rege Armeniorum mentionem facit; eumque quamvis Arſacida-

rum gente oriundum, nihilominùs, non à Parthorum Rege Vologeſe Secundo, propinquo ſuo; ſed ab Antonino Pio recipere diadema voluiſſe tradit; ac filium eſſe affirmat Parthamaſpatis, paterno Armeniæ Regno redditi ab Imperatore Hadriano Auguſto. Hæc partim vera, partim falſa. Conſtat enim Parthamaſpatem ab Hadriano Auguſto patrio Armeniæ Regno reſtitutum fuiſſe: ejuſque filium, imperante Antonino Pio, vixiſſe; atque ab optimo Imperatore Armeniæ quoque Regem eſſe renuntiatum. Hoc nempè teſtatur elegans ejuſdem Antonini Nummus æreus; in cujus aversâ parte togatus ſtat Imperator, Regiſque coram ſe ſtantis capiti diadema imponit, cum hâc epigraphe: REX ARMENIIS DATUS. S. C.

Quòd autem is ACHÆMENIDES vocatus fuerit, apud priſcos Auctores ne verbum quidem. Imò *Achæmenides*, ſive *Achæmenida*, proprium Viri nomen nunquàm fuit, ſed Gentilitium. *Achæmenides*-que ſimili ratione dictus eſt atque *Arſacides*; qui *Arſacem* gentis ſuæ auctorem adgnoſcebat. Mille alia ejuſmodi adduci poſſunt exempla: ſed unum hoc pro multis erit.

Videamus nunc, an, ut putat VAILLANTIUS, Vocabulum ACHÆMENIDEM Photius pro proprio Viri nomine uſurpârit. Photius, loco citato, refert Iamblichum Babylonium ſe eſſe teſtari, ac floruiſſe temporibus Soæmi Regis Armeniorum: hoc eſt, imperante Marco Antonino Philoſopho. Heîc adponenda ſunt ipſa Photii verba: quò faciliùs, quid in mente habuerit, detegi queat. Λέγει δὲ καὶ ἑαυτὸν Βαβυλώνιον εἶναι συγγραφεύς, καὶ μαθεῖν τὴν μαγικήν. Μαθεῖν δὲ καὶ τὴν Ἑλληνικὴν παιδείαν, καὶ ἀκμάζειν ἐπὶ Σοαίμου τοῦ Ἀχαιμενίδου τοῦ Ἀρσακίδου, ὃς βασιλεὺς ἦν ἐκ πατέρων βασιλέων. hoc eſt; „ Memoriæ quidem mandavit (Iamblichus) Babylonium „ ſe eſſe, ac magicam primùm didiciſſe: Poſtea verò „ Græcorum ſe quoque diſciplinas excoluiſſe; atque „ floruiſſe ſub Soæmo Achæmenidâ ſimul & Arſacidâ: „ qui quidem Rex Regibus erat oriundus. *Sub Soæmo Achæmenidâ ſimul & Arſacidâ:* id eſt, ſub Soæmo ab *Achæmene* Heroë, & ab *Arſace primo*, Imperii Parthici Conditore, oriundo. ARSACES enim ad ACHÆMENEM, Perſei filium, priſcæ Regum Perſarum gentis auctorem, originem referebat. Certè Auctor

AD LECTOREM.

Etymologici Magni hæc habet in voce ΑΧΑΙΜΕΝΗΣ. Ἀχαιμένης, ὁ ἥρως, ἀφ' οὗ καὶ οἱ Πέρσαι Ἀχαιμενίδαι Id eſt ; „ ACHÆMENES, Heros, „ à quo & Perſarum Reges Achæmenidæ nuncupati.

Ex quibus quis non intelligat, quàm malè, quàm ineptè reddiderint ἐπὶ Σοαίμου τοῦ Ἀχαιμενίδου τοῦ Ἀρσακίδου, qui ita verterunt: *Temporibus Soæmi Achæmenidis filii, Arſacæ nepotis?* Cùm enim non caperent *Achæmenidam Arſacidamque*, ambas heîc eſſe dictiones patronymicas, in unum Soæmum cadentes ; propria duorum virorum nomina putaverunt: duplicique errore, & *Achæmenidem* patrem, & avum *Arſacem*, qui numquam exſtiterint, Soæmo dedernnt ; atque in Regum Armeniorum Album ſuâ auctoritate retulerunt.

Atqui fortaſſis non pigebit heîc exponere, quæ & qualis fuerit illa Photii verſio, quæ vulgò ANDREÆ SCHOTTI nomine circumfertur. Is, Vir alioqui doctiſſimus, ſed tunc temporis adoleſcentiam vix egreſſus, in Antuerpiano, nî fallor, Societatis JESU Collegio Rhethoricam publicè docebat. Delectiſque ex diſ-

ipulis ſuis quibuſdam, qui Linguam Græcam calle-
ant, Photii è Græco in Latinum vertendi Provin-
am mandavit. Hi tirones, ut erant, quàmplùrimis
in locis Auctorem ſuum malè mulcârunt. Attamen
Operi utcumque lucubrato, atque, ut opinor, ne
relecto quidem, Andreas Schottus nomen ſuum præ-
figi paſſus eſt; eâque ratione illud quodammodo ad-
vit. Hinc factum eſt, ut tanti Viri auctoritas
LLANTIO imponeret, obſtaretque, ne verba
ca diligentiùs expenderet ac ponderaret. Ea
è primi hujus erroris origo exſtitit. Dele
r audacter, meo periculo, vocabulum ACHÆ-
NIDES; illiûſque loco N. litteram repone. Ejus
enim Regis, qui SOÆMUM genuit, nomen penitùs
ignoratur. Pari ratione in Elencho Regum Armeniæ
Majoris, paginâ 402, circa finem, deleto quoque
ACHÆMENIDIS nomini litteram N. ſubſtitue ante
hæc verba PARTHAMASPATIS filius. Item delenda
ſunt quæ ſequuntur: *Hujus Achæmenidis meminit Iam-
blichus apud Photium pag.* 242. Item delenda quoque:

AD LECTOREM.

SOÆMUS, Achæmenidis filius: eorumque loco reponenda ſunt hæc verba: SOÆMUS, ſuperioris Regis Anonymi filius, Parthamaſpatis nepos; *&* paterno Armeniæ, &c.

Primo VAILLANTII errore, recte, ut videtur, confutato, ad alterum jam veniendum eſt, qui in Elencho Regum Armeniæ Majoris, paginæ 404. initio, legentibus occurrit. Oritur is ex loco Sozomeni non ſatis intellecto. Qui quidem Sozomeni locus exſtat in capite octavo libri ſecundi Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. Ipſa Hiſtorici verba hæc ſunt. Ἐφεξῆς δὲ διὰ τῶν ὁμόρων φυλῶν τὸ δόγμα διέβη, καὶ εἰς πλῆθος ἐπέδωκεν. Ἀρμενίους δὲ πάλαι πρότερον ἐπυθόμην Χριστιανίσαι. Λέγεται γὰρ Τηριδάτην τὸν ἡγούμενον τούτου τοῦ ἔθνους, ἔκ τινος παραδόξου θεοσημείας συμβάσης περὶ τὸν αὐτοῦ οἶκον, ἅμα τε Χριστιανὸν γενέσθαι, καὶ πάντας τοὺς ἀρχομένους ὑφ' ἑνὶ κηρύγματι προστάξαι ὁμοίως θρησκεύειν. Id eſt:
„Poſtea verò Chriſtiana Religio ad finitimas gentes
„progreſſa, in immenſam multitudinem excrevit. Nam
„quod Armenios attinet, jamdudum antea eos Chriſti
fidem ſuſcepiſſe comperi. Aiunt enim Teridatem gen-

„ tis illius Regulum, occaſione cœleſtis cujuſdam portenti, quod in domo ipſius acciderat, & ipſum Chriſtianum eſſe factum, & Subditis omnibus palàm per præconem mandaſſe, ut eamdem Religionem colerent.

Ex his Sozomeni verbis, luce meridianâ clarioribus, apparet Chriſtianam Religionem multò ante Conſtantini Magni tempora ab Armeniis receptam. Undè igitur Doctiſſimus VAILLANTIUS hauſerit Armenios à vera Religione deſciviſſe, rursùmque ad Idolorum cultum deflexiſſe, non mihi ſatis liquet. Id enim nequaquàm dicit Sozomenus. At, poſtquàm in capite ſeptimo narravit, quâ ratione Hiberi, Populi ſupra Armenios ad Septentrionem habitantes, CHRISTI fidem ſuſcepiſſent, ac poſtea Legatos ad Imperatorem Conſtantinum miſiſſent, ſocietatem ac fœdus ei oblaturos; initio capitis octavi notat Chriſtianam deinceps Religionem ad finitimas gentes progreſſam, in immenſam multitudinem excreviſſe. Ac, ne fortè Armenios ex earum gentium numero fuiſſe

putes, quæ imperante Conſtantino Chriſtianam amplexæ ſint fidem; ſubdit ſtatim: Ἀρμενίους δὲ πάλιν πρότερον ἐπυθόμην Χριστιανίσαι. „ Nam quod Armenios attinet, „ jamdudum antea eos CHRISTI fidem ſuſcepiſſe „ comperi.

Igitur confitendum eſt VAILLANTIUM hæc Sozomeni verba infeliciter interpretatum eſſe: dum, quæ Eccleſiaſticus Scriptor narrat de antiquiore Tiridate, Armeniorum Rege, jamdudum anteà Chriſtianam religionem cum ſubditis ſibi Populis amplexo, ea revocat ad hunc Anonymum, qui temporibus Conſtantini Magni, imperabat Armeniis; quemque ideo nominat TIRIDATEM. Undè, meo quidem judicio, factum eſt, ut illam Armeniorum Apoſtaſiam comminiſci cogeretur, de quâ tamen nulla apud Hiſtoricos mentio. Namque ex eo, quod refert Euſebius lib. 9. *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ* capite octavo, elicitur Galerium Maximinum Auguſtum, Armenios, Chriſtianæ Religionis ſtudioſiſſimos, ad Simulacrorum cultum traducere per vim conatum quidem fuiſſe, at non

potuiſſe. Neque enim aliter intelligenda eſſe verba Hiſtorici videntur: cùm ſtatim ſubjungat hâc injuriâ Maximinum eos Populos, pro amicis inimicos, hoſtes pro ſociis effeciſſe. Ceterùm non dubium eſt, quin & is Euſebii locus, & prior Sozomeni, VAILLANTIUM in errorem induxerint; eique imaginariam illam Armeniorum apoſtaſin ſuppeditârint: dum, quod imperatum ſit, ideò factum autumârit.

Delenda ſunt igitur paginæ 404. initio, quæ ſequuntur: *TIRIDATES III. filius ſuperioris Regis Anonymi, patri ſuccedit. Hic, cùm Religionem Chriſtianam deſerere coacti fuiſſent Armenii; factuſque & ipſe eſſet Idolorum cultor; miraculo quodam percitus, Chriſti fidem ſub Conſtantino Magno amplectitur. Sozomenus Hiſt. Eccl. lib. 2. cap. 8.* Atque eorum loco reponenda: N..... ſuperioris Regis Anonymi filius, & ipſe Anonymus, patri ſuo in Armeniæ Regnum ſuccedit. De cujus Regno, rebuſque geſtis altiſſimum apud veteres Scriptores ſilentium. Item delenda ſunt hæc verba: *ARSACES III. Tiridatis III. filius*; eorumque loco

reponenda quæ ſequuntur: ARSACES III. ſuperioris Regis Anonymi filius, patri in Regnum ſucceſſit ſub Conſtantio Auguſto, &c.

Hæc ſunt, Erudite Lector, de quibus præmonendum te eſſe arbitrati ſumus: antequàm ad legendam hanc ARSACIDARUM Hiſtoriam accingereris. Labore noſtro, qualiſcumque eſt, fruere; &, ſi quid inter ſcribendum exciderit, benignus ignoſce; Homines enim *ſumus, non Dii*: mementoque, Humanum eſſe, peccare; Divinum, condonare. Vale.

REGIÆ
INSCRIPTIONUM ATQUE HUMANIORUM LITTERARUM
ACADEMIÆ
HANC
ARSACIDARUM ET ACHÆMENIDARUM REGUM
HISTORIAM
EX IPSORUM NUMMIS
CONTEXTAM,
JOH. FOY-VAILLANT, D. M.
OPUS POSTHUMUM:

OFFERT, D. D. C.

CAROLUS MORETTE,
Bibliopola Pariſienſis.

REGIÆ INSCRIPTIONUM

ATQUE

HUMANIORUM LITTERARUM

ACADEMIÆ

XXXX. VIRIS.

ILLUSTRISSIMI DOCTISSIMIQUE VIRI,

UBI *primùm haſce* ARSACIDARUM *atque* ACHÆMENIDARUM *Hiſtorias*, *Clariſſimi Viri* JOHANNIS VAILLANTII,

Socii quondam Veſtri, Opera poſthuma, comparare mihi licuit; eas ſtatim Amplissimo Nomini Vestro *dicare deſtinavi: utpote in quas, ceu Parentes decet, non maximam modò poteſtatem, verùm etiam, priſco Romanorum atque Gallorum more, jus habeatis vitæ & necis. Attamen duæ potiſſimùm res à meo me propoſito deterrebant; mea, mihi benè nota, tenuitas, ac ſumma, quæ debetur Vobis, reverentia. Cùm autem iis cogitationibus mens huc illuc circumacta diu fluctuâſſet; nec ſat adhuc compertum mihi eſſet, quid agerem; vicit tandem quod priùs animo propoſueram. Pervicit ſingularis illa atque egregia humanitas, quâ adeuntes ad Vos omnes frugi Viros excipitis, complectimini, confovêtis.*

Iis fretus exemplis, eâ ſpe adductus, Illustrissimi Viri, *has ambas Doctiſſimi* Vaillantii *Lucubrationes Poſthumas audeo Vobis offerre: nec planè dubito, quin audaciam meam æqui bonique conſulatis. Neque enim aliò derivandæ mihi viſæ ſunt tam ſalubres aquæ; ſed, ſecundùm fas omne, ad ſuum ipſæ fontem, undè ortum habuerint, potiùs eſſe revehendæ. Et certè quos alios mihi Patronos adſciſcam, quàm eos, quos omnes Litterati, etiam apud Exteras Gentes, uno ore, tamquam Reipublicæ Litterariæ Patres*

Conſcriptos ſuſpiciunt ac venerantur? Quibus aliis meliùs has nuncupem Lucubrationes, quàm iis Viris, quibus venerandа Antiquitas adeò benignè, adeò munificè Penetralia ſua recluſit; ut quodammodo iis ſolis pátère voluiſſe, eos ſolos Arcanorum ſuorum Interpretes delègiſſe videatur?

Jam verò quis inficiari queat docta omnia Opera Veſtri eſſe juris: atque ea præſertim, quæ, ut ita dicam, in medio Veſtrûm orta atque educata fuère. Hujus generis ſunt ambæ illæ Arsacidarum *&* Achæmenidarum *Hiſtoriæ, à Clariſſimo Viro* Johanne Vaillantio *per Nummos olim contextæ. Quin &* Arsacidarum *quidem Hiſtoriam duplici ratione,* Viri Illustrissimi, *vindicare poteſtis ut Veſtram: quippè quæ à Veſtrûm uno* Carolo Valesio, Hadriani *Filio, ab innumeris repurgata mendis, ac puriori fuerit Latinitate donata. Atque utinam emendandæ* Achæmenidarum *Hiſtoriæ talem quoque navare operam potuiſſet! Verùm, cùm id agere per alias occupationes ei non licêret, eam Provinciam uni ex amicis demandavi.*

Sed, ut ad Vaillantii *Hiſtorias revertar; Hæ, apud Vos natæ, meritò ad Vos, ceu ad legitimos, Patronos dicam, an Patres? confugiunt: Veſtra commendatione futuræ in poſterum ab invidiæ telis immunes. Ecquæ etenim malignus non car-*

pit livor? Is plerumque vel optimis obſtrepit Scriptis. Is vel præſtantiſſimos homines dicteriis gaudet elevare.

Quas igitur offero Vobis, Lucubrationes eruditiſſimas, eoque ſanè nomine, Vobis dignas, ſereno vultu excipite: dignamini hoſpitio. Has (Veſtræ enim ſunt) Paterno gremio fovetote. Has in Veſtram ſe clientelam commendantes defenſate. Procul ab his Zoïlos, inviſum genus, abigitote. Quæ ſi, uti ſpero feceritis; Eæ tanti umbrâ Nominis protectæ, Eruditis omnibus legendæ ſimul ac probandæ, ad extremos uſque Orbis Terrarum receſſus audenter pervolabunt. Quæcumque enim Veſtro priùs fuerint calculo comprobata; ea certè Doctis univerſis non placere non poſſunt.

Nunc verò propenſioris animi, benignitatiſque, queîs proſequi oblatum Munus haud dedignamini; partem aliquam & in me quoque redundare jubeatis, enixè Vos oro atque obteſtor. Hæc ſumma eſt votorum meorum: quippè qui ſim, ſuprà quàm Mortalium nemo umquam alius;

ILLUSTRISSIMI SPECTATISSIMIQUE VIRI,

PRÆSTANTISSIMO NOMINI VESTRO
Addictiſſimus & Devotiſſimus,
CAROLUS MOETTE.

CANON CHRONOLOGICUS
REGUM PARTHORUM.

ANNI.					
A. C.	V. C.	Sel.	Ars.	R. Parth.	
256	498	57	1	1	ARSACES Parthorum Regnum fundat.
255	499	58	2	2	Bellum contra Antiochi Dei Syriæ Regis Duces ſuſtinet.
254	500	59	3	3	Vulneratus in prælio, poſteà moritur.
253	501	60	4	1	TIRIDATES, Arſacis frater, huic in regnum ſuccedit.
252	502	61	5	2	
251	503	62	6	3	
250	504	63	7	4	
249	505	64	8	5	
248	506	65	9	6	
247	507	66	10	7	
246	508	67	11	8	Antiocho Deo extincto, Seleucus II. ejus F. regnat.
245	5 9	68	12	9	
244	510	69	13	10	
243	511	70	14	11	
242	512	71	15	12	Seuleucus contra Parthos proficiſcitur, eoſque ſubigit.
241	513	72	16	13	Tiridates, metu Seleuci ſolutus, in Parthiam redit.
240	514	73	17	14	Intermiſſis aliquandiu bellicis negotiis, ad firmandum Parthicum regnum ſe accingit.
239	515	74	18	15	
238	516	75	19	16	
237	517	76	20	17	Hyrcanorum regionem invadit.
236	518	77	21	18	
235	519	78	22	19	Diodotum Bactrianæ Regem formidat.
234	520	79	23	20	Cum ejus filio Diodoto, patre mortuo, pacem init.
233	521	80	24	21	Mediam ingreditur.
232	522	81	25	22	Seleucus, iterum in Parthiam profectus, novis motibus revocatur.
231	523	82	26	23	

ANNI.					
A.Ch.	V.C.	Sel.	Ars.	R. Parth.	
230	524	83	27	24	
229	525	84	28	25	Cum Tiridate congreditur, & capitur.
228	526	85	29	26	Regia cum magnificentia detentus habetur.
227	527	86	30	27	A Tiridate dimiſſus, dum redit in Syriam, moritur.
226	528	87	31	28	Seleucus III. patri in Syriæ regnum ſucced.
225	529	88	32	29	
224	530	89	33	30	Moritur Seleucus cognomine Ceraunus.
223	531	90	34	31	Antiochus M. ejus frater in Syriæ regnum ſuccedit.
222	532	91	35	32	Molo Mediæ & Alexander Perſidis Satrapæ deficiunt.
221	533	92	36	33	
220	534	93	37	34	
219	535	94	38	35	Antiochus III. Satrapas rebelles occidit.
218	536	95	39	36	
217	537	96	40	37	Tiridates placidâ morte obit.
216	538	97	41	1	ARTABANUS Tiridatis F. apud Parthos imperat.
215	539	98	42	2	
214	540	99	43	3	
213	541	100	44	4	
212	542	101	45	5	Mediam, profligato Epigene Satrapâ, ingreditur.
211	543	102	46	6	Antiochus in Artabanum arma movet.
210	544	103	47	7	Artabanus, relictâ Mediâ, in Parthiam ſe recipit.
209	545	104	48	8	Antiochus Hyrcaniam ingreditur.
208	546	105	49	9	
207	547	106	50	10	Poſt quinque annos pax inter Antiochum & Artabanum.
206	548	107	51	11	Parthus Antiochi ſocius contra Bactrianæ Regem.
205	549	108	52	12	Pax inter Antiochum & Euthydemum Bactrianæ.
204	550	109	53	13	Antiochus, ſuperato Caucaſo, Indorum fines penetrat.
203	551	110	54	14	In Carmaniam Perſidis, ibi hiematurus, redit.
202	552	111	55	15	
201	553	112	56	16	
200	554	113	57	17	

ANNI.					
A. C.	V. C.	Sel.	Arſ.	R. Parth.	
199	555	114	58	18	Bactrianæ Rex Euthydemus moritur.
198	556	115	59	19	Menander Euthydemi frater regnat loco Demetrii F.
197	557	116	60	20	Artabanus tranquillâ pace fruens moritur.
196	558	117	61	1	PHRIAPATIUS Artabani F. Parthium in regnum ſuccedit.
195	559	118	62	2	
194	560	119	63	3	
193	561	120	64	4	
192	562	121	65	5	
191	563	122	66	6	
190	564	123	67	7	Antiochus M. à Romanis prælio vincitur.
189	565	124	68	8	
188	566	125	69	9	
187	567	126	70	10	Moritur Antiochus M. eique Seleucus F. ſuccedit.
186	568	127	71	11	
185	569	128	72	12	
184	570	129	73	13	
183	571	130	74	14	
182	572	131	75	15	Phriapatius Arſaces obiit.
181	573	132	76	1	PHRAHATES Phriapatii F. Parthorum regnum occupat.
180	574	133	77	2	
179	575	134	78	3	
178	576	135	79	4	
177	577	136	80	5	Moritur Seleucus IV. cognomine Philopator.
176	578	137	81	6	Antiochus Epiphanes ejus frater Syriæ regnum arripit.
175	579	138	82	7	Phrahates Mardos *ingreditur & domat.*
174	580	139	83	8	Moritur Phrahates, & teſtamento filios præterit.
173	581	140	84	1	MITHRIDATES Phrahatis frater Parthicum regnum ſuſcipit.
172	582	141	85	2	
171	583	142	86	3	
170	584	143	87	4	
169	585	144	88	5	
168	586	145	89	6	
167	587	146	90	7	
166	588	147	91	8	Antiochus Epiphanes in Perſidem proficiſcitur.

ANNI.					
A. C.	V. C.	Sel.	Arſ.	R. Parth.	
165	589	148	92	9	In Elymaidem Prov. & Babylonem pervenit.
164	590	149	93	10	Moritur Epiphanes; & ei ſuccedit Antiochus F. Eupator.
163	591	150	94	11	Elymæi, Perſæ & Medi Reges proprios ſibi conſtituunt.
162	592	151	95	12	Mithridates Medos aggreditur, quos tandem ſubigit.
161	593	152	96	13	Occiſo Ant. Eupatore, Demetrius patris regnum recipit.
160	594	153	97	14	Timarchum Babylonis Præfectum occîdit ut rebellem.
159	595	154	98	15	Mithridates in Parthiam revertitur.
158	596	155	99	16	Heraclides Timarchi frater ejus mortem ulciſci meditatur.
157	597	156	100	17	Cum Alexandro Bala in Demetrium conſpirat.
156	598	157	101	18	Romam ambo proficiſcuntur.
155	599	158	102	19	Bala Rex Syriæ declaratur.
154	600	159	103	20	Alexander bellum Demetrio Soteri infert.
153	601	160	104	21	Mithridates, dum bello detinentur, Babylonem occupat.
152	602	161	105	22	Eucratides Bactrianæ Rex Indos ſubigit.
151	603	162	106	23	Alexander occîdit Demetrium in prælio.
150	604	163	107	24	Bala tandem Syriæ Rex proclamatur.
149	605	164	108	25	
148	606	165	109	26	
147	607	166	110	27	Eucratides filius patrem occîdit.
146	608	167	111	28	Mithridates Bactrianos capit. Demetrius patris regnum recuperat.
145	609	168	112	29	Bactriana dividitur in Provincias à Mithridate.
144	610	169	113	30	Ille penetrat in Indias.
143	611	170	114	31	Revertitur in Parthiam.
142	612	171	115	32	Babylonii Demetrium Nicatorem vocant.
141	613	172	116	33	Demetrius, trajecto Euphrate, ingreditur Meſopotamiam.
140	614	173	117	34	Mithridates contra Demetrium duces mittit.
139	215	174	118	35	Demetrius à Parthis captus ad Regem traducitur

Rhodogune

ANNI. A. Ch.	V. C.	Sel.	Arſ.	R. Parth.	
138	616	175	119	36	Rhodogune Mithridatis datur Demetrio in uxorem.
137	617	176	120	37	Mithridates in glorioſa ſenectute moritur.
136	618	177	121	1	PHRAHATES patri ſuccedit & Demetrium fugientem retrahit.
135	619	178	122	2	
134	620	179	123	3	
133	621	180	124	4	Demetrius iterum fugit & comprehenditur.
132	622	181	125	5	Antiochus Sidetes contra Parthos proficiſcitur.
131	623	182	126	6	Indatem Parthorum Ducem profligat ad Lycum.
130	624	183	127	7	Demetrio in regnum remiſſo ejus frater occiditur.
129	625	184	128	8	Phrahates in Syriam moturus Scytharum motibus revocatur.
128	626	185	129	9	Phrahates in prælio à [illegible]
127	627	186	130	1	ARTABANUS Phrahatis patruus ei ſuccedit.
126	628	187	131	2	Scythæ Nomades Bactrianæ Græcos internecione delent.
125	629	188	132	3	Artabanus contra Scythas profectus, ab iis occiditur.
124	630	189	133	1	MITHRIDATES II. Artabani F. ei ſuccedit.
123	631	190	134	2	Zebinna Syriæ uſurpator ab Antiocho in acie vincitur.
122	632	191	135	3	Antiochus à matre oblatum venenum bibere cogitur.
121	633	192	136	4	
120	634	193	137	5	
119	635	194	138	6	
118	636	195	139	7	
117	637	196	140	8	
116	638	197	141	9	
115	639	198	142	10	
114	640	199	143	11	Ant. Grypus ab Ant. Cyziceno fratre bello appetitur.
113	641	200	144	12	Cyzicenus prælio ſuperatur.
112	642	201	145	13	Repetita belli congreſſione Grypus vincitur.

ANNI.					
A. Ch.	V. C.	Sel.	Arſ.	R. Parth.	
111	643	202	146	14	
110	644	203	147	15	Cyzicenus ſe ad crapulas & luxum convertit.
109	645	204	148	16	
108	646	205	149	17	
107	647	206	150	18	
106	648	207	151	19	
105	649	208	152	20	Bellum inter fratres Syriæ Reges redintegratur.
104	650	209	153	21	Zoilus tyrannide Ultratonis turrim occupat.
103	651	210	154	22	Alexander Lannæus Judææ Rex Syriæ urbes invadit.
102	652	211	155	23	
101	653	212	156	24	Arabes Syriam latrociniis infeſtant.
100	654	213	157	25	
99	655	214	158	26	
98	656	215	159	27	Grypus ab Heracleone Berocæo occiditur.
97	657	216	160	28	Seleucus ejus F. contra Cyzicenum patruum movet.
96	658	217	161	29	Cyzicenus vincitur, & ſe occîdit. Euſebes ejus F. huic ſuccedit.
95	659	218	162	30	Mithridates Arſaces Armeniis bellum infert. Seleucus perit.
94	660	219	163	31	Ant. Philadelphus Seleuco fratri ſuccedit & vincitur ab Euſebe.
93	661	220	164	32	Philippus Grypi filius 3. fratri Philadelpho ſuccedit.
92	662	221	165	33	Orobazus Mithridatis legatus ad Syllam.
91	663	222	166	34	Cyzicenus à Parthis in Syriam reducitur.
90	664	223	167	35	Demetrius Eucærus à Mithridate Parthorum Duce capitur.
89	665	224	168	36	Antiochus Grypi filius V. Syriæ partem occupat.
88	666	225	169	37	Mithridates Parthorum Rex moritur.
87	667	226	170	1	MNASKIRES Phrahatis I. filius patrueli Mithridati ſuccedit.
86	668	227	171	2	Civilia bella inter Mnaſkirem & Sinatroekem.
85	669	228	172	3	Philippus, mortuis fratribus, cum Euſebe bellum renovat.

ANNI.

A. Ch.	V. C.	Sel.	Ars.	R. Parth.	
84	670	229	173	4	Tigranes Rex Armeniæ pro Rege accerſitur.
83	671	230	174	5	Aretas Arabum Rex Cæleſyriæ regnum invadit.
82	672	231	175	6	Plurimæ urbes Syriæ à *Tyrannis* occupantur.
81	673	232	176	7	
80	674	233	177	8	
79	675	234	178	9	
78	676	235	179	10	
77	677	236	180	11	Mnaſkires moritur anno ætatis 96.
76	678	237	181	1	SINATROCKES Mithridatis I. filius Mnaſkiri patrueli ſuccedit.
75	679	238	182	2	
74	680	239	183	3	
73	681	240	184	4	
72	682	241	185	5	Sinatrockes Phrahatem III. F. regno & exercitui præfuit.
71	683	242	186	6	Phrahates infauſto ſucceſſu bellum Armeniis infert.
70	684	243	187	7	Sinatrockes Parthorum Rex obit.
69	685	244	188	1	PHRAHATES III. ei ſuccedit, & Legatos ad Lucullum mittit.
68	686	245	189	2	Lucullus Niſibim Parthis à Tigrane ademptam capit.
67	687	246	190	3	Belli imperium Lucullo abrogatur.
66	688	247	191	4	Pompeius Lucullo ſuccedit & renovat cum Phrahate ſocietatem.
65	689	248	192	5	Phrahates in Armeniam arma movet.
64	690	249	193	6	Cum Tigrane ſeniore bellum gerit.
63	691	250	194	7	*Syriæ* regnum in Provinciam R. à Pompeio redigitur.
62	692		195	8	Tigranes junior Phrahatis gener in triumphum ducitur.
61	693		196	9	Phrahates moritur, veneno à filiis propinato.
60	694		197	1	MITHRIDATES III. Phrahatis F. bellum Armeniis infert.
59	695		198	2	Orodes ejus frater res novas molitus, fugit in exilium.
58	696		199	3	Mithridates pellitur ob crudelitatem; revocatur Orodes.

ANNI.				
A. Ch.	V. C.	Arſ.	R. Parth.	
57	697	200	4	Media exturbatus Mithridates profugit ad Gabinium in Syriam.
56	698	201	5	Deluſus à Gabinio, per Arabas Babyloniam recuperat.
55	699	202	6	Orodes Mithridatem diu obſidet.
54	700	203	7	Mithridates ſe fratri committit; quem Orodes occidi jubet.
53	701	204	1	Orodes delet Craſſum menſe Junio.
52	702	205	2	Primo vere Parthi invadunt Syriam; quos repellit Caſſius.
51	703	206	3	Pacorus Orodis F. cum Oſacein Syriam redeunt.
50	704	207	4	Parthi in Syriam reverſi, Babulum obſident, poſtea abeunt.
49	705	208	5	Pompeius in bello civili ab Orode auxilium adverſus Cæſarem poſtulat.
48	706	209	6	Cæſari Orodes inviſus quòd non juviſſet Pompeium.
47	707	210	7	Cæſar victo Pharnace, in Parthos Syriæ minitantes vertere meditatur.
46	708	211	8	Parthi à Cæcilio Baſſo vocati, auxilium mittunt.
45	709	212	9	Bellum Parthicun Romæ decretum.
44	710	213	10	Cæſar Idid. Martii occiditur, cui bellum illud demandatum erat.
43	711	214	11	Caſſius in Syriam venit, & auxilium à Parthis recipit.
42	712	215	12	Labienus ad Parthos miſſus, cum iis moratur.
41	713	216	13	Orodem ab bellum Romanis inferendum ſollicitat.
40	714	217	14	Parthus Orodem F. cum Labieno contra eos mittit.
39	715	218	15	Ventidius Labienum & Phranaſpatem Ducem occîdit.
38	716	219	16	De Parthis triumphat Ventidius Romæ.
37	717	220	17	Orodes ob ingentem dolorem ex interitu Pacori filii perceptum, hydrops factus moritur.
36	718	221	1	Phrahates IV. Orodi patri ſuccedit, cui Antonius bellum infert.
35	719	222	2	Antonius iterum cum Artavaſde Medorum Rege congreditur.

Artavaſdes

ANNI.

A. Ch.	V. C.	Arſ.	Parth.	
34	720	223	3	Artavaſdes Armeniæ Rex dolo capitur ab Antonio.
33	721	224	4	Antonius Alexandro F. Parthorum regnum adſignat.
32	722	225	5	Phrahates, Antonio & Auguſto bello civili diſtentis, Armeniam & Mediam invadit.
31	723	226	6	Tiridates contra Phrahatem inſurgit, Artavaſdes Mediam recipit.
30	724	227	7	Fugatus à Phrahate Tiridates in Syriam ſe recipit.
29	725	228	8	Phrahates victoriâ inſolentior factus, pellitur à Parthis.
28	726	229	9	Tiridates ex Syria revocatur ad ſolium.
27	727	230	10	Phrahates Scytharum auxilio regnum recuperat.
26	728	231	11	Tiridates in Hiſpaniam cum Phrahatis F. ad Auguſtum venit.
25	729	232	12	Auguſtus ex Hiſpania cum Tiridate redit.
24	730	233	13	Phrahatis filius ad patrem remiſſus, ancillante Thermuſa.
23	731	234	14	
22	732	235	15	
21	733	236	16	
20	734	237	17	Phrahates Thermuſam, ſuſcepto ex ea filio, ducit uxorem.
19	735	238	18	Artaxias Armeniæ Rex à propinquis dolo appetitus.
18	736	239	19	Tigranes Armeniæ Rex ab Auguſto præficitur, & Phrahates ſigna remittit.
17	737	240	20	Auguſtus templum Martis ad *ſuſpendenda ſigna* exſtruit.
16	738	241	21	
15	739	242	22	
14	740	243	23	
13	741	244	24	
12	742	245	25	Phrahates Titio Syriæ Præſidi filios obſides tradit.
11	743	246	26	Auguſtus illos publicè Romanis oſtendit.
10	744	247	27	
9	745	248	28	
8	746	249	29	
7	747	250	30	

ANNI.					
	A. Ch.	V. C.	Arſ.	R. Parth.	
	6	748	251	31	Tigrane mortuo, Armenia à Romanis alienata eſt.
	5	749	252	32	Artavaſdes Tigranis frater Armeniæ Rex imponitur ab Auguſto.
	4	750	253	33	
	3	751	254	34	
	2	752	255	35	Tigranes Tigranis F. auxilium à Phrahate petit, Armenii rebellant.
	1	753	256	36.	Caius Cæſar ad bellum Parthicum in Aſiam tranſmittitur.
Chr.	1	754	257	37	Conſulatum Antiochiæ init.
	2	755	258	38	Cum Phrahate ad ripas Euphratis colloquitur.
	3	756	269	39	Ad Artageras urbem vulneratur.
	4	757	260	40	Romam rediens Gaius moritur A. D. K. Mart. Limyræ in Licia Phrahates moritur. PHRAHATACES ejus F. ei ſuccedit, & occiditur paulò pòſt.
	5	758	261	41	ORODES II. Arſacida accitur ad ſolium, & poſt aliquot menſes interficitur.
	6	759	262	1	VONONES Phrahatis IV. filius Romæ obſes regnat.
	7	760	263	2	Romanis moribus imbutus, aliena à Parthis facit.
	8	761	264	3	Lecticâ per urbes pro equo utitur.
	9	762	265	4	Pœnitentia vocati Vononis Parthos ſubit.
	10	763	266	5	
	11	764	267	6	Artabanus à matre Arſacida Scythiæ Rex accitur ad regnum.
	12	765	268	7	Vonones Artabanum prælio ſuperat.
	13	766	279	8	Inſtauratis copiis Artabanus Vononem vincit.
	14	767	270	9	Recipitur Vonones ab Armeniis.
	15	768	271	1	ARTABANUS victo & expulſo Vonone Parthorum regnum ſuſcipit.
	16	769	272	2	Orodem filium Regem Armeniæ conſtituit.
	17	770	273	3	Tiberius de Armenia apud patres diſſerit, & eligitur Germanicus.
	18	771	274	4	Germanicus Orodem de Armenia deturbat, & Artaxiam ei præficit.
	19	772	275	5	Artabanus Legatos ad Germanicum mittit.
	20	773	276	6	Vonones fugit è Cilicia, & reprehenſus occiditur.

ANNI. Chr.	V. C.	Arſ.	R. Parth.	
21	774	277	7	Germanicus moritur & Artabanus, & Megiſtanum obſervat.
22	775	278	8	Provinciæ quædam ab Artabano deficiunt.
23	776	279	9	Babylonis Præfectus contra Judæos arma movet.
24	777	280	10	
25	778	281	11	
26	779	282	12	Fratres duo Judæi ad Artabanum veniunt.
27	780	283	13	
28	781	284	14	
29	782	285	15	Aſinæus alter ex his fratribus veneno extinguitur.
30	783	286	16	Anilæus alter Mithridatis Artabani generi vicos depopulatur.
31	784	287	17	
32	785	288	18	
33	786	289	19	
34	787	290	20	Anilæus tandem noctu deprehenſus occiditur.
35	788	291	21	Artabanus, Artaxia Armeniæ Rege mortuo, Arſacem F. huic regno præficit.
36	889	292	22	Parthi Romam veniunt, & Phrahatem Regem à Tiberio depoſcunt.
37	790	293	23	Tiridates à quibuſdam Parthis recipitur. Ab aliis revocatur Artabanus.
38	791	294	24	Artabanus, Tiberio mortuo, amicitiam Caligulæ petit.
39	792	295	25	Caligula Darium Artabani F. obſidem per Baianum pontem præfert.
40	793	296	26	
41	794	297	27	Caligula occiſus eſt A. D. 9. Kal. Febr. V. C. 794.
42	795	298	28	Izates Adiabenorum Rex obſides ad Artabanum mittit.
43	796	299	29	Moritur Artabanus. Gotarzes regnat, & ob crudelitatem accitur.
44	797	300	1	Bardanes, qui conſenſu fratris in regno remanet.
45	798	301	3	Seleucienſes rebelles poſt ſeptimum annum reducit.
46	799	302	4	Armeniam tentare non audet, contra Adiabenos fruſtra movet.
47	800	303	5	Moritur Bardanes, & iterum regnat Gotarzes.

Anni.				
Chr.	V. C.	Arſ.	R. Parth.	
48	801	304	2	Gotarzes ad cædes totus vertitur.
49	802	305	3	Legati Parthorum Romam ad petendum Regem Meherdatem veniunt.
50	803	306	4	Victus Meherdates; dein moritur Gotarzes, & Vonones regnat.
51	804	307	1	Vonones moritur; cui ſuccedit filius.
52	805	308	2	Vologeses. Is invadit Armeniam, & in ea Tiridatem fratrem conſtituere parat.
53	806	309	3	Rhadamiſtus Armeniam occupat vacuam.
54	807	310	4	Moritur Claudius. Parthi invadunt Armeniam.
55	808	311	5	Armeniorum Legati ad Neronem.
56	809	312	6	Corbulo à Nerone miſſus in Armeniam.
57	810	313	7	Vologeſes dat obſides.
58	811	314	8	Prolatatum inter Parthos & Romanos de Armenia obtinenda Bellum.
59	812	315	9	Corbulo Artaxata urbem capit.
60	813	316	10	Tigranes Armeniæ Rex à Romanis conſtituitur.
61	814	317	11	Vologeſes Tigranem fratrem ex Armenia pulſum queritur.
62	815	318	12	Parthorum Rex Romam Legatos mittit.
63	816	319	13	Tiridates in urbem venire conſtituit.
64	817	320	14	Romam ſummo apparatu ingreditur.
65	818	321	15	Armeniæ Rex appellatus, in eam ſe convertit.
66	819	322	16	Vologeſes in urbem à Nerone vocatus, venire recuſat.
67	820	323	17	Corbulo ex Syria rediens interfectus eſt. Nero moritur, & Pſeudo-Nero Aëtiam atque Aſiam exterret.
68	821	324	18	Vologeſes ad Veſpaſianum Legatos mittit Alexandriam.
69	822	325	19	Cæſennius Pætus Syriæ Legatus Romanos certiores facit de Antiochi cum Parthis foedere.
70	823	326	20	Tiridates Romam venire ſtatuit.
71	824	327	21	Capitur Antiochus, & ejus filii ad Vologeſem fugunt.
72	825	328	22	Vologeſes ad Veſpaſianum ſcribit de filiis Antiochi Regis.
73	826	329	23	Alanorum natio Vologeſi timorem incutit.
74	827	330	24	Rex ob Veſpaſiani reſponſionem iraſcitur.
75	828	331	25	

75

ANNI.				
Chr.	V. C.	Arſ.	R. Parth.	
73	826	329	23	Alanorum natio Vologeſi timorem incutit.
74	827	330	24	Rex ob Veſpaſiani reſponſionem iraſcitur.
75	828	331	25	
76	829	332	26	
77	830	333	27	
78	831	334	28	
79	832	335	29	Moritur Veſpaſianus A. D. VIII. Kal. Jul. V. C. 832.
80	833	336	30	Titus ejus filius Imperium ſuſcipit ſolus.
81	834	337	31	Moritur Titus.
82	835	338	32	Domitianus Titi frater ei in Imperium ſuccedit.
83	836	339	33	
84	837	340	34	
85	838	341	35	
86	839	342	36	
87	840	343	37	
88	841	344	38	
89	842	345	39	
90	843	346	40	Vologeſes moritur.
91	844	347	1	PACORUS primogenitus patri Vologeſi ſuccedit.
92	845	348	2	Domitiano timorem belli incutit.
93	846	349	3	Callidromus Piſtor Romanus Pacoro datus à Decebalo.
94	847	350	4	
95	848	351	5	
96	849	352	6	Domitianus A. D. 14. Kal. Oct. V. C. 49. occiditur.
97	850	353	7	Nerva ad Imperium ei ſuccedit.
98	851	354	8	Mortuo Nerva; Trajanus ab eo adoptatus imperat.
99	852	355	9	
100	853	356	10	
101	854	357	11	
102	855	358	12	
103	856	359	13	
104	857	360	14	
105	858	361	15	
106	859	362	16	
107	860	363	17	Moritur Pacorus, regnante Trajano.
108	861	364	1	CHOSROES ejus frater apud Parthos regnat.

ANNI.				
Ch.	V. C.	Arſ.	R. Parth.	
109	862	365	2	*Exedarem* Armeniæ Regem pellit.
110	863	366	3	Contra Abaiſſarum & Mannum Regulos bellum gerit.
111	864	367	4	Trajanus Conſulatum accipit, ut contra Parthos arma moveat.
112	865	368	5	Menſe Januarii Antiochiam ingreditur.
113	866	369	6	Edeſſam venit, & primùm Abgarum vidit.
114	867	370	7	Niſibin & Batna urbes capit, & Parthicus appellatur.
115	868	371	8	Cteſiphontem capit, confirmato Parthici nomine.
116	869	372	9	Deficiunt Meſopotamii & alii. Trajanus Regem Parthis dat.
117	870	373	10	Hadrianus Trajano ſuccedit, & ejus parta relinquit.
118	871	374	11	Choſroes pace cum Romanis fruitur.
119	872	375	12	
120	873	376	13	
121	874	377	14	
122	875	378	15	
123	876	379	16	
124	877	380	17	
125	878	381	18	
126	879	382	19	
127	880	383	20	
128	881	384	21	
129	882	385	22	Quod inter primos motus, colloquio Hadriani ſopitum eſt.
130	883	386	23	
131	884	387	24	
132	885	388	25	Hadrianus Meſopotamiis tributum remittit.
133	886	389	26	Moritur Choſroes.
134	887	390	1	VOLOGESES II. Choſrois F. patri ſuccedit.
135	888	391	2	Mittit Romam Legatos ut accuſarent Iberorum Regem.
136	889	392	3	Hadrianus Imp. apud Baias mortuus eſt.
137	890	393	4	Vologeſes, mortuo Hadriano, ad Antoninum Legatos mittit.
138	891	394	5	Parthemaſpate mortuo, ſuccedit Achæmenes in Armeniæ regnum.
139	892	395	6	Vologeſi Armeniæ inhianti minas intentat Imperator.

ANNI.				
Chr.	V. C.	Arſ.	R. Parth.	
140	893	396	7	Parthus ab Armeniæ bello deſiſtit.
141	894	397	8	
142	895	398	9	
143	896	399	10	
144	897	400	11	
145	898	401	12	
146	899	402	13	
147	900	403	14	
148	901	404	15	Vota decennalia pro Antonino Pio Romæ ſoluta.
149	902	405	16	
150	903	406	17	
151	904	407	18	
152	905	408	19	
153	906	409	20	
154	907	410	21	
155	908	411	22	
156	909	412	23	
157	910	413	24	
158	911	414	25	
159	912	415	26	Vota bicennalia pro Antonino Pio ſoluta.
160	913	416	27	
161	914	417	28	Vologeſes, mortuo Antonino Pio, ad Non. Martii bellum Armeniæ indicat.
162	915	418	29	L. Verus ad bellum Parthicum proficiſcitur.
163	916	419	30	Armenia per Priſcum Veri Legatum capta.
164	917	420	31	Vologeſes Vero in Syriam irrumpit, & à Caſſio ex ea ſummovetur.
165	918	421	32	Caſſius Tigrim tranſgreditur & Cteſiphontem depopulatur.
166	919	422	1	MONNESES Parthorum Rex conſtituitur.
167	920	423	33	VOLOGESES iterum regnat.
168	921	424	34	
169	922	425	35	Moritur L. Verus extremo anni menſe.
170	923	426	36	
171	924	427	37	
172	925	428	38	
173	926	429	39	
174	927	430	40	
175	928	431	41	
176	929	432	42	
177	930	433	43	

ANNI.				
Ch.	V. C.	Arſ.	R. Parth.	
178	931	434	44	
179	932	435	45	
180	933	436	46	Moritur M. Aurelius A. D. Kal. Aprilis.
181	934	437	47	Succedit ei in Imperium Commodus filius.
182	935	438	48	
183	936	439	49	
184	937	440	50	
185	938	441	51	
186	939	442	52	
187	940	443	53	
188	941	444	54	Moritur Vologeſes II.
189	942	445	1	VOLOGESES III. in Parthorum Imperium ſuccedit.
190	943	446	2	Sanatruci Armeniæ Regi bellum infert.
191	944	447	3	
192	945	448	4	Commodus occiditur poſt A. D. Kal. Januar.
193	946	449	5	Peſcennio Imperatori in Syria electo favet Vologeſes.
194	947	450	6	Ad Parthos fugiens Peſcennius, occiditur.
195	948	451	7	Expeditio Severi in Oſrhoenos, Arabes & Adiabenos.
196	949	452	8	Romam revertit Severus.
197	950	453	9	Parthi Meſopotamiæ urbes capiunt.
198	951	454	10	Severus in Parthos proficiſcitur, eoſque adoritur.
199	952	455	11	Captam Cteſiphontem non retinet, ſed diripiendam militibus concedit.
200	953	456	12	Iterum Abra ducit exercitum, hanc urbem obſeſſurus.
201	954	457	13	Antiochiam reverſus, ibi Conſulatum accipit.
202	955	458	14	
203	956	459	15	
204	957	460	16	
205	958	461	17	
206	959	462	18	
207	960	463	19	
208	961	464	20	
209	962	465	21	
210	963	466	22	
211	964	467	23	Severus Eboraci in Anglia ſupremum diem obit prid. Non. Febr.

Regnant

ANNI.				
Chr.	V. C.	Arſ.	R. Parth.	
212	965	468	24	Regnavit Caracalla & Geta fratres. Hic occiditur 5. Kal. Martii.
213	966	469	25	Moritur Vologeſes III.
214	967	470	1	ARTABANUS IV. Vologeſis filius ei ſuccedit.
215	968	471	2	Caracalla in Syriam venit.
216	969	472	3	In Ægyptum pergit.
217	970	473	4	Contra Artabanum inſidiis agit, Parthos plurimos occidit.
218	971	474	5	Caracalla ad 6. Idus Aprilis occiditur, contra Macrinum decertat Artabanus.
219	972	475	6	Pace inter Parthos & Romanos inita, Macrinus occiditur. Elagabalus regnat.
220	973	476	7	
221	974	477	8	
222	975	478	9	Moritur Elagabalus menſe Septembri & imperat Alex. Severus.
223	976	479	10	Artabanus Arſacem fratrem Armeniæ Regem conſtituit.
224	977	480	11	
225	978	481	12	Artaxerxes inſurgit contra Artabanum.
226	979	482	13	Occiditur Artabanus poſt Septembrem; atque unà cum eo Regni Parthici Regumque Parthorum finis.

STEMMA
POSTERIORIS FAMILIÆ ARSACIDARUM.

ARSACIDA
cujus nomen ignoratur.

19 ARS. ARTABANUS III. — 22 ARS. VONONES II.

ARS. Orodes. Rex Arm. — Darius. Rex Arm. — 20 ARS. GOTARZES. — 23 ARS. BARDANES. — 24 ARS. VOLOGESES.

Pacorus R. Med. — Tiridates. R. Arm.

Anonymus.

PARTHAMASPATES Parthiæ, deindè Armeniæ. — 26 ARS. CHOSROES. — 25 ARS. PACORUS.

27 MONESES. — 26 ARS. VOLOGESES II. — Parthamaſiris Rex Armeniæ.

28 ARS. VOLOGESES III. — Tiridates.

29 ARS. ARTABANUS IV. — Arſaces Rex Armeniæ.

STEMMA
PRIORIS FAMILIÆ ARSACIDARUM.

ARSACES privatus.

2
ARSACES Parthorum Rex. ARSACES TIRIDATES.

3
ARS. ARTABANUS.

4
ARS. PHRAAPATIUS.

8 5 6
ARS. ARTABANUS. ARS. PHRAHATES. ARS. MITHRIDATES.

9 10 7
ARS. MITHRIDATES II. ARS. MNASKIRES. ARS. PHRAHATES.

11
ARS. SINATROCKES.

12
ARS. PHRAHATES III.

13 14
ARS. MITHRIDATES III. ARS. ORODES.

15
PACORUS. ARS. PHRAHATES IV.

17 16 18
ARS. ORODES II. ARS. PHRAHATACES. Rodaſpes Phrahates. ARS. VONONES.

Soroſpades.

Arſ. Meherdates à Claudio Rex deſignatus. Tiridates à Tiberio Rex deſignatus.

INDEX,
PARTHORUM REGUM
cum eorum titulis.

1. ARSACES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΑΡΣΑΚΗΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
2. ARSACES TIRIDATES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΑΡΣΑΚΗΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
3. ARSACES ARTABANUS, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΑΡΣΑΚΗΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
4. ARSACES PHRIAPATIUS.
5. ARSACES PHRAHATES.
6. ARSACES MITHRIDATES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΑΡΣΑΚΗΣ ΘΕΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΔΙΚΑΙΟΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
7. ARSACES PHRAHATES II. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΑΡΣΑΚΗΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΞΕΙΝΙΟΣ ΘΕΟΡΑΤΩΡ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
8. ARSACES ARTABANUS II.
9. ARSACES MITHRIDATES II. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΣ ΑΡΣΑΚΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ.
10. ARSACES MNASKIRES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΜΕΓΑΛΟΣ ΑΡΣΑΚΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ.
11. ARSACES SINATROCKES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΡΣΑΚΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΘΕΟΠΑΤΩΡ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ.
12. ARSACES PHRAHATES III. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΑΡΣΑΚΗΣ ΜΕΓΑΛΟΣ ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΘΕΟΣ ΕΥΠΑΤΩΡ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
13. ARSACES MITHRIDATES III. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΗΣ, ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
14. ARSACES ORODES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΜΕΓΑΛΟΣ ΑΡΣΑΚΗΣ ΘΕΟΠΑΤΩΡ ΝΙΚΑΤΩΡ.
15. ARSACES PHRAHATES IV. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΜΕΓΑΛΟΣ ΑΡΣΑΚΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ.
16. ARSACES PHRAHATACES.
17. ARSACES ORODES II.
18. ARSACES VONONES ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.

19. ARSACES ARTABANUS, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΑΜΦΙΜΑΚΗΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
20. GOTARZES, ΜΕΓΑΛΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
21. ARSACES BARDANES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΠΑΝΑΡΙΣΤΗΣ ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
22. ARSACES VONONES, ΜΕΓΑΛΗΣ ΜΙΤΡΑΗΤΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
23. ARSACES VOLOGESES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
24. ARSACES PACORUS, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
25. ARSACES CHOSROES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΒΑΙΣΣΑΡΟΥ, *cum Aquila.*
26. ARSACES VOLOGESES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
27. ARSACES MONNESES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΣΟΤΗΡΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ.
28. ARSACES VOLOGESES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΔΙΚΑΙΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝ.
29. ARSACES ARTABANUS, Rex magnus.
30. ARTAXERXES, ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ.
31. ARSACES SAPOR.

ANNALES

ANNALES ARSACIDARUM.

ANNO ante Chriſtum 262. Urbis conditæ 492. Seleucidarum 50. *vel* 51. mortuo Antiocho Sotere Rege Syriæ, regnat filius ejus Antiochus, qui vocabatur Ο ΘΕΟΣ, id eſt Deus.

Iſte adverſus Ptolemæum Philadelphum, qui ſecundus imperabat Ægyptiis, geſſit bella quàmplurima, *& totis Babylonis atque Orientis viribus dimicavit.* Hieron. in cap. 11. Daniel ex Chron. Porphirii qui ſua à Sutorii Callinici Chronicis habuit.

Interim dum copiis & exercitibus vacui inermeſque Orientis Satrapæ remanent, Græci Bactrianam incolentes, Macedonum oſores rebellant. *Primum* (Græcus) *Euthydemus* Bactrianas vicinaſque regiones, fidei ſuæ commiſſas, ad defectionem pertraxit. Strabo lib. 11. pag. 515. Hic deindè obiit, cùm diadema ſumere non fuiſſet auſus; at ejus ſucceſſor Theodotus (ſeu Diodotus) primus ſe Regem appellari juſſit. Epit. Trog. lib. 41. & in Prologo ejuſdem libri. In Bactrianis à Diodoto Regnum conſtitutum eſt.

Arſaces & Tiridates fratres, Satraparum munere fungebantur apud Bactros (id eſt partem Bactrorum regebant), Agathocle Macedone Præfecturam adminiſtrante Perſicæ (latè ſumptæ pro omnibus Satrapiis ſeu regionibus Tranſtigritanis) Arrhianus teſtis in Parthicis apud Syncellum Chron. pag. 284. *Bactrianum fuiſſe Arſacem tradunt, & incrementa Diodoti fugit;*

(id eſt cùm non ſupereſſet ei quomodo reſiſtere poſſet Diodoto, fugit cum fratre ad Agathoclem.) Strabo lib. 11. pag. 515. & Arrhianus apud Syncellum. *Arſaces & Tiridates*, fratres, generis originem in Artaxerxem Perſarum quondam Principem referebant.

Artaxerxem, inquam Mnemonem, qui primùm appellabatur *Arſaces*. Cteſ. in frag. Perſ. pag. 652. Quidquid avus Darii Hyſtaſpidis Arſaces vocabatur apud Herod. lib. 1. cap. 209. & lib. 8. cap. 2. Indè argumentum non leve aſſumebant Arſacidæ ſuæ originis deducendæ ex priſcis Perſarum Regibus: at revera *incertæ originis* erat Arſaces. Ep. Trog. lib. 41. Erant tamen duo fratres Αρσακίδα τω υἱὼ Αρσάκȣ τȣ̃ φριαπάτȣ απογόνω, teſte Arrhiano in Parthicis apud Phot. Bibl. cod. 58. (ſic enim locum corruptum emendandum non dubito) id eſt Arſacidæ filii duo Arſacis Phriapatii nepotes. Phriapates ſeu & Phrapates, idem ac Aphra Pates, ſeu & Papatius; nam apud Perſas idem Aphra eſt ac Pa apud Turcas Scythaſque, ſcilicet elevatus, ſupremus, maximus, quæ nominibus propriis ut & Art præponuntur.

Hi Periclem (Agathocles nominatur apud Syncellum) quod altero fratrum per vim abuti fœdè conatus eſſet (ſed fruſtra διαμαρτήσας apud Syncellum) contumeliam *non ferentes, necarunt; conſciis etiam aliis quinque*. Arrh. in Parth. apud Phot. Cùm apertè rebellaſſet Arſaces regionem pauperrimam Parthiam, quam parvi fecerant Perſæ & Macedones, occupat Autumno ann. ant. C. 256. V. C. 498. Period. Julian. 4458. ineunte anno Seleucid. 57. cùm Romæ Conſulatum gererent *L. Mantius Vulſo & M. Attilius Regulus* (ſuffectus Cæditio qui in magiſtratu obierat) teſte Trogo Pompeio (apud Juſtinum lib 41.) cui optimè convenit cum Arrhiano: his enim Coſſ. regnabat Antiochus Theos. initium Arſacidarum non rectè diſtulit Uſſerium ad annum Periodi Julianæ 4464. V. C. 504. quo Coſ. Romæ fuit cum Vulſone II. C. Attilius Regulus; at teſte Trogo, non quidem C. Attilio Regulo & Vulſone II. ſed M. Attilio Regulo & Vulſone Coſſ. Parthii à Syro-Macedonibus defecêre. Ab hoc igitur anno exordium ſumit Æra Arſacidarum. Parthia (quæ Arſacem Regem ſuſcepit) ampla non erat, ut quæ à Perſis atque etiam Macedonibus cum Hyrcania fuerit cenſita. Strabo lib. 11. pag. 514. Ab eodem Arſace, ejus ſucceſſores Ar-

ſacidæ & Arſacæ dicti. Iſte verò Regno in Parthia potitus duobus annis occiditur. Arrhianus apud Syncellum. Arſacem primum ab ejuſdem fratre Strabo non diſtinguit lib. 11. pag. 515. nec diſtinxit Epitomator Juſtinus, qui multò in Parthica Hiſtoria confundit vel omittit contra mentem Autoris, Trogi ſcilicet, ut infrà demonſtrabimus.

Occiſus eſt Arſaces I. anno V. C. 500. ant. Ch. 254. Seleucid. ineunte an. 59. & Arſacid. 3. Regiam conſtituerat Urbem Hecatompylon, quæ vetus Regia Parthorum fuit, Curtius lib. 6. cap. 2. Urbs erat ea tempeſtate clara Hecatompylos, condita à Græcis; indè Arſaces, ut novorum ſubjectorum benevolentiam ſibi devinciret, ΦΙΛΕΛΛΗΝ appellari voluit, ut ex nummis patet.

Tiridates, qui Arſacis nomen aſſumpſit poſt mortem fratris, eidem ſucceſſit anno V. C. 254. ineunte anno 59 Seleuc. & Arſac. 3. Ab initio quidem *infirmus fuit*. Strabo lib. 11. pag. 515.

Anno ant. C. 243. V. C. 511. currente anno Seleuc. 69. Arſac. verò 15. Cùm Ptolemæus Evergetes Rex Ægypti, pacem in annos decem feciſſet cum Seleuco Callinico, filio & ſucceſſore Antiochi Thei; iſte expeditionem ſuſcipit contra Parthos, quos ſubigit. *Arſaces Callinicum fugiens ad Sacas ſeu Scythas Aſpaſiacos ſe contulit*; teſtis Strabo lib. 11. pag. 513. mox novis motibus Seleucus in Aſiam cis Euphratem revocatur.

Anno ſequenti ant. C. 242. rebus extra Taurum (reſpectu Syriæ) novatis quòd Syriæ & Mediæ Reges (Seleucus Callinicus & Antiochus Hyeraceius frater diſſiderent, quibus iſtæ regiones parebant; Arſaces Scytha (origine) Daos quoſdam obtinens, quos Parthos vocant Nomadas, qui ad Deum ayolebant. Parthiam invaſit & occupavit. Strabo lib. 11. pag. 515. Hic ſolitus latrocinio vivere & rapto, accepta opinione Seleucum à Gallis victum in Aſia (qui Galli ſuppetias Hieraci ferebant) ſolutus Regis metu cum prædonum manu Parthos ingreſſus præfectum eorum Andragoram (à Seleuco conſtitutum) oppreſſit, ſublatoque eo, Imperium gentis iterum ſupplicis invaſit. Epit. Trog. lib. 4.

Revocato Seleuco *novis motibus in Aſiam*, bellis nempe civilibus cum Antiocho Hierace dato luxamento, Regnum Par-

thicum firmat Arſaces, militem legit, caſtella munit, civitates firmat, urbem quoque Daram in monte Zapaortenon (Zaritum in regione Zapuaortene dicta, Plin. lib. 1. cap. 16.) condit. Hæc recitat Juſtinus ordine præpoſtero.

Non magno deindè pòſt tempore, Hyrcanorum quoque Regnum occupavit, Epit. Trog. ibid. Cùm diù & per annos multos bellum civile inter duos fratres Seleucidas exarſerit, his occupatus & diſtentus Seleucus, nec de expeditione Parthica cogitare, nec Arſaci metum incutere potuit. ant. C. 235. circumcirca.

Anno circiter 234. ant. C. V. C. 520. Seleuc. 77. Arſac. 23. Arſaces grandem exercitum parat metu Seleuci & Thedoti (ſeu Diodoti) Bactrianorum Regis, ſed citò morte Theodoti (primi ſcilicet) metu liberatus, cum filio ejus & ipſo Theodoto (appellato Diodoto ſecundo) fœdus ac pacem fecit. Epit. Trog. ibid.

Nec multò pòſt anno 233. circumcircà antè Æram Chriſti, Arſaces cum Seleuco Rege, ad defectores perſequendos veniente congreſſus, victor fuit; quem diem Parthi exindè ſolemnem, velut initium libertatis, obſervarunt. Epit. Trog. ibid. Seleucus expeditione in Mediam ſuſcepta cum Arſace bellum gerens, à Barbaro captus, & diu apud illum commoratus, habitus fuit regia prorsùs magnificentia & impenſa. Poſſid. Hiſt. lib. 16. apud Athen. Dipſon. lib. 4. pag. 153. Expedito ideò in Mediam ſuſcepto quòd Arſaces partem Mediæ jam occupaſſet. Parthia, inquit Strabo lib. 11. pag. 514. aucta fuit; partes ejus ſunt Canuſene & Chorene, ferè etiam quidquid eſt ad portas Caſpias & Aragos & Tapyros, *quæ olim Mediæ fuerant*. Eſt & Apamia & Heraclea urbes apud Ragas. Et pag. 524. Sunt Græcanicæ urbes in Media, à Macedonibus conditæ, Laodicea & Apamæa, quæ quidem prope Ragas eſt; & ipſa Raga condita (ſeu potiùs inſtaurata) à Nicatore, quam ipſe Europum appellavit, Parthi verò Arſaciam, Arſacis Magni nomine, qui eam ſui Juris fecit.

Anno ant. C. 217. V. C. 537. Seleuc. 96. ineunte verò Arſac. 39. *vel* 40. Arſaces conſtituto Regno decedit. Ep. Trog lib. 41. Regnavit annos 37. Arrhian. in Parthic. apud Syncellum. Arſaci Magno ſuccedit filius Arſaces & ipſe nomine, Ep. Trog. proprium tamen nomen ejus Artabanus erat, Prolog. lib. 41. Trog.

Anno ant. C 212. V. C. 542. Seleuc. 100. *v.* 101. Arſac. 40. *v* 41 juxta Chronologiam Uſſerianam, Antiochus M. Parthiam & Mediam invadit, expeditionemque ſuſcipit adverſùs Arſacem (Artabanum nomine) *Iſte adverſùs Antiochum* (Magnum) *Seleuci filium*, centum millibus peditum, & viginti millibus equitum inſtructum, mira virtute pugnavit; *ad poſtremum in ſocietatem aſſumptus eſt.* (Epit. Trog. lib. 41.) in ſocietatem, inquam, adverſùs Græcos Bactrianæ, quos opprimere cupiebat Antiochus; nam antè aliquot annos Diodotus II. Rex Bactrianorum, vita & regno privatus fuerat ab Euthydemo Magnete; teſtis Polybius frag. lib. 11. pag. 651. Καὶ γὰρ ἀυτος ἦν ο Ευθίδημος Μάγνης, erat vel aderat ipſe Euthydemus πρὸς ον απελογίζετο φασκονταίος, locus corruptus ſic emendandus προς τυτον απελογίζετο φασκωντιος, apud iſtum (Teleam Legatum Antiochi) defendebat ſe dicens, quòd Antiochus injuſtè conaretur ipſum è regno deturbare, cùm à Rege nequaquam deſciviſſet; ſed cùm alii deſciviſſent (Euthydemus ſenior & Diodotus I.) *eorum poſteros* (Diodotum II. ejuſque liberos aut fratres) ſuſtuliſſe, & Bactrianorum Imperium *hoc pacto obtinuiſſe* (Euthydemus iſte poſterior, non erat prioris Euthydemi vel Diodoti genere) hæc locutus Euthydemus Zeleam ad Anthiochum miſit.... qui pacis conditiones non invitus accepit.... Euthydemus Demetrium filium ſuum ad ſanciendum fœdus miſit; cujus indole Rex cùm eſſet delectatus, primo quidem unam è ſuis filiabus ſoli deſponſurum promiſit: deindè ejus patri Regis nominis uſurpandi fecit poteſtatem. Hæc contigere anno ant. C. 211. V. C. 593. Seleuc. 102. circiter.

Poſt Euthydemum in Bactriana regnavit Menander, non prædeceſſoris filius, ſed frater, aut propinquus.

Arſaces verò Artabanus, vicinorum Principum amicus & fœderatus, Parthis imperavit, tranquilla pace fruens: quot annis regnaverit, aut quo anno obierit, incertum; veteribus Hiſtoricis, Poſſidonio nempè, Apollodoro & Trogo, jam deperditis.

Anno ant. C. 35. V. C. 719. Arſac. 22. *vel* 21. Antonius adverſùs Parthos fœdus init cum Rege Medorum, cui diſſenſio cum Partho intercederat, at nullo ſucceſſu. Plut. in Anton. pag. 940.

Anno ant. C. 34. V. C. 720. Arſac. 22. *v.* 23. Antonius fraude captum Artavaſdem Regem Armeniæ, vinctum duxit Alexandriam, & Armeniam ſui juris facit.

Anno ant. C. 31. V. C. 723. Arſac. 25. *v.* 26. Antonius Alexandriæ filium ſuum & Cleopatræ Alexandrum appellat Regem Regum, cui tribuit Armeniam cum Media & Regno Parthorum, cùm ſubactum eſſet. Plutarch. in Anton. pag. 941. B.

Mediæ Rex Artavaſdes initio uſus Romanorum auxilio Parthos & Artaxem contra ſe profectos; deindè cùm & Antonius ſuos milites evocaſſet (belli civilis ergo) & iſtius milites non reddidiſſet, viciſſim ſuperatus, in poteſtatem hoſtium venit; ad hunc modum Armenia ſimul & Media amiſſa eſt. Ita Dio ſub finem lib. 49. Mediam mòx Artavaſdis liberi vel hæredes recuperaverunt, eandemque Atropatidæ regebant initio Imperii Tiberii, ut nos docet Strabo.

Hoc anno bellum civile exoritur inter Antonium & Cæſarem. Interim filius Artavaſdis Regnum paternum recuperat ope Parthorum; paulò pòſt quidam Tiridates inſurgit adversùs Phraatem, ambobus auxilium Cæſaris efflagitantibus, primùm dùm adhuc ſalvæ eſſent res Antonii, deindè pòſt navalem pugnam (Achaïam, quâ victus eſt Antonius die 3. Septembris) nil aliud Cæſar quàm deliberaturum ſe reſpondit. Dio lib. 51. pag. 456.

Anno ant. C. 30. V. C. 724. Arſac. 227. ſub finem hujuſce anni Juliani. Cùm Cæſar Ægypto capta, mortuis Antonio & Cleopatra, in Aſia hybernaret, negotium cum Parthis compoſuit; cùm enim Tiridates ab hoſte victus in Syriam confugiſſet, Legatos Phraates ad Cæſarem miſit, iiſque amicè reſpondit Cæſar; ac Tiridati auxilium quidem nullum promiſit, ut tamen in Syria verſaretur, conceſſit. Dio lib. 51. pag. 456.

Phraates victoriâ inſolentior redditus, cùm multa crudeliter conſuleret in exilium à populo ſuo pellitur. Epit. lib. 42. Trog. Parthi Tiridatem Regem conſtituunt, quem è Syria advocant.

Itaque cùm Phraates, magno tempore, finitimas civitates, ad poſtremum Scythas, precibus fatigaſſet, Scytharum maximo auxilio in Regnum reſtituitur. Tiridates verò cum magna

amicorum manu, ad Cæſarem, in Hiſpania bellum tunc temporis gerentem, anno ant. C. 24. V. C. 730. profugit; obſidem Cæſari minimum filium Phraatis offerens, quem negligentiùs cuſtoditum rapuerat. Ita Trog. Epit. lib. 42. Horatius Carm. lib. 1. Ode 26. meminit hujus Tiridatis, quem *unicè terrebat Gelidæ Orco Rex qui ſubacto metuebatur*, Scytharum videlicet.

At non ſatis accuratè ſcribit Epitomator Juſtinus, Tiridatem profugiſſe in Hiſpaniam tunc temporis gerentem: nam Cæſar, nondum extincto bello civili Parthico, jam bellum Hiſpanicum confecerat, teſte Horatio Carm. lib. 4. Od. 8.

Medus infeſtus ſibi luctuoſis
Diſſidet armis:
Servit Hiſpanæ vetus hoſtis oræ
Cantaber, ſera domitus catena.

Idem Poeta memorat lib. 2. Od.

Redditum Cyri ſolio Phraaten.

Anno ant. C. 23. V. C. 731. filium Phraatis à Tiridate beneficii loco acceptum, Romam adduxit, & obſidis loco habuit. Quæ tamen referre videtur Dio ad annum 734. Sed iſtud ordine præpoſtero relatum à Dione dubium non eſt. Quo cognito Phraates, Legatos ſtatim mittit ad Cæſarem, ſervum ſuum Tiridatem, & filium ſibi mitti poſtulat: Cæſar, & legationis Phraatis audita, & Tiridatis poſtulatis cognitis, neque Tiridatem daturum ſe Parthis dixit, neque adversùs Parthos Tiridati auxilium daturum. Phraati filium ſine pretio remiſit, & Tiridati quoad manere apud Romanos vellet, opulentum ſumptum præberi juſſit. Epit. lib. 42. Trog. Cùm Tiridates ac Legati à Phraate Romam advenirent, Tiridatem Phraati non tradidit, filium tamen Phraatis, quem priùs ab illo acceperat, patri remiſit, ut pro eo ſigna & captivos amiſſos cladibus Craſſi & Antonii recuperet. Dio ſub finem lib. 53. at promiſſis non ſtetit.

Anno ant. C. 20. V. C. 734. Artaxias Rex Armeniæ, à propinquis dolo occiſus eſt. Tiberius poſteà Imperator, cum legionibus, Tigranem Artaxiæ fratrem minorem, Regem

Armenis à Cæſare datum, induxit. Tunc Phraates Parthorum Rex, Auguſto Aſiam luſtranti, erepta antè 34. annos ſigna Romana, captivoſque remiſit. Ita omnes conſentiunt Hiſtorici, excepto Velleio, qui in multis peccat, perpetuus ad nauſeam uſque Tiberii adulator. Pari oſtentatione Horatius lib. 1. Ep. 12. Romanorum Principum trophæa celebrat.

Cantaber Agrippæ Claudi virtute Neronis
Armenius cecidit, Jus Imperiumque Phraates
Cæſaris accepit genibus minor.

Armeniam etiam devictam id temporis ſubactam canit Carm. lib. 2. Od. 9.

Nova cantemus Auguſti trophea
Et rigulum Niphaten, Medumque flumen
Gentibus addictum victis.

Idem Horatius Ep. 18. lib. 1. aſſerit Auguſtum Parthos deviciſſe, & eorum ſigna refixiſſe Romanis; ſic enim Lollium alloquitur. — .

Cantabrica bella tuliſti
Sub Duce qui templis Parthorum ſigna refixit,
Et nunc ſi quid abeſt Italis adjudicat armis.

Iſta quidem referri nequeunt ad bellum imperante Auguſto, à Romanis geſtum contra Parthos, confectumque anno V. C. 755. jam antè vitâ exceſſerat Horatius. Attamen non eſt dubium quin Parthi ſigna à majoribus ſuis Romanis erepta, currente anno V. C. 734. reſtituerint. Vera idcircò, & nequaquam commentitia, canit multoties laudatus Horatius Ode 13. lib. 4.

tua Cæſar ætas
Fruges & agris rettulit uberes:
Et ſigna noſtro reſtituit Jovi,
Derepta Parthorum ſuperbis
Poſtibus

Anno ant. C. circiter 12. V. C. 742. Arſac. 244. *vel* 45. Phraates (ut narrat Strabo lib. 16. pag. 748.) vocato in collo-

quio-

quio Titio, qui per idem tempus Syriæ præerat, quatuor ei filios legitimos dedit obſides Seraſpadem & Rodaſpem. (Κερωσδαπὴν ſcribe καὶ Ρωδασπήν): hujus Arſacidæ mentio fit in marmore apud Gruterum, Phraatem & Vononem, duas eorum uxores & filios quatuor. Docet nos Joſephus Antiq. lib. 16. cap. 12. & 13. Titium Præſidem rexiſſe Syriam, poſtquàm Agrippa ex Oriente Romam reverſus eſt, id eſt poſt annum 741. & antequàm Saturninus eandem Syriam adminiſtraret Legatus Auguſti. Falſum eſt itaque, ſi graviſſimo Scriptori Straboni Cappadoci & Parthis Armeniſque vicino, necnon coævo fidem adhibeamus. Phraates obſides filios Romanis metu *Tiberii* cùm *in* Armeniæ Regem deduxit Tigranem, quod tamen aſſerit adulator Tiberii Velleius, de his obſidibus datis à Phraate omninò legendus Joſephus Antiq. lib. 18. cap. 3. Sua etenim adhuc mutuat à nobiliſſimo Hiſtorico Nicolao Damaſceno; ideò omni *fide dignus*.

Anno ant. Ch. *3*. *V*. *C*. *751*. Arſac. *254*. Armenia impulſu Phraatis, defecit à Romanis, exacto Rege Artavaſde, cui ſuffectus à Parthis Tigranes filius Tigranis Regis; Artavaſdem verò, non ſine Romanorum clade, dejectum ſcribit Tacit. lib. 2. initio.

Anno *ant*. Ch. *2*. V. C. *752*. Arſac. 255. Armeniacum & Parthicum bellum Caio Cæſari committitur & inchoatur. Phraates Legatos anno *1*. ant. Ch. ad Auguſtum mittit: huic Cæſar Regis Regum titulum denegat, Parthus indignatur, Auguſto reſcribit, ipſum Cæſarem tantùm appellans; at paulò pòſt Phraates in gratiam redit cum Romanis, ea conditione ut Armenia cedat. Tigranes verò Armenus ad Cæſarem nullam hinc legationem miſit. Dio in excerptis Valeſianis, lib. verò Dionis 55. non habetur *niſi mancus*, mutilus & depravatiſſimus.

Anno Æræ Chr. 1. V. C. 754. Arſac 256. *v*. 57. Caius Cæſar cum Phraate Rege, in Inſula Euphratis in colloquium venit, eo tempore Lollii Ducis exercitûs Romani perfidiâ, per Parthum divulgatâ, in Lollium iratus, Caius exauctorat eum: paulò pòſt ſumpto veneno (ſi Plinio fides lib. 9. cap. 35.) periit Lollius.

Anno Æræ Ch. 2. V. C. 755. Arſac. 257 Caius Cæſar Regem Armeniæ creat Ariobarzanem Medum, cùm paulò antè Caſtellum Artagerarum cepiſſet ac diruiſſet, ubi ipſe vulne-

ratus fuit, & ex vulnere non multò pòſt deceſſit.

Anno Æræ Ch. 4. V. C. 757. Phraates Legatos mittit ad Auguſtum; cui, cùm mandata Romæ reddidiſſent, hos Parthos Tiberium quoque in Germaniam adire juſſit: hoc autem anno Provincia Germania Tiberio decreta. Ita Suetonius in Octavio cap. 4. & Tiberio cap. 16.

Anno Æræ Ch. 13. V. C. 766. Phraates Rex Parthorum ab uxore olim meretrice Itala Termuſa & ejuſdem filio Phrahatace interimitur, cum quo ſtupri conſuetudinem habuiſſe credita eſt; ergo parricidio ſimul & inceſto exoſus popularibus *Phrahataces*, priuſquàm pòtens ſeu magnus evadere poſſet, Imperio privatus, pulſus populari ſeditione, periit. Joſeph. lib. 18. cap. 3. Itaque breviſſimo tempore rerum potitus eſt. Huic cùm primores Parthorum ſuffeciſſent *Orodem*, iſte inviſus multitudini propter nimiam crudelitatem brevi interemptus eſt.

Anno Æræ Ch. 14. V. C. 767. Arſac. 269. Parthi Legatos ad Cæſarem Auguſtum (ex Tacito) mittunt, ut unum ex Phraatis filiis obſidibus Auguſti expetant; Cæſar ipſis concedit Vononem, qui ab ipſis hoc anno recipitur, ex Joſeph. & Tacit. Ann. 2. initio.

Anno Æræ Ch. 15. V. C. 768. Arſac. 270. v. 71. Parthos brevis pœnitentia ſubiit; dedignabantur enim facere mandata Vononis mancipii, ſic vocabant obſidem. Artabanum advocant, ex Joſepho. Tacitus verò lib. 2. *mox ſubit pudor degeneraviſſe Parthos.* Jam antè Provincias Romanas ſolum Arſacidarum haberi darique; igitur Artabanus Arſacidarum è ſanguine, apud *Dahas* adultus excitur, primoque congreſſu victus, reparat vires, regnoque potitur; idem ferè narrat Joſeph. Addit è Media accitum Artabanum, Vononemque victum in urbem Seleuciam primò confugiſſe, deindè in Armeniam; Artabanum verò cum victricibus copiis in urbem Cteſiphontem ſe recepiſſe: in hoc autem erravit quòd Artabanum Regem Mediæ fuiſſe aſſerit: nam hoc temporis Strabone teſte, Media ſuis priſcis Atropatidis parebat. *Vononi perfugium Armeniæ fuit vacua tunc.* Tacit. lib. 2. Annal. Ariobarzane enim morte fortuitâ aſſumpto, cùm ſtirpem ejus haud toleraviſſent, tentatoque fœminæ imperio cui nomen Erato, eaque brevi pulſa, profugum Vononem in regnum accipiunt.

Anno Æræ Ch. 16. V. C. 769. Arſac. 271. *vel* 72. Vonones Romam miſit Legatos de regno Armeniæ, at à Tiberio repulſam *paſſus eſt*, minis Artabani territus Armeniam reliquit, & in Syriam ſeceſſit hoc anno. Silanus Legatus Auguſti eum in Syria excipit, ſed cuſtodiam dat, ex Tacito & Joſepho.

Tiberio non ingratam accidit turbari res Orientis, ut eâ ſpecie Germanicum novis Provinciis imponeret, interim Orodem filium Artabanus Regem Armeniæ creat. Joſeph. lib. 18. cap. 3.

Anno Æræ Ch. 18. V. C. 771. Arſac. 273. *vel* 74. Germanicus Cæſar vincit Armenium Regem Orodem, & expellit. Sueton. *lib.* 4. cap. 1. deinde in urbe Artaxata Regem creat Zenonem filium Polemonis Regis Ponti, eundemque Armeni Artaxiam appellarunt. Tacit. lib. 2. cap. 56 & cap. 58. ab Artabano Legati venerunt de renovando amicitiæ fœdere. Ad hujus Regis preces, & in contumeliam *Piſonis*, Vononem Germanicus Pompeiopolim urbem Ciliciæ amovet. Tacit. lib. 2. Ann. cap. 34.

Anno Æræ Ch. 19. V. C. 772. Arſac. 274. *vel* 75. Vonones effugere conatur, ſed capitur & interficitur. Tacit. Ann. 2. cap. 68. mortem immaturam Germanici cùm audiſſet Artabanus, exercitatione venandi & convictu Megiſtanum abſtinuit, quod apud Parthos juſticii inſtar erat. Sueton. lib. 4. cap. 5.

Anno Æræ Ch. 34. V. C. 787. Arſac. 290. *vel* 91. Artabanus Armeniæ defuncto Rege Artaxia Arſacem liberorum ſuorum veterrimum impoſuit, Legatos miſit (an ad Tiberium, an ad Præſides Romanos) qui gazam à Vonone relictam in Syria Ciliciaque repoſcerent, ſimul veteres Perſarum ac Macedonum terminos. Tacit. lib. 6. cap. 31. Addit Dio lib. 58. pag. 638. Cappadociam attentavit, & ſuperbiùs Parthos tractavit.

Anno Æræ 35. V. C. 788. C. Caſſio, M. Servilio Coſſ. nobiles Parthi in urbem venere, ignaro Rege Artabano ..... Parthis mittendi nuncios validiſſimus autor fuit Simnaces, Phraatem Regis Phraatis filium Roma poſcebant (in Regem); mittit eum Tiberius in Syriam ubi ſtatim morbo abſumitur. At Tiberius Tiridatem ejuſdem ſanguinis Artabano æmulum deligit. Artabanus fugam in Scythiam maturat, ab omnibus derelictus. Parthi Tiridatem Regem ſalutant. Tacit. lib. 6. cap. 31. 32. & ſeq. Eodem tempore Armenia data eſt

Mithridati filio Mithridatis Regis Iberiæ, & fratri Pharaſmanis Regis. Dio lib. 58. pag. 638. Orodem filium, quem olim Armeniæ deſignaverat Artabanus, tum contra Armenos miſit, ſed victus ab Iberis, ægrè ſe ſubripuit.

Anno Æræ Ch. 36. V. C. 789. Arſac. 292. *vel* 93. Artabanus è Scythia redux, Tiridatem exoſum Parthis in Syriam fugat. Tacit. lib. 6. cap. 42. & ſeq. Tiberium Parthus laceravit litteris, monens eum ut voluntariâ morte civium odiis *ſatisfaceret.* Sueton. lib. 4. cap. 66.

Anno Æræ Ch. 37. V. C. 790. Arſac. 293. *vel* 94. Caius Caligula ſucceſſor Tiberii in adverſam valetudinem incidit... acceſſit ad immenſum amorem civium, notabilis etiam externorum favor; namque Artabanus Parthorum Rex odium ſemper contemptumque Tiberii præ ſe ferens, amicitiam ejus (Caii) ultrò petiit, venitque ad colloquium Legati conſularis Vitellii nempè, & tranſgreſſus Euphratem aquilas & ſigna Romana Cæſarumque imagines adoravit. Sueton. lib. 4. cap. 14. & Dio lib. 59. pag. 645. c. Joſeph. verò qui eo loci Antiq. lib. 18. cap. 6. longe diſtat à Suetonio & Dione, in multis errat; ait enim Judæus Scriptor Tiberium petiiſſe amicitiam Artabani, & Parthum aſſenſum præbuiſſe Tiberio, quod falſum eſt, refelliturque authoritate Taciti, qui Annal. lib. 6. Artabani perpetuum hoſtem Tiberium exhibet.

Anno Æræ Ch 39. V. C. 792. Arſac. 294. *vel* 95. C. Caligula per pontem Stractum ſuper ſinu Bajano commeans veluti triumphans præ ſe fert puerum Darium Arſacidam Parthorum obſidem. Sueton. lib. 4. cap. 19. & Dio lib. 59. pag. 653.

Hoc circiter tempore Caius accerſitum Mithridatem Iberum in vinculis habuit, & demum in exilium miſit, ut teſtatur Seneca lib. de tranquillitate cap. XI. cui ſuffragantur. Tacitus Ann. lib. XI. cap. 8. & Dio lib. 60. pag. 670. Parthi Armeniam occupant, Caio non contradicente, ut mox patebit.

Anno Ær. C. 41. V. C. 794. Arſac. 296. *vel* 97. Izates Rex Adiabenes obſides miſit ad Claudium Imp. & ad Artabanum Regem Parthorum: poſteà à Parthis pulſus, fugit ad Izatem, à quo mox in integrum reſtituitur, Cinnamo qui Rex electus fuerat in ordinem redacto. Artabanus verò urbem Niſibim dono dat Izati. Joſeph. Ant. 20. cap. 2.

Artabanus Rex Parthorum obiit, cui ſucceſſit filius *Vardanes*

Iſte ſtatim bellum aggreditur contra Romanos, invitis ſubditis, qui ipſum expellentes, fratrem ejus Gotarzem creant Regem. *Joſeph. ibid.*

Anno Ær. C. 43. V. C. 796. Arſac 298. *vel* 99. diſcordant Parthi; nam inter Gotarzis, pleraque ſæva, qui fratri ſuo Artabano (juniori filio ſenioris Artabani) necem præparaverat, accivere Bardanem (anteà regno pulſum à Gotarze) ille Gotarzem proturbat, præfecturas corripit, ſolis Seleucienſibus dominationem ejus abnuentibus, in quos ut patris quoque ſui (Artabani) defectores ira accenſus implicatur obſidione urbis validæ. Interim Gotarzes Daharum & Bactrianorum *opibus* auctus, bellum renovat, coactuſque Bardanes omittere Seleuciam, Bactrianos apud campos caſtra contulit. Tacit. Ann. 1. xi. cap. 8.

Tunc distractis Orientis (Parthorum ſcilicet) viribus, caſus Mithridati datus eſt *occupandi Armeniam.* Tacit. ibid. Regnum enim iſtud Parthi tueri non poterant, dum omnia apud ipſos bellis arderent civilibus. Dio lib. 60. pag. 670. Claudius Mithridatem Iberum domum ad recipiendum regnum Armeniæ remiſit.

At Parthi Imperatores, cum pugnam pararent, fœdus repente *faciunt*, potior Bardanes viſus retinendo regno; at Gotarzes, ne quid æmulationis exiſteret, penitùs in Hircaniam abiit, ex Tacito lib. xi. Ann. cap. 9. Deinde Bardani deditur Seleucia ſeptimo poſt defectionem anno. Tacitus ibid.

Anno Ær. C. 44. V. C. 797. Arſac. 299. *vel* 30.

Exin Bardanes validiſſimas præfecturas invaſit, & recuperaſſet Armeniam, nî Vibio Marſo (hoc anno adhuc) Syriæ Legato bellum minitante cohibitus foret. Tacit. lib. xi. cap. 10.

Anno Ær. C. 45. V. C. 798. Arſac. 300. *vel* 301. Apollonius Tyaneus Babylonius (id eſt Seleuciam ex Plinio lib. 6. cap. 20.) ingreditur, & accedit ad Regem Bardanem; à recepto regno, anno tertio menſe ſecundo, vel poſtquam ablatum ſibi regnum (à Gotarze) receperat. Tunc Medus principatum nuper adeptus eum ſine timore, non ſinebat degere, reditui, ut ſuſpicor, Gotarzis exulis favens. Philoſtr. lib. 1. cap. 15. & 19

Bardanem Cteſiphontem condidiſſe ſcribit Amm. Marcel-

linus lib. 23. ſed errat, nec in rebus externis & antiquis fidendum Ammiano.

Anno Ær. C. 46. V. C. 799. Arſac. 301. *vel* 2. Gotarzes pœnitentiâ conceſſi regni contrahit copias, & hinc contra (à Vardane) itum ad amnem Eruidam, in cujus tranſitu multum certato pervicit Bardanes, proſperiſque præliis Medias nationes ſubegit ad flumen Gniden, quod Dahas Arcoſque diſterminat, nec cuiquam Arſacidarum tributa illis degentibus parta. Tacit. ibid. Opinor tunc Mediam Atropatiam fuiſſe à Parthis ſubactam; natu exin Arſacidis Principibus ſemper paruit. Primus Arſacida Rex Mediæ fuit Vonones, poſtea Parthorum Rex, mortuo Gotarze, tunc autem Vononem hoc anno Regem Mediæ à Vardane victore fuiſſe conſtitutum arbitror.

Anno Ær. C. 47. V. C. Arſac. 302. *vel* 3. Bardanes Rex Parthorum ſuperbiens à ſuis occiditur, regnum deinde Gotarzes occupat. Tacit. Ann. lib. 11. cap. 8.

Potitus regiâ per ſævitiam & luxum anno C. 48. (ut colligo) adegit Parthos mittere ad Principem Romanum occultas preces, quibus permulti Meherdatem (filium Vononis) ad patrium vaſtigium orabant. Tacit. Ann. 11. cap. 9.

Anno Ær. C. 49. V. C. 802. Arſac. 304. *vel* 5. Per idem tempus Legati Parthorum ad expetendum Meherdatem miſſi, Senatum ingrediuntur, Claudius Imp. C. Caſſio (Longvio) qui Syriæ præerat, deducere juvenem ad ripam Euphratis jubet. Gotarzes verò Mithridatem prælio victum captumque auribus deciſis vivere jubet. Tacit. Ann. 11. cap. 10 & ſeq.

Anno Ær. C. 50. V. C. 803. Arſac. 305. *vel* 6. Gotarzes morbo obiit, accituſque in regnum eſt Vonones Medis tunc imperans, ex Tacit. ibid. Brevi Vonones iſte, & inglorio imperio perfunctus eſt, reſque Parthorum in Vologeſem filium tranſlatæ.

Anno Ær. C. 51. V. C. 804. Arſac. 306. *vel* 7. Vologeſes fratrem ſuum Pacorum Regem Mediæ creat, Tiridatem verò fratrem minorem Regem Armeniæ. Joſeph. Ant. lib. 20. cap. 2. Vologeſes hunc in regnum deducere tentat, ſed fruſtrà. Tac. Ann. 12. cap. 50. licet turbata tunc eſſet Armenia. Rhadamiſtus enim filius Pharaſmanis Iberi patruum ſuum Mithridatem occiderat, & regnum invadere tentaverat, at fugere cogitur. Tacit. ibid.

Anno Ær. C. 55. V. C. 808. Arſac. 310. *vel* 11. Antiochus Rex Commagenes Romanorum ſocius bellum gerit contra Parthos, teſtis Tacitus lib 13. Parthi Armeniam omittunt, Vologeſes ad pacem inclinat, obſides tradit nobiliſſimos è familia Arſacidarum rebus proſpere geſtis à Ducibus Romanis Corbulone & Vimnidio Quadrato Præſide. Tac lib. 13. Ann. cap. 6. & ſeq. narrat iſta ſub Marcello & Aniola Coſſ. at hæc ad alios Coſſ. pertinere monet Hiſtoricus. cap. 9.

Anno ant. C. 58. V. C. 811. Arſac. 313. *vel* 4. Inter Romanos & Parthos iterum de obtinenda Armenia bellum geritur, Vologeſe Rege Fratri Tiridati favente, Corbulo Parthos pellit, Artaxatam capit, ob hæc ſalutatur Imperator Nero. Tacit. Ann. lib. 13. cap. 34.

Anno Ær. C. 60. V. C. 813. Arſac. 315. *vel* 16. Corbulo Tigranocertam capit, interim Hyrcani cum Parthis diſſident, ſocietatemque Romanorum petunt; at Corbulo Armeniæ reliqua ſubigit, cui Rex imponitur Tigranes, ex Herodiadarum ſanguine ortus. Tacit. lib. 14. cap. 23.

Anno Ær. C. 61. V. C. 814. Arſac. 316. *vel* 17. Tigranes Rex Armeniæ fines Parthorum populatur, Vologeſes bellum cum Romanis & Armenis redintegrat, diadema Armeniæ fratri *Tiridati imponit*; *interim* Tigranes urbem principem Artaxatam occupat, quam fruſtrà tentant Parthi. Corbulo auxiliatur Tigrani, mittitque ad Vologeſem qui poſtularent vim Provinciæ illatam, à pace non abhorret Vologeſes, mittit ad Imp. Romanum ſuper petenda Armenia, & firmanda pace. Tacit. Ann. 15.

Anno ant. C. 62. V. C. 815. Arſac. 317. *vel* 18. Cæſennius Pætus, Dux tuendæ Armeniæ advenit, Legati Vologeſis revertere irriti; Pætus Armeniam intrat, re male geſtâ cum Parthis ad turpia pacta venit; Pætus exin fugit in Cappadociam, ibidem hibernat, Corbulo aliud interim fœdus cum Vologeſe pangit; at Romæ trophæa de Parthis ſiſtuntur. Tacit. ibid.

Anno ant. C. 63. V. C. Arſac. 318. *vel* 19. Legati Parthorum cum ſuperbis mandatis veniunt ad Neronem, nec dubitatur de bello, cui præficitur Corbulo. Tiridates deinde & Vologeſes pacem poſtulant. Tiridates in caſtra Romana veniens diadema detrahit, ſubjicitque imagini Neronis. Volo-

geſes ad Corbulonem litteras ſcribit, ut Tiridates tantus haberetur inter Romanos, quantùm Conſul.

Anno ant. C. 66. V. C. 819. Arſac. 321. *vel* 22. Tiridates tandem Romam venit, & regnum Armeniæ accepit à Nerone, ut Faſtus narrat. Tacit. Ann. 16. cap. 23. & 24. Vologeſes autem Parthorum Rex, licet ſæpenumero accerſitus venire ad Neronem noluit; ac tandem cùm ei moleſtus eſſet, reſcripſit, Tibi quidem longè facilius eſt tam magnum mare navigare, quàm mihi, &c. At Nero nec in illum trajecit, quamvis ſuccenſeret, in Græciam autem trans mare vectus eſt hoc anno. Dio lib. 63. in Epit.

Anno Ær. C. 69. V. C. 822. Arſac. 324. *vel* 25. miſſi ad Parthum (Vologeſem), Armenumque Tiridatem Legati à Veſpaſiano electo in Oriente Rom. Imperatore, proviſumque ne verſis ad bellum civile (contra Vitellium) legionibus terga nudarentur. Tacit. Hiſt. 2. cap. 82.

Anno 70. V. C. 823. Arſac. 325. *vel* 26. veniunt Alexandriam ad Veſpaſianum Legati Regis Vologeſis quadraginta Parthorum equeſtrium millia offerentes, gratia Vologeſi acta, mandatumque ut Legatos ad Senatum mitteret, & pacem eſſe (inter Romanos mortuo Vitellio) ſciret. Tacit. Hiſt. 4. c. 51. & Sueton. lib. 8. cap. 6. E Regibus Vologeſes promittit 40000. ſagittariorum.

Anno 71. V. C. 824. Arſac. 326. *vel* 27. Parthorum Rex, miſſis ad Senatum Legatis, de inſtauranda ſocietate, magnopere oravit ut memoria Neronis coleretur. Sueton. ſub finem lib. 6.

Anno 73. V. C. 826. Arſac. 328. *vel* 29. Cùm Antiochus Commagenes Rex regno pulſus, uno vinctus (jubente Imp. Veſpaſiano) fuiſſet, filiuſque ejus Epiphanes fugiſſet ad Parthos, ſcribit ad Veſpaſianum Vologeſes litteras Principum Commagenorum gratiâ. Joſeph. de bello. lib. 7. cap. 27.

Anno circiter 75. V. C. 828. Arſ. 330. *vel* 31. Alani aditu ſibi præbito à Rege Hyrcanorum (qui jam à Parthis defecerat) Mediam invadunt per portas ferreas, & diripiunt nullo reſiſtente; Pacorus Rex Mediæ, in difficilia loca refugiens, cæteris quidem bonis ceſſerat: vix autem à Barbaris uxorem & concubinas ſuas captas centum talentis redemit. Joſeph. de bel. lib. 6. Deinde Alani Armeniam vaſtant, Tiridatem Regem

gem acie ſuperant, vixque ex eorum manibus ſubripuit. *Id. ibid.*

Vologeſus Parthorum Rex auxilia adverſus Alanos, Ducemque alterum ex Veſpaſiani liberis depopoſcit; Domitianus omni ſpe contendit, ut ipſe potiſſimum mitteretur, & quia diſcuſſa res eſt, alios Orientis Reges (Armeniæ puta & Mediæ) ut idem poſtularent donis ac pollicitationibus tentarunt. *Sueton. lib.* 12. *cap.* 2. Alani autem multis regionibus direptis & vaſtatis, in patriam reverſi ſunt.

Quo anno obierit Vologeſus, prorſus incertum de eodem Principe hæc tradit Plinius Coævus lib. 6. cap. 26. Nuper Vologeſus Rex aliud (præter Cteſiphontem) oppidum Vologeſocertam in vicino (Seleuciæ ſcilicet) condidit, nempè ad exhauriendam Seleuciam.

Artabanus Vologeſo ſucceſſit, cujus temporibus, cùm jam falſi Neronis apparuiſſent, ut nos docet Tacitus, tandem anno 88. V. C. 841. Arſac. 343. *vel* 44. Homo Aſianus nomine Terentius Maximus, Neroni & facie & voce ſimilis, nam ad citharam quoque canebat, is comparata in Aſia factione, & ad Euphratem progreſſus manu longe majore facta, denique ad Regem Artabanum confugit, qui Tito (Domitiano potiùs) iratus illum receptum Romam reducere inſtituit. Zonarus Ann. lib 11. cap. 18. Ea quidem ſub Tito refert Annaliſta, qui Romanas res haurit è libris Dionis; ſed ſi quidem Dio iſta ad Titum retulit, erravit: nam orbis Romanus nullis bellorum terroribus concuſſus eſt ſub Tito, qui cùm deliciæ eſſet generis humani omnibus Regibus amicus fuit & gratus, iſta autem ad Domitianum proculdubio pertinent; nam ut ait Suetonius, qui hæc tempora attigit (ſub finem lib. 6.) cùm poſt 20. annos à cæde Neronis (id eſt anno V.C. 841.) quo annus vigeſimus à cæde Neronis completus eſt, extitiſſet conditionis incertæ, qui ſe Neronem eſſe ſcutaret, tam favorabile nomen ejus apud Parthos fuit, ut vehementer adjutus & vix redditus ſit. Tacit. vero lib. 1. Hiſt. initio, *mota etiam* prope Parthorum arma falſi nominis ludibrio.

Parthicus tumultus falſi Neronis gratiâ, anno ab obitu Neronis 20. non 10. procul dubio illigandus, nec audiendi qui repugnantibus omnibus Suetonii codicibus, ejuſdem autoris textum emendare, imò corrumpere conantur. Ibid. *Poſt decem* non *poſt viginti annos* legere auſi, Suetonio vel indice vincun-

tur, etenim ipſe in Domitiano cap. 12. narrat hunc Principem *exhauſtum operum* ac munerum impenſis, ſtipendioque quod adjecerat, tentaſſe ad relevandos caſtrenſes ſumptus militum diminuere, ſed cùm *obnoxium ſe Barbaris* per hoc animadvertiſſet, nihil penſi habuiſſe quin prædaretur omnimodo, & inter cæteros *judaicum fiſcum acerbiſſime actum fuiſſe*, quæ ad ultimos Domitiani annos pertinere conſtat. Verùm tunc adoleſcentulus erat tranquillus, ipſomet teſte; quo pacto igitur ante annos decem & amplius vivente Tito jam erat adoleſcens Suetonius, id tamen admittere tenebitur ille qui falſi Neronis tempus ad decimum ab interitu veri Neronis annum revocare tentabit: aſſerit enim tranquillus ſe adoleſcente Parthos falſum Neronem vehementer adjuviſſe, quæ cùm abſurda ſint, explodenda ducimus.

Anno ſaltem Dionyſiano 89. V. C. 842. falſum Neronem turbas in Oriente excitaſſe pro comperto habendum; & quidem imperante Domitiano, non Tito, cujus tempora felicia & tranquilla nullo bellorum & hoſtium metu turbata fuere, Zonaræ quidem ſoli errorem iſtum libenter attribuerent, potiùs quàm Dioni quem jugiter exſcribit; nam corruptum in codicem incidere, aut priſcum autorem minùs recte interpretari facillimè Græculus Scriptor potuit.

Anno Ch. 90. V. C. 843. Arſac. 345. circiter, mortuo Artabano imperium Parthorum capeſſivit Pacorus: hunc non alium eſſe à Pacoro Rege, cujus meminit Joſephus in libris de bello Judaïco, & quem frater Vologeſes I. Mediæ Principem dederat, exiſtimat Jo. Maria Cataneus in notis ad Epiſtolas Plinianas, ſed Regem illum qui Mediam ſui juris fecit, quemadmodum ſuperiùs notavimus anno V. C. 803. Æræ Dionyſianæ 50. adhuc floruiſſe poſt annos 40. aut 50. circa annum V. C. 850. mihi non fit veriſimile. Pacorum qui ultimis Domitiani annis imperitavit Parthis filium fuiſſe, non patruum prædeceſſoris ſui Artabani ſatius eſt opinari.

Pacorus iſte non levem injiciebat Domitiano formidinem, ut colligo ex Epigrammate 32. lib. 9. Martialis. Hic Poëta falſe vellicat quemdam famigeratorem Paraſitum celebrem Philomuſum nomine, qui rebus novis enarrandis aut fingendis totus incumbens, cunctis tædium afferebat.

Artibus his ſemper cœnam Philomuſe mereris,
Plurima dum fingis, ſed quaſi vera refers.
Scis quid in Arſacia Pacorus *deliberet* aula:
Rhenanam *numeras, Sarmaticamque manum;*
Verba Ducis Daci, *Cattis mandata reſignis.*
Victricem manum quam venit ante vides.

Eundem Pacorum Regem Parthorum amicum Decebali Dacorum Regis fuiſſe nos docet Plinius junior lib. I. Ep. 20. & ibi ad Trajanum quem monet quemdam nomine Callimorphum confugiſſe ad Principis ſtatuam, perductumque ad Magiſtratus indicaſſe, ſerviſſe aliquando Laberio Maximo, captumque à Suſago in Mœſia; & à *Decibalo* muneri miſſum *Pacoro Parthiæ Regi, pluribuſque armis* in miniſterio ejus fuiſſe, deinde fugiſſe; ſecum autem attulerat Callimorphus *ille gemmam habentem imaginem Pacori, & quibus inſignibus ornatus fuiſſet, glebulamque ex Parthico metallo* Quo anno interierit Pacorus, incertum prorſus; ſed cum Decebali amicus fuerit, & poſtea multis annis vixerit, veriſſimile non eſt Regem iſtum è vivis exceſſiſſe ante annum Æræ C. 100. filium reliquit nomine Par Tamaſirim. Choſroes, ſeu Hoſroes, quem Pacori fratrem fuiſſe teſtatur *Dio*, poſt eundem Pacorum regnavit, eumque Parthi prætulere fratris filio Par-Tamaſiri, cui tamen ut aliquo pacto faceret ſatis, Regem Armeniæ majoris ipſum deſignavit, Exedaremque Romanorum ſocium regno privavit.

Anno Ch. 112. V. C. 865. Abrahami 2128. Arſac. 367. Choſroes Rex Parthorum, ejecto Exedare Rege Armeniæ ſucceſſore Tiridatis, & Arſacida Regem Armeniæ creat fratris Pacori filium Parthamaſirim inconſulto Imp. Trajano, qui vehementer indignatus bellum contra Parthos gerere decernit. Inde belli Parthici initium ſumendum; iſtud autem Euſebius integrè narrat hoc anno, licet pluribus annis geſtum, eò quòd currente Abrahami anno inchoatum fuerit Parthis Armeniam invadentibus, quæ in Principis Romani clientela erat. Legendus Dio lib. 68. Julianus autem Imperator in Cæſaribus, ſic loquentem introducit Trajanum. *Parthos* autem priuſquam ab his injuriâ affectus eſſem, armis violandos non exiſtimavi, ut verò injuriam intulerunt (cùm nempè Armeniam invadere auſi ſunt (non me ætas ingraveſcens, etiam

tum legibus mihi militiæ vacationem concedentibus ab iis invadendis revocavit. Egreſſus eſt Româ ad bellum Parthicum Trajanus anno Imperii ſui 15. (18. apud Malelam, ſed lege IE, ut jam in Anglia viri docti videre) menſe Hyperberetæo, ſeu Octobri. Ita Malela, qui ſua ex Domnino Chronographo mutuatur, id eſt anno Abrahami ineunte 2129. Arſac. 368.

Anno Ær. Ch. 113. V. C. 866. Arſac. 368. *vel* 69. Trajanus Athenas venit, & non multò poſt Legati Choſrois eodem eum conveniunt, qui pacem petunt munera offerentes; nam quia de profectione Trajani Choſroes acceperat (in remotioribus Orientis partibus) trepidans miſerat oratum ſuppliciter ne bello invaderetur, & Armeniam pro Parthamaſiri Pacori filio petebat. Trajanus non aliud reſpondit, niſi ſe poſtquam in Syriam veniſſet facturum omnia quæ fieri par eſſet. Dio lib. 68. pag. 778. in hac ſententia perſiſtens. Aſiam Ciliciamque cum finitimis Provinciis peragravit (æſtate & autumno hujuſce anni) ac Seleuciam adpulit Dio, & Domninus apud Malelam; Seleuciam appulit, id eſt ad portum Batyllum, μηνὶ Απριλλέω τῶ καὶ Δεκεμβρίω. Lege Απηλλαίω; menſe Apellæo, ſeu Decembri.

Anno 114. V. C. 867. Arſac. 369. *vel* 70. Trajanus Imperator menſis Audynæi ſive Januarii εβδομη Ημερα, die ſeptimo; E (ſupplendum ιρδομη) feria ſeptima per portam auream ſive Daphneticam veniens Antiochiam Syriæ ingreſſus eſt, coronam capite geſtans ex ramulis oleaginis contextam. Ita Malelas & Dio pag. 779. Antiochiæ cùm eſſet Imperator, Augarus Oſroenus, non ille quidem occurrit, munera tamen & Legatos miſit, Trajanum pariter & Parthos metuens. *Dio ibid.*

Parthamaſiris ceu vi cogente primùm Trajano ſcripſit, tanquam Rex, & quia nihil reſcriptum eſſet, alias litteras miſit, omiſſo nomine regio.

Nihilo Armeniam invadit Trajanus, & eam Provinciam P. Romani facit rejecto Parthamaſiri Hoc narrat Dio apud Xiphilinum, & in fragmentis lib. 68. pag 779. & ſeq. At Anchialum Trajanus Heniochorum, Machelorumque Regem donis mutuis cohoneſtavit. *Dio pag.* 779. Trajanus dictus eſt ſecundò à Senatu *Optimus*. Armeniacus verò ex militibus.

Anno 115. V. C. 868. Arſac. 370. *vel* 71. Trajanus Edeſſam

veniens & Angaro Regi placatus, ibidem aliquandiù ſubſiſtit. Cùm in Meſopotamiam veniſſet, Regibus Mano, Maniſſaro, & Bebarſapi Adiabenes bellum intulit. Singara capit ope Luſii (Quieti.) *Dio* 781. Trajanus Niſibi Batniſque captis in Meſopotamia Parthicus cognominatus eſt, *Dio ibid.* Deindè Anthiochiam revertitur, ibidem hyemat, & terræ motu ferè opprimitur Dominica die 23. menſis Apellæi ſeu Decembris anno Antiochiæ 164. ex Malela rite emendato.

Anno 116. V. C. 869. *Dio pag.* 785, ineunte vere Trajanus in hoſtilem terram ingreſſus eſt. Romani navigiis Tigrim tranſmeant; Adiabenem & Arbela capiunt, poſt Babylonem uſque veniunt, nullo hoſte repugnante; nam Parthorum vires comminutæ erant bellis civilibus; eratque tunc inter eos ſeditio (inter Choſroëm nempè & Partamaſpatem, iſtum enim Regis Armeniæ filium, & Regis Parthorum hoſtem exhibet Joannes Malela in Chronographia, qui licet hiſtoriam iſtam ineptis ac anilibus involvat fabulis; attamen vetuſtis libris uſus eſt.) Trajanus mox Cteſiphontem Regiam Parthorum ingreditur, quâ urbe captâ Imperator appellatus eſt, *confirmato Parthici nomine*. Meſſenem Tigridis inſulam prope oſtium fluminis & mare rubrum, ſeu ſinum Perſicum, in qua Athambilus regnabat, nullo labore cepit, atque in iis locis propter vim hyemis & rapidum Tigrim, æſtumque maris, in magnum venit periculum, Characem deindè dictam Spaſini, primi ſcilicet Regis Characenorum, quæ erat in ditione Athanibili, (qui Athambilus ſucceſſor Spaſini erat) de quo Spaſino Lucianus in Macrobiis.

Anno 117. V. C. 870. Arſac. 372. *vel* 73. dum Trajanus navigat versùs Oceanum, omnia quæ ceperat, maximo tumultu defecerunt: quâ defectione cognitâ Luſium & Maximum contra rebelles miſit, Maximus ab iis prælio ſuperatus eſt; ſed Luſius recuperavit Niſibim, Edeſſam expugnavit, diripuit & incendit, Seleucia ab Erucio Clero, & Julio Alexandro Legatis capta & incenſa eſt. Trajanus metuens ne Parthi aliquid molirentur, ipſis Regem dare conſtituit, ut Cteſiphontem venit Parthis Regem Partamaſpatem (Arſacidam, ſed hoſtem Choſrois, deſignat. Indè profectus in Agarenos, eos adoritur infauſto ſucceſſu; indè proficiſcitur, & in morbum cùm incidiſſet, obiit Selminite in Cilicia menſe

Auguſto, cui ſuccedit Hadrianus, qui tunc exercitui Syriaco præerat.

Anno Ær. Ch. 118. V. C. 871. Arſac. 373. *vel* 74. Hadrianus Imperator *deficientibus his nationibus quas Trajanus ſubegerat*; omnia trans Euphratem & *Tigrim reliquit*. Pſatamaſſirim (emenda Partamaſſapim) quem Trajanus Parthis Regem fecerat, quod eum non magni ponderis apud Parthos videret, *proximis* gentibus Regem dedit. Spart. in vita Hadr. cap. 3. (quibus autem gentibus, diſce ex eodem Spartiano cap 4.) Parthos in amicitia ſemper habuit, quod indè Regem retraxit, quem Trajanus impoſuerat, Armeniis Regem habere permiſit, cùm ſub Trajano Legatum habuiſſent. Tunc Hadrianus Antiochiæ erat, ut docet nos Spartianus cap. 5. Trajani gloriæ invidens, ſtatim tres provincias reliquit, quas Trajanus addiderat, & de Aſſyria, Meſopotamia, & Armenia revocavit exercitus; & finem Imperii eſſe *Euphratem voluit*. Eutropius lib. 8. pag. 114. Parthi Parthamaſapæ abnuentes ſuis moribus Regi parere cœperant, ἐν τῷ σφετέρῳ τρόπῳ ἤρξαντο βασιλεύε.. (revocato ſcilicet eorum legitimo Rege Choſroe.) Dio in Epit. ſub finem lib. 68. Parthemaſpatem verò quem Trajanus Regem, creavit Parthorum fuiſſe filium Regis Armeniæ legitur apud Malelam Chronogr. exin argumentum Hadriano fuit Armeniæ Exregi Parthorum reſtituendæ.

Hoc inquam anno 118 (ex lib. 9. Eutropii) Hadrianus ſtatim, ab adepto Imperio, Provincias omnes reliquit, quas Trajanus addiderat, & de Aſſyria, Meſopotamia & Armenia revocavit exercitus, ac finem Imperii voluit *eſſe Euphratem*; non modò Aſſyriam ſed Meſopotamiam Parthis reſtituit, ſcilicet partem Meſopotamiæ, quam Arſacidæ priùs obtinuerant, cujus primariæ urbes fuere Amida & Niſibis, at ejuſdem regionis pars Oſrhoene dicta, quam alluit Euphrates, Abgaro Regulo à Trajano ſub tributi onere conceſſa indigenis Principibus ſuis parere voluit Hadrianus, non Parthis. Iſtos autem Meſopotamios Syris vicinos anno ſaltem Imperii ſui 15. prorsùs liberos & immunes à tributo eſſe decrevit, ut infrà demonſtrabimus ex nummis.

Anno Ær. C. 130. V. C. 883. Arſac. 385. *vel* 86. Hadrianus Imp. urbes Aſiæ uſque ad Euphratem luſtravit; *tum bellum Parthorum in motu fuit, idque Hadriani colloquio repreſſum*

eſt. Spart. cap. 17. Quæ tamen manifeſtè tranſpoſita, & loco ſuo vero mota videntur: pertinent verò ad cap. 13. ubi hæc leguntur. Hadrianus à *Cappadocibus* ſervitia caſtris profutura Toparchas & Reges ad amicitiam invitavit; invitato etiam Coſdroe, ſeu Hoſroe Rege Parthorum, remiſſaque illi filia quam ceperat Trajanus, ac promiſſa ſella quæ itidem capta fuerat, cùmque ad eum quidem Reges veniſſent, ita cum his egit, *ut eos pœniteret*, qui venire noluerunt causâ ſpeciatim *Pharaſmanis*, qui ejus invitationem ſuperbè *neglexerit*. Coſdroes ex illis non fuit, qui causâ Pharaſmanis ad Hadrianum venire noluerunt nam Iberi ſemper fuere, aut plerumque Parthorum hoſtes præcipuè tempore Pharaſmanis, ut mox videbimus. Coſdroes idcircò ad Hadrianum venit, & *colloquio Hadriani bellum* quod tantum in motu erat, repreſſum, ut legitur cap. 12. ejuſdem Spartiani: Hadrianus tamen ſellam regiam non remiſit, nec promiſſis ſtetit, eò quòd, ut opinor, non multò poſtquam ex Aſia egreſſus eſt Imperator, Coſdroes obierit

Anno. 133. Arſac. 289. hoc etiam anno, Juliano labente, Hadrianus cùm ex Orientalibus Provinciis recederet, & Italiam repetere cogitaret, ne quid pacem cum Parthis & finitimis Barbaris initam turbare poſſet, & ut finis Imperii, certuſque terminus Euphrates eſſet, Meſopotamios liberos à tributo pronuntiavit quod Trajanus impoſuerat, Spart. cap. 4. Meſopotamios, inquam, non Parthis ſed Regulis & Phylarcis ſubditos Reſainam oppidum non ignobile Oſrhoenes prorsùs liberum eſſe Imperator iſte voluit, & exindè epocham ſuam inſtituerunt & numerarunt Reſainenſes, uti demonſtrant hi nummi ſub Decio Imp. cuſi cum hac epigraphe in antica parte ΑΥΤ. ΚΑΙ. ΜΕС. ΚΥ ΤΡΑ. ΔΕΚΙΟС. ССΒ. in poſtica СΕΠ. ΡΗСΑΙΝΗСΙΩΝ. ΗΙΡ. Septimiorum Reſainenſium 118 velut in alio nummo СΕΠ. ΚΟΛ. ΡΗСΑΙΝΗСΙΩΝ. L. ΗΥΡ. Septimiæ Coloniæ Reſainenſium anno 118. Cujus epochæ initium ex vera Imp. Decii Chronologia ad annum Æræ Ch. 132 *vel* 133. proculdubio revocanda. Tunc igitur Hadrianus Meſopotamios, & eorum regulos Oſrhoenenſes ſcilicet ab omni tributorum onere exemit. Reſaina, quæ hodiè priſco retento nomine *Raſain* dicitur, olim à Theodoſio Magno reſtituta & aucta, Theodoſiopolis appellata fuit, ut-

docet nos Joan. Malela parte 2. Chronici pag. 40. Ἐποίησε δὲ ὁ αὐτὸς Θεοδόσιος, καὶ τὴν Ῥεσαιμένην πρώην κώμην ἐσφαεῖναι, (lege ἐσασεῖναι) πόλιν ἥτις μετεκλήθη Θεοδοσιούπολις λαβοῦσα ἔκτοτε ἡ αὐτὴ κώμη καὶ δίκαιον πόλεος ἕως τῆς νῦν ἐπὶ τῆς ὑπατείας Μηροβαύδου καὶ Σατουρνίνου. Fecit etiam ipſe Theodoſius oppidum quod priùs Raſacina dicebatur, civitatem, quæ nomine mutato dicta eſt Theodoſiopolis, accipiens exindè hoc oppidum jus civitatis uſque nunc, & quidem ſub Conſulatu Merobaudis & Saturnini (anno 383.) Raſaina quæ & Theodoſiopolis ſita fuit ad Aboram ſive Chaboram fluvium in Oſrohoene, teſtibus Stephano Geographo, & Procopio lib. 2. de Edit. Juſtiniani. Attamen Hadrianus Raſaniam liberam omninò eſſe voluit ne Regibus ſubditam: idque ex eo colligo, quod, ut docent nos nummi, Sept. Severus Coloniam Romanorum iſtud oppidum fecit, erat igitur tunc liberum oppidum iſtud; at regnum Oſrohoenes in provinciam primùm redactum fuit à Caracalla Sept. Severi filio, ut nos docet Dio.

Anno circiter 134. V. C. 887. Arſac. 389. *vel* 90. ſuccedit Vologeſes II. patri Choſrhoi.

An. 135. V. C. 888. Arſac. 390. *vel* 91. confecto Judaico bello (à Ducibus Hadriani,) aliud Alanorum, qui Meſſagetæ ſunt, motum eſt à Pharaſmane; iſtud vero Mediam Armeniamque vehementer afflixit, Cappadociamque attigit. Poſt, Alanis (non Albanis, ut imperitè ſubſtituit Leunclavius) partim muneribus à Vologeſo perſuaſis, partim metu Flavii Arrhiani Præſidis Cappadociæ adductis, conquieverunt. Dio lib. 69. pag. 794.

Anno 136. V. C. 889. Arſac. 391. *vel* 92. Vologæſus Rex Parthorum Legatos miſit ad Hadrianum, ut Pharaſmanem accuſarent: hos in Senatum introduxit Imperator. Dio ibid. Re infectâ redierunt Parthi; nam Hadrianus Pharaſmani Ibero cum uxore Romam profecto, imperium auxit, & in Capitolio ſacrificare permiſit.

Anno Æræ Ch. 138. V. C. 891. Arſac. 393. *vel* 94. obiit Imperator Hadrianus, cui ſucceſſit Antoninus Pius.

Anno 139. V. C 892. Arſac. 394. *vel* 95. moritur Rex Armeniæ Partamaſapes Arſacida, relicto filio nomine Achœmenide Jamblychus in Dramatico apud Photium Bibl. cod. 94. Vologæſus jam Armeniæ inhiabat, at Imperator Antoninus Parthorum Regem ab Armeniorum expugnatione folis litte-

ris

tis *repulit*. Capitol. in Dii vita cap. 9. Hoc autem anno ab Antonino Pio, cùm eſſet TRIB. POT. COS. II. REX ARMENIS DATUS. S. C. ut teſtantur nummi ejus antiqui. Sellam regiam Parthorum Regi repetenti, quam Trajanus ceperat (nec Hadrianus reddiderat) pernegavit, ut teſtatur Capitolinus in vita Ant. Pii. Quandiù vixit ille, tranquillâ pace Oriens quievit.

Anno 161. V. C. 914. Arſac. 416. *vel* 17. mortuo Antonino Pio, ei ſuccedunt adoptivi filii M. Aurelius & L. Venis menſe Martio; quod cùm audiiſſet Vologæſus, ſtatim Armeniam invaſit. Demortuo autem Achæmenide Arſacida filio Parthamaſapis, regnum Armeniæ devenit ad Sohænum filium Achæmenidis *ex patribus Regibus ortum*. Qui regno deturbatus à Vologæſe Romam fugit, ubi ſimul creatus eſt Senator & Conſul (ſuffectus ſcilicet) Jamblychus in Drammatico apud Photium. *Vologæſes prior* bellum Romanis intulit, totum exercitum Severiano commiſſum ad *Elegiam* oppidum Armeniæ undique concluſum, unà cum ipſis ducibus ſagittarum ictibus confecit. Dio lib. 71. pag. 802. B.

Dux Parthorum præcipuus *erat Hoſroes quem Græci Oxyroen nominabant*, ita Callymorphus Scriptor ſub M. Aurelio apud Lucianum de modo conſcribendæ hiſtoriæ pag. 356. *Præterea*, inquit, Lucianus ibid. pag. 357. Hic (Callymorphus) *de morte Severiani ſcripſit*, quod cæteri quidem omnes decepti & falſi ſint, qui putarunt ipſum gladio interfectum fuiſſe, *quando inedia & cibi abſtinentia inerit*: ſic verò cùm nugatorem refellit Lucianus, neſcit quod totum illud quod ille (Severianus) paſſus eſt trium duntaxat dierum fuiſſe; qui autem inediâ moriuntur, etiam in ſeptimum uſque diem plerique ſufficiunt: niſi quis hoc credere volet quod Choſroes adſtiterit, expectans donec Severianus fame interiret, & ob id ante ſeptimum diem in aciem non eduxerit.

Porrò idem Lucianus in vita Alexandri Pſeudomantis pag. 486 & 487. Ducem Parthorum Oſroem, appellat Othryadem, narratque Severiano redditum fuiſſe ſuper expeditione in Armeniam ſuſcipienda oraculum ex autophonis, id eſt, voce ipſius Dei Elyconis, cujus Sacerdos & Propheta erat Alexander, adhortans enim illum ad incurſum regionis, ſic ait.

Parthis Armeniiſque citato Marte ſubactis,
Romam Urbem repetes, & claras Thybridis undas,
Vertice ſerta gerens radiis diſtincta ſerenis.

Deinde vecors ille Gallus perſuaſus incurſionem feciſſet, cæderetur ab Othryade hoc oraculum à Commentariis ſuſtulit, atque aliud in ejus locum ſubſtituit (Alexander) hujuſmodi.

Agmen in Armenios ne duc: neque enim expedit iſtuc.
Ne tibi fœmineis vir amictus veſtibus, arcu
Exitium immittat, vitaque ac lumine privet.

Siquidem hoc interim callidiſſime fuerat commentus, ut poſterioribus ſubſtitutiiſque reſponſis ea quæ perperam, maleque eveniſſent, ſarciret ac mederetur. De eadem clade à Romanis perpeſſa ſcribit Capitolinus in M. Aurelio cap. 8. Fuit eo tempore (ſub initio fratrum M. & Lucii etiam Parthicum bellum, quod Vologæſus paratum ſub Pio, Marci & Veri tempore indixit fugato Attilio Corneliano, qui Syriam tunc adminiſtrabat. Idem in Vero cap 6. interfecto Legato Severiano, *cæſis legionibus* (in Armenia) *Syri defectionem cogitant, Oriens vaſtatur.*

Primò in Armenia Romanos cladem paſſos, deindè verò victorias continuas ab ipſis reportatas fuiſſe ſcribit Lucianus, pag. 347. initio libri, *quomodo hiſtoria ſcribenda ſit.* Hoc anno Imp. Verus in Orientem profectus eſt belli Parthici causâ, & hyemavit Laodiceæ. Capit. in Vero cap. 7.

Anno 162. V. C. 915. Arſac. 417. *vel* 18. bellum inchoatum à Romanis, duce Statio *Priſco*, per quem geſtæ ſunt res in Armenia proſperè, Artaxatis captis (Capitol. in Marco) ſcilicet anno ſequenti 163. Nummus probat TRIB. POT. III. IMP. II. COS in Armenia cum captivo ad trophæum ſub finem hujuſce anni 163. V. C. 916. Arſac. 418.

Anno 164. V C. 917. Arſac. 419. *vel* 20. Cum Verus jam ſuſcepiſſet Tribun. poteſt. III. dictus eſt ab exercitu *Armeniacus*, & ab eo REX ARMENIS DATUS, ut ex altero nummo patet. Rex iſte Sohæmus fuit, antequam à Parthis expelleretur geminus regni Armeniæ hæres, *& Rex iterum creatur Armeniæ majoris*, ut ſcribit Jamblycus.

Vologæſes victus ultra Euphratem *flumen fugit.* Jamblycus ibid. Dio Ep. lib. 71. pag. 802. Caſſius adorientem ſe Vologæſem ſubtinuit circa Euphratem.

Anno 165. ineunte vere, *Vologæſes victus ultrà Tigrim fugatus eſt*, & Parthorum regio à Romanis ſubacta fuit, ut narrat Jamblycus Babylonius ocularis teſtis ad Photium in Bibl. Callymorphus coævus etiam apud Lucian. quomodo conſc. hiſt. pag. 356. multis verbis deſcribebat, qualis fuerit coma Hoſrois (ducis Parthorum) natantis per Tigrim (poſt cladem acceptam) & in quale anthyum effugerit. Duces Romani confecerunt Parthicum bellum Statius Priſcus, Avidius Caſſius, & Martius Verus, (qui poſtea Cappadociæ præfuit, teſte Dione lib. 71. pag. 811. A.) per quadriennium; ita ut Babyloniam Provinciam, & Mediam pervenirent; partimque (Vero) qui Antiochiæ morabatur, nomen Armenici, Parthici, Medici, quod etiam Marco Romæ agenti delatum eſt. Egit autem *per quadriennium.* Verus hyemem Laodiceæ, æſtatem apud Daphnem, reliquam partem Antiochiæ. Ita Capit. in Vero cap. 7. Dio lib. 71. in Epit. pag. 802.

C. Caſſius deſertum tandem Vologæſem à ſociis terga vertentem inſequutus, Seleuciam & Cteſiphontem venit, deindè vaſtata atque incenſa regia Vologeſi, quæ in urbe Cteſiphonte erat, ſolo adæquavit. Capit. in Vero cap. 8. Vitiò Caſſii contra fidem Seleucia, quæ ut amicos milites noſtros receperat, *eſt expugnata* (id eſt vaſtata,) quod quidem etiam inter cæteros Quadratus Parthici belli Scriptor, incuſatis Seleucenſibus, qui fidem primò *ruperant*, *purgat*, apud Capit. in Vero cap. 8. Dio ibid. ut ſup. Cùm autem Caſſius reverteretur magnum numerum militum amiſit qui partim fame enecti, partim extincti, rediit ægrè in Syriam cum reliquis militibus. Exin tamen Meſopotamia Rom. Imperio addita fuit, quam Parthi nunquam receperunt, licet eandem Provinciam aliquoties infeſtarint incurſionibus.

Vologeſes rebus infeliciter geſtis, deindè uſque ad obitum quievit. Sohæmo autem Armeniæ Rege mortuo, ſucceſſit (filius, ut colligo,) Sanatrucus nomine, de quo hæc ſcribit Suidas. *Corpus quidem* habebat mediocre, ſed animo erat ad omnia magno, præcipuè verò ad res bellicas: juſtitiæ cuſtos fuit & frugalis, ſicut præſtantiſſimi Romanorum & Græcorum.

Quo anno obierit Vologeſes, incertum eſt: hic Vologeſes II. ſucceſſorem habuit filium Vologeſem III. qui Commodo imperante jam regnabat, Peſcennii Nigri amicus Præſidis Syriæ, qui in Provincia, interfecto Pertinace, purpuram ſumpſit. Nigro enim Peſcennio Parthos faviſſe ſcribit Spartianus cap 9. adde Herodianum lib. 3. cap. 65. Regnabat itaque Vologeſus III. ante annum Chr. 193. V. C. 946. Arſac. 448. Hâc Epochâ & notâ Chronologicâ ΥΜΗ. 448. nummum ejuſdem Vologeſi... ΟΛΟΓΑΣ. conſignatum vidi.

Anno 195. V. C. 947 Arſac. 450. *vel* 51. Dum muri Byzantiorum obſidentur, Severus exercitum contra Oſroënos, Adiabenos & Arabas duxit, quos vincit Severus. Dio lib. 76. pag. 848. Spart. cap. 9. vitæ Severi. Arabas autem & Parthos oderat Severus, quia æmuli ſocii ſui Nigri fuerant. Herod. lib. 3. cap. 65. & Spart. cap. 9. vitæ Severi.

Anno 196. V. C. 949. Arſac. 451. *vel* 52. Severus bellum inferre tentat Parthis & Adiabenis, Parthicum tamen in aliud tempus rejecit. Herodian. lib. 3. cap. 65. Severus porro dictus eſt Arabicus, Adiabenicus, Parthicus; at recuſavit Parthicum nomen, ne Parthos laceſſeret. Spart. ſub finem cap. 9. vitæ Severi: timebat enim Severus Cl. Albinum Cæſarem, qui mox rebellavit, ſeque Auguſtum dixit, nequaquam aſſentiente Severo.

Anno 198. V. C. 951. Arſac. 453. *vel* 54. Parthi, occupato Severo bellis civilibus, *arreptâ licentiâ*, Meſopotamiam invadunt, magnis copiis conductis Niſibin obſident; ſed ea à Læto duce Romano conſervatur. Dio lib. 75 pag. 833.

Anno 199. V. C 952. Arſac. 454.*vel* 55. Severus Româ proficiſcitur ad bellum Parthicum.. trajecto exercitu à Brunduſio continuato itinere venit in Syriam, Parthoſque ſubmovit (à finibus Romanorum) Spart. cap. 14. & 15. vitæ Severi, Niſibin venit (ſub finem hujuſce anni,) Parthi adventu Severi minime expectato, domum ſunt reverſi; frater verò Regis Vologeſi cum Severo erat. Dio pag. 854.

Anno 200. V. C. 953. Arſac. 455. *vel* 456. jam Severus in Armeniam facturus impetum, præventus eſt à Rege Armeniorum mittente obſides; poſtea in Syriam, ut ſe pararet ad bellum Parthis inferendum, revertitur. Herodian. lib. 3. Dio verò in Fragm. lib. 75. pag. 854. *Cum Vologæſus* (*Rex Ar-*

meniæ) *Sanſtruk* (Regis Armeniæ itidem ex Suida) *filius*, aciem oppoſuiſſet Severianis, & priuſquam cum eis confligeret, inducias poſtulaſſet, Legatòs Severus ad eum miſit, eique partem *Armeniæ pacis causâ donavit*; partem itaque abſtulit, Sophenem nempè, quæ exinde paruit Satrapis ndigenis Rom. vectigalibus uſque ad Juſtinianum Imperatorem.

Anno Chr. 201. V. C. 954. Arſac. 456. *vel* 57. Severus inopinato Parthos aggreditur, Regiam Cteſiphontem trajecto Tigri capit, & militibus diripiendam concedit: illinc fugat magnum Regem Vologeſem (quem perperam Artabanum vocat Herodianus lib. 3. cap. 74. Dioni enim Severi Comiti & familiari omnino fidendum, non Herodiano, cujus aſſerta ex ſcriptis Dionis invicte repelluntur, in multis enim peccat Herodianus, cùm bellum iſtud Parthicum narrat.

Anno 214. V. C. 964. Arſac. 469. *vel* 70. mortuo Vologeſo III. dum Antoninus Caracalla in Aſiam venit, ſuccedit filius major natus Artabanus, fratribus ejus repugnantibus, qui de regno inter ſe certant, eoque ſe multum *jactat Antoninus*. Dio Fragm. lib. 77. Excerpt. Valeſ pag. 746. & apud Xiphil. eodem lib. 77. pag. 876. Antoninus ſcripſit ad Senatum de Regibus Parthorum, quod cùm fratres eſſent, & diſſiderent inter ſe, Reſpublica Parthorum ex eorum diſſentione magnum detrimentum caperet.

Cùm ad Antoninum, tanquam ad amicum fraude pellectus veniſſet Angarus Rex Oſroenorum, comprehenſum conjecit in vincula, & Oſroenam Rege deſtitutam cepit, & in Provinciam redegit: verum Oſroenem Abgaro illius gentilitio Principi reſtitutam fuiſſe à Gordiano Pio patet ex nummis apud Triſtanum tom. 3. præſertim ex illo numiſmate, cujus poſtica deſcribitur pag. 519. ibi uterque Princeps exhibetur; Imperator capite radiato dextrâ globum terræ tenet, Abgarus Gordianum reſpiciens, dextrâ diadema tangit, lævâ ſceptrum demittens ſe à Principe Romano Regiam poteſtatem recepiſſe fatetur.

Anno 215. V. C. 968. Arſac. 470 *vel* 71. Artabanus ſolus regnat, ſed ei bellum intulit Caracalla, eo quod Tiridatem & Antiochum quemdam quos poſcebat, non dederat. . . . . Poſtquam autem à Partho *metu perterrito*, utrumque recepit, à bello deſtitit Parthico.

Anno 226. V. C. 969. Arſac. 471. *vel* 72. Regem Armeniorum (Vologeſem) qui cum filiis diſſentiebat, velut inter eos pacem facturus per litteras vocavit, ac deinde illos non aliter quàm Angarum tractavit (eos, inquam, in vincula conjecit. Epit. Dion. lib. 77. pag. 875. E. & ex eodem Dione.

Porro Theocritum miſit cum exercitu in Armenos, à quibus victus, magnam cladem accepit lib. 77. pag. 878. & 879. Dion. videndus & Spart. cap. 6. in vita Caracallæ. Armeni paulò poſt Tiridatem Regem eligunt.

Antoninus Caracallus fraudulentam expeditionem in Artabanum ſuſcipit, Parthorum agros & urbes crudeliſſimè diripit ex Dione lib. 79. Herodian. lib. 4. cap. 101. & 102. At ubique fere hic ceſpitat teſtimoniiſque Dionis falſi arguitur.

Anno 217. V. C. 970. Arſac. 472. *vel* 73. Cùm Caracalla iterum vellet Parthis bellum inferre, hybernat Edeſſæ, unde diſcedens occiditur dolo Macrini 8. Idus Aprilis (Spartian cap. 6. & 7.) *Macrinus* imperium adeptus, confligit dubio eventu cum Artabano Rege, qui advenerat tunc cum ingenti exercitu, à quo Romani propudioſam pacem ægrè obtinent. Dio lib. 78. pag. 888. & 889. Quo cum conferendi Herodianus lib. 4. cap. 108. & 109. & Capitol in vita Macrini. Pergit Dio lib. 78. pag. 887. *Fuit hoc quoque bellum* compoſitum, quod in Armenia geſtum erat, cùm Tiridates diadema ſibi à Macrino miſſum accepiſſet, ac matrem quam Caracallus *undecim menſibus* in carcere detinuerat, (à menſe Junio ſcilicet anni ſuperioris 216. una cum præda quæ capta fuerat ex Armeniis, & iis cum agris quos pater ejus in Cappadocia poſſederat, impetraſſet: pater itaque Tiridatis, & ejuſdem fratres in carcere perierant.

Anno 222. V. C. 975. Arſac. 477. *vel* 78 Tiridate mortuo, cùm Alexander Mamææ filius Romæ creatus fuit Imperator, tum Rex Parthorum *Arſacem* fratrem ſuum Regem Armeniæ conſtituit, ut refert Armeniorum hiſtoria apud Procopium lib. 3. de Ædificiis Juſtiniani; addit Procopius, *neque enim* ex Armeniis oriundos quis exiſtimet Arſacidas. In Armenia majori ſedem habebat Armeniorum Rex jam inde antiquitus ſubditus Romano Imperatori.

Anno 226. V. C 979. Seleuc 537. *vel* 38. Arſac. 481. *vel* 82. Deletis Parthis Artaxerxes ſceleratus & injuſtiſſimus Per-

ſicum regnum obtinuit, interfecto Domino ſuo (Artabano) anno nempe 538. *Alexandri Magni* (id eſt Epochæ Seleucidarum, & anno ineunte: cœpit enim annus Seleuc. 538. autumno hujuſce anni 226. Agathias lib. 4. pag. 134. Dio Epit. lib. 80. pag. 918. Artaxerces Perſa cùm tribus prælIis Parthos ſuperaſſet, & Artabanum Regem eorum *interficit*. Herodian. lib. 6. cap. 129. Artaxerces Perſarum Rex Parthos devicit, atque Artabanum qui priùs Rex Regum appellabatur, & duplici utebatur diademate.

ARSACES I.

ARSACES, I.

ARSACES
PARTHORVM. REX. I.



In museo D. Vaillant. D. M
ex num. arg. tetradr.

PARTHI ex Seleucidarum Imperii diſtractione ampliorem ſuæ dictionis partem virtute & armis ſibi vindicârunt : gens quidem ſub Medis & Perſis, imò ſub Macedonibus obſcura. Seleucus Nicator ex innumeris iſtis Regionibus ab Alexandro magno, Da-

rio devicto, comparatis, imperium ab Helleſponto ad Indum uſque fluvium ſibi conſtituerat: quod Antiochus Soter, hujus filius, integrum ſervavit. Ipſo autem mortuo, Antiochus ejus filius, qui vocabatur ὁ Θεός, id eſt, DEUS, patri in imperium ſucceſſit; ſed adverſus Ptolemæum Philadelphum, qui ſecundus imperabat Ægyptiis, geſſit bella quàmplurima, & totis Babylonis, atque Orientis viribus dimicavit. *Hieron. imp.* XI. *Danielis ex Chron. Porphyrii*, qui ſua à Sutorii Callinici Chronicis excerpſit.

Dum autem Antiochus II. contra Ægyptios bellum redintegrat, & diù illo detinetur; exercitibus & præſidiis vacuæ inermeſque Orientis Satrapiæ remanent. Quâ re conſpectâ, Græci Bactrianam Regionem incolentes, Macedonum odio, rebellant. Primus horum Græculus quidam, nomine *Euthydemus*, Bactrianam, vicinaſque regiones fidei ſuæ commiſſas, ad defectionem pertraxit. *Strabo lib. xi. pag.* 515. Sed aliquantò poſt obiit, quum diadema ſumere non fuiſſet auſus. Ejus verò ſucceſſor Theodotus, ſeu Diodotus, primus ſe Regem appellari juſſit: ut in *Epit. Trog. lib.* 41. atque in prologo ejuſdem libri legitur: In Bactrianis regnum à Diodoto conſtitutum eſt.

Arſaces & Tiridates fratres, Satraparum munere fungebantur apud Bactros; id eſt, partem Bactrorum regebant; Agathocle Macedone Præfecturam adminiſtrante Perſicæ Provinciæ (latè ſumptæ pro omnibus ſuperioribus Satrapiis, ſeu regionibus Tranſtigritanis.) Arrianus teſtis in Parthicis apud Syncellum. *Chron. pag.* 284.

Bactrianum fuiſſe Arſacem tradunt, & incrementa

Diodoti præſenſiſſe; ideóque ad Agathoclem confugiſſe; cùm ſibi ad reſiſtendum Diodoto non ſatis virium foret. *Strab. lib. xi. pag.* 515. Arſaces & Tiridates generis originem ad Artaxercem, Perſarum quondam Principem, referebant; Artaxerxem, inquam, qui primùm Arſaces appellabatur. *Cteſias in fragm. Perſ. pag.* 652. Quid quod avus Darii Hiſtaſpidis, *Arſaa* vocabatur apud Herodotum, *lib.* I. *cap.* 205. & *lib.* viii. *cap.* 2. Undè originem ſuam deducere ex priſcis Perſarum regibus, non leve ac futile autumabant Arſacidæ, licet incertæ originis dicatur Arſaces, *ex Epitome Trogi lib.* 41. Erant duo fratres, Ἀρσακίδαι τῶ ὕιω Ἀρσάκȣ τȣ Φριαπάτȣ ἀπογόνω, teſte Arriano *in Parth. apud Phot. Biblioth. cod.* 581. (Sic enim locum corruptum emendandum non dubito :) id eſt, Arſacidæ filii duo Arſacis, Phriapatii nepotes. *Phriapates*, ſeu & *Phrapates*, idem ac *Aphra* Pater, ſive & *Papatius* : nam apud Perſas, idem *Aphra* eſt, ac *Pa* apud Turcas Scythaſque; ſcilicet ſublimis, ſupremus, maximus : quæ nominibus propriis, ut & *Art*, præponuntur.

Hi Phereclem, qui Agathocles nominatur apud Syncellum, quòd alteri fratrum vim inferre conatus eſſet, (ſed fruſtrà διαμάρτησας apud Syncellum) contumeliam non ferentes, enecàrunt; conſciis etiam aliis quinque. *Arrianus in Parth. apud Photium.* Ita verò habetur apud Zozimum. *Hiſt. lib.* I. *in Gordiano.* Nam poſt Alexandrum Philippi filium, & hujus ſucceſſores Macedonum Reges, Antiocho ſuperioribus illis Satrapiis imperante, Arſaces Parthus, propter illatam fratri Tiridati contumeliam, bello adverſus Antiochi Satrapiam ſuſcepto, Parthis auctor fuit, ut, ejectis Macedoni-

bus, ſibi Regem aſſumerent.

ARSAC. 1. Quum apertè rebellaſſet Arſaces, regionem pauperrimam Parthiam, quam parvi fecerant Perſæ & Macedones, occupat autumno anni ante Chriſtum 236. ineunte Seleucidarum 57. Urbis Romæ 498. ſcilicet, Conſulibus L. Manlio Vulſone & M. Attilio Regulo, qui ſuffectus eſt Cæciditio in Magiſtratu defuncto; teſte Trogo Pompeio *apud Juſtinum lib.* 41. cui optimè cum Arriano convenit: his enim Coſſ. regnabat Anthiocus Deus. Initium Arſacidarum non rectè diſtulit Uſſerius ad annum Periodi Jul. 4464. & V. C. 504. quò Conſul Romæ C. Attilius erat cum L. Vulſone iterum: cùm illud debuerit ad annum revocare, quo M. Attilius Regulus, ejus frater, & L. Manlius Vulſo erant Conſules: quo ſcilicet anno Parthi à Syromacedonibus defecêre. Indè enim exordium ſumit Arſacidarum imperium, indè poſteriores Parthorum Reges annos computare cœperunt.

Arſaces, Regis nomine aſſumpto, ab initio quidem paucarum virium fuit; nam Parthia non admodùm erat ampla, ut quæ à Perſis, atque etiam Macedonibus cum Hyrcania fuerit cenſita: teſte *Strabone lib. xi. pag.* 514. Sed hic autor Arſacem primum ab ejuſdem fratre, qui ei ſucceſſit, non diſtinguit; ut & Epitomator Juſtinus, qui multa in Parthica Hiſtoria confundit, vel omittit contra mentem Trogi; ut infrà demonſtrabimus.

ARSAC. 2. Rex verò toto tempore, quo regio nomine uſus eſt, bellum indeſinenter ſuſtinuit adverſus illos, quibus Parthiam Provinciam ademerat; & regiam conſtituit Hecatompylon à Macedonibus conſtructam. Hæc vetus regia Parthorum fuit, de qua inquit Q. Curtius *lib.* 6 *cap.* 2. Urbs erat eâ tempeſtate clara Hecatom-

pylos, condita à Græcis; ibi ſtatum Rex habuit, commeatibus undique advectis: quod confirmat Strabo *lib. xi.* his verbis, ad Hecatompylon autem Parthorum regiam, ſtadia CIↃ. CCLX. Unde Arſaces ut Macedonum amicitiam ſibi conciliaret, ſe in nummis ſuis ΦΙΛΕΛΛΗΝΑ, id eſt Græcorum amicum, vocitavit.

Arſaces, bello continuo propter defectionem diſturbatus, tandem inter certandum, latere haſtâ transfoſſo, interiit: ex Suida: cùm duos annos & aliquot menſes potitus regno fuiſſet, ut videre eſt apud Syncellum *Chron. pag.* 284. Cæterùm, propter quæſitum conſtitutumque ab illo regnum, licet breve fuerit, Parthi hunc honorem ejus memoriæ tribuêrunt, ut omnes ab eo deinde Reges ſuos ARSACES appellarent. Quin & Parthi ipſi ab eo *Arſacidæ* aliquoties dicti ſunt, ut videtur apud Lucanum *lib.* I. ARSAC. 3.

Plus illa vobis acie, quam creditis, actum eſt.
Arſacidæ....

Apud Tacitum Hiſtor. lib. I. *Arſacidarum ſolium*, pro regno Parthorum habetur. Servius ad Æneïd. VI. verſ. 760. inquit: Albani omnes Reges dicti ſunt SYLVII, ab hujus nomine: ſicut hodieque Romani Imperatores, AUGUSTI vocantur: Ægyptii, PTOLEMÆI: Perſæ, ARSACIDÆ. Notandum Servium *Perſas* pro *Parthis* dixiſſe, quia retinuit apud quoſdam auctores Imperii nomen, quod invaſerant Parthi, ante quos Perſæ regnaverant, vel quòd ipſe Arſaces à Perſis oriundus eſſet: quemadmodum poſt Artabanum regno & vitâ ſpoliatum, Artaxerxes Perſa, ſe ipſe Arſacidam nominavit: & Perſarum imperii appellatio rediit, quæ

modó fuerat Parthorum. Undè non mirum eſt, ſi Scriptores aliquot Parthos appellent Perſas. Horatius *lib.* 3. *Od.* 5. Auguſtum graves Perſas adjeciſſe imperio ſcribit. Aur. Victor de eodem Auguſto ait : Huic Perſæ obſides obtulerunt.

NUMMUS ARSACIS I.



EX MUSEO NOSTRO.

Caput Regis ſine epigraphe, barbâ prolixâ & capillis criſpis, cum diademate & veſte regiâ : ex averſâ parte ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ, id eſt, REGIS REGUM ARSACIS BENEFICI ILLUSTRIS PHILELLENIS. In imo, Α. ΜΗΝΟΣ ΓΟΡΠΙΑΟΥ. A MENSE GORPIÆO. Arſaces ipſe ſedet, palmæ ramum accipiens à muliere ſtolata ſtante, capite turrito, lævaque cornu copiæ gerente.

ARSACIS Parthorum imperii conditoris effigies haud dubiè in hoc nummo exhibetur. Illius materia cum argento mixta, Regem non multum ab initio divitem oſtentat ; ſed

Gorpiæus menſis, quo regnum auſpicatus eſt, in eo inſcriptus, id planè evincit. In illa jam ſententia fuit Triſtanus *lib.* 2 *pag.* 83. cui non aſſentiri videtur Card. Noriſius in Epoch. Syromac. *fol.* 8. arbitratus quempiam potiùs hujus Arſacis ſucceſſorem indicari, altero titulo ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ, Amici Græcorum.

Λ. ΜΗΝΟΣ ΓΟΡΠΙΑΙΟΥ, id eſt, a mense Gorpiæo; verba illa menſem Gorpiæum, quo Arſaces regnum ſuſcepit, haud dubiè indicant: quæ Rex in nummis ſuis conſignari ad æternam rei memoriam voluit. Ipſe enim à Parthis ob virtutem Rex ſalutatus eſt, ut ſcribit Arrianus in Parth. & Gorpiæus menſis prima fuit imperii Parthici Epocha, ab Arſacis ſub Antiocho Deo defectione.

Arſaces non modo linguâ Græcâ in nummis, ut Græcorum amicitiam ſibi conciliaret, uſus eſt; uti & ſucceſſores ejus fecêre: verùm etiam recepta jam menſium Macedonum nomina retinuit; quod nos edocent eorum monetæ. Menſis autem Gorpiæus in Arſacis primi nummis exaratus, Regem hunc ab eo menſe annum inchoare voluiſſe indicat, quòd regnum eſſet hoc ipſo menſe auſpicatus. *Scaliger de emend. temp. pag.* 333. ultimum eſſe anni Macedonici exiſtimat; cui ſuffragatur petitus in Eclogis Chronol. *lib* 4. *cap.* 14. Card. Noriſius contendit contrà ex Zenobio & Suida Hyperberetæum fuiſſe; & annum inchoari à menſe Dio.

Rex capillis criſpatis, & barbâ ſimiliter adornata exhibetur, Perſarum more; ut annotat Suidas in Leonato Duce Macedone, his verbis, se regio cultu ornans, et regiam majestatem referens, fluente, promissa demissave coma, et reliævo apparatu, quem a persico more non multa abhorrentem excoluerat.

Titulos ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ, quibus Perſæ Principes olim utebantur, hîc etiam uſurpat Arſaces, ut ſe originem ab Artaxerxe Mnemone Perſarum Rege, ex quo ſe jactabat oriundum, traxiſſe perſuaderet. Hanc verò appellationem illorum populorum linguâ SAAN SAAN dici apud Ammianum *lib.* 19. jam protulit vir doctiſſimus Ezech. Spanhemius, quam ſeriò Parthicis Regibus tribuit Suetonius in Caligula *cap.* 5. dum ait lugubria induiſſe Reges poſt mortem Germanici. Regum Regem exercitatione venandi, convicti Megistanum abstinuisse, quod apud Parthos

JUSTITII INSTAR EST. Megiſtanes Græcis erant viri ſummi; ac proceres cujuſque regni, quibus honor menſæ Regiæ accumbendi conceſſus fuit: unde D. Marci Evangeliſtæ locus, *cap.* 6. de Herode ſcribentis: δεῖπνον ἐποίει τοῖς Μεγιςᾶσιν. PRANDIUM FECIT MEGISTANIS.



EX MUSEO D. MONJEUX, PARISIIS.

Caput ejuſdem Regis: ex averſâ parte eadem epigraphe; in imo, ΑΠΟ ΜΗΝΟΣ ΓΟΡΠΙΑΙΟΥ, id eſt, A MENSE GORPIÆO. Arſaces ſedet, dextram extendens verſus Palladem, quæ dextra coronam præfert, levâ autem haſtam tenet.

Quin ad eundem Arſacem imperii Parthici fundatorem ſpectet hic nummus Tetradrachmalis, nullus eſt dubitandi locus. Idem oris habitus, eadem effigies, eademque partis averſæ epigraphe, illud omnino arguunt.

Pallas à Macedonibus peculiariter culta fuit, ut in Hiſtoria Regum Syriæ ſæpè diximus; ſiquidem Alexander Magnus plurima ei templa conſtruxit in Cyrno ſeu Corſica, atque unum imprimis Ilii, vel Trojæ; quod nulli magnificentiâ cederet. Eam ob cauſam Arſaces, ut Syromacedonum, qui in ejus regno manebant, & aliorum Græcorum, quos in ſuas partes pertrahere deſtinaverat, benevolentiam ſibi conciliaret: ejus Deæ cultum retinere voluit; imò & ab illa coronam ob ſuas victorias recepiſſe, utpotè, victoriæ ſemper aſſiſtrice, bellorumque

bellorumque præſide, demonſtrare hoc lemmate affectavit.

ΑΠΟ ΜΗΝΟΣ ΓΟΡΠΙΑΙΟΥ, id eſt, A MENSE GORPIÆO. Hæ voces in nummo Arſacis appoſitæ, haud dubiè illum ab hoc menſe regnum inchoâſſe, & Arſacidarum Epocham indè emanâſſe declarant. Utrum autem ab illo annum incipere voluerit, dubium videtur: nam nemo neſcit varias Græcorum nationes, eamdem ubique menſium formam non obſervâſſe, teſte Petro Caſtelano de Feſtis Græcorum; inter quos populos recenſet ille Macedonas? An verò Arſaces Gorpiæum primum anni menſem in regni augurium nuncupavit? Gorpiæus apud Macedonas Septembri reſpondebat, ex Plutarcho in Theſeo; ſed ejus initium in anno Romano diei 25 Auguſti aſſignabatur: undè D. Epiphanius illum cum Auguſto conjunxit.

Arſaces, ut regnum ad Perſas reverſum per ſe denotaret, non modò titulo ambitioſo REGIS REGUM, quo illi utebantur, contentus, ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ denominationem ſibi aſſumpſit, ut ſe BENEFICUM liberalitate continuâ futurum demonſtraret. Hæc cognomina Ptolemæus III. Ægypti Rex, ut & Antiochus VII, & Demetrius III, Syriæ Principes, ſibi quoque adoptârunt.

Adjecit ſibi titulum ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, juxta mentem fortè Appiani in Syriacis, quòd expulſis è patrio regno tyrannis, quaſi patrius & domeſticus Rex, populis apparuiſſet, ſeu quòd illis veluti Deus PRÆSENS adeſſet, ſeu potiùs ſimplici appellatione ILLUSTRIS cognomen accepiſſet: quod cognomentum Epiphanis Arſacidæ omnes ſibi conſervârunt.

Obſervandum venit in Arſacis primi nummis cognomen ΔΙΚΑΙΟΥ, id eſt JUSTI, non reperiri; quod Arſaci Tiridati ejus fratri tributum primum fuit; quodque ſucceſſores ejus, ut & alia, Evergetis, Epiphanis & Philellenis, ſibi vendicârunt.

Cardinalis Noriſius nummos à primo Arſace, quem non à fratre Tiridate diſtinxit, nequaquam fuiſſe percuſſos, ſed à quopiam illorum Regum ſucceſſore ſuſpicatur, ſine ullo tamen fundamento. Primus enim, quanquam in Regione minimè tunc opulenta, Hecatompylon à Græcis conditam pro Regia habuit: Tiridates verò per triginta annos Rex imperavit.

ARSACES II.

ARSACES TIRIDATES
REX PARTHORVM. II



In theſauro LUDOVICI MAGNI.
ex num. arg. tetradr.

TIRIDATES, fratri Arſaci in acie occiſo ſuccedens, regni habenas ſuſcepit; *Arrianus in Parth. apud Syncellum*; ſeque pariter Arſacem nuncupavit: quæ nominis & regni parilitas hiſtoriæ Scriptoribus hunc cum ſuperiore confundendi occaſionem dedit. Hujus autem

exemplo ſucceſſores eandem Arſacis appellationem ſibi retinuerunt, Imperatorum Romanorum more, qui ſe Cæſares omnes vocârunt; quare in nummis, quod ad epigraphen, difficilè alii ab aliis diſtinguuntur, licet proprium ac peculiare nomen ſinguli apud Hiſtoricos habuerint.

Arſaces hujus nominis ſecundus, quem *Tiridatem* appellabimus, regnare cœpit anno 3. Arſacidarum, ineunte Seleucidarum 59. ante Chriſtum 254. Urbis conditæ 500. Ut probatæ erat virtutis, apud Juſtinum *lib.* 41. etſi ab initio infirmus, teſte Strabone *lib.* 11. *pag.* 515. gentem tamen Macedonicam, quæ ejus imperium agnoſcere recuſabat, longè propulſavit, magnamque indè potentiam conſequutus eſt. *Id. Arrianus in Parth. apud Syncel.* Undè Magni cognomen meruit, quod nihilominùs in nummis ſuis nunquam uſurpavit.

Antiochus, cognomine *Deus*, Syriæ Rex, (quo regnante Arſacidarum imperium cœpit,) cùm eſſet bello adverſus Ptolemæum Philadelphum, Ægypti Regem, impeditus; pace tandem cum ipſo initâ, mortuus eſt, relictis duobus filiis, Seleuco Callinico, & Antiocho Hierace: quorum natu major Seleucus in Syriæ regnum patri ſucceſſit. At mortuo paulò poſt etiam Philadelpho, Evergetes, ejus filius, bellum adverſùs Seleucum redintegravit, dum Tiridates vicinas Parthiæ gentes imperio ſuo armis ſubjiciebat. ARSAC. 10.

Dum hæc geruntur, poſt varios belli caſus, Syriæ & Ægypti Reges, induciis tandem in annos decem factis, quieverunt: anno verò Seleucidarum 69. Callinicus, copiis in Orientem traductis contra Parthos qui rebellaverant, arma movet. Intereà Tiridates, qui à ARSAC. 15.

Strabone vocatur *Arſaces*, *lib.* 11. *pag.* 513. Seleucum fugiens, ad Sacas, ſeu Scythas Aſpaſiacas, ſe contulit. Moxque Seleucus in Aſiam Ciſeuphratenſem, ob Gallos in Provincias Seleucidarum ingreſſos, revocatus eſt; cùm in Bactriam ducere exercitum paraſſet, atque Andragorâ Parthiæ Præfecto, Antiochiam reverſus eſt.

ARSAC. 16. Antiochus Hierax, Seleuci frater, Gallos in illius auxilium mercede comparatos, adversùs eum duxit; Aſiam, quam ei promiſerat, extorquere ab ipſo conatus: cum quibus dimicans Seleucus, in fugam actus, vix ex acie evaſit: undè ingens inter eos bellum poſteà exarſit. Tiridates, accepta opinione Seleucum à Gallis in Aſia victum & occiſum; ſolutus Regis metu, cum ſuis in Parthiam regreſſus, præfectum eorum Andragoram oppreſſit; ſublatoque eo, imperium gentis, (*iterùm ſupple*,) invaſit. *Epit. Trog. lib.* 41.

ARSAC. 17. Dum bellum civile inter Seleucidas fratres recrudeſcit, armorum hoſtilium intermiſſione ad ſtabiliendum Parthicum regnum, Tiridates egregiè ac naviter uſus, militem legit, caſtella munit, civitates firmat, urbem quoque Daram in monte Zapaortenon, quem in regione Zapaortene Daricum appellat Plinius, *lib.* 1. *cap.* 16. condit. Hæc omnia narrat Juſtinus ordine præpoſtero.

Nec multò poſt copiis auctus Tiridates, Hyrcanorum regionem Parthiæ proximam ingreditur, & occupat. *Epit. Trog. ibid.* atque iſtâ ratione duorum regnorum imperio potitur; durante bello civili inter Seleucum & Antiochum fratres, de Syriæ regno contendentes.

Diodotus, qui ante Arſacem I. Bactrianam invaſerat, nomenque ibi & inſignia Regis arripuerat, Tiridatis potentiam in dies augeri animadvertens, copias undique contra eum comparat. Quo audito, Tiridates grandem exercitum contrahit; idque metu etiam Seleuci, quem nuper in Meſopotamia fratrem deviciſſe acceperat. At vix Diodotus contra Tiridatem bellum ſuſceperat, cùm ſubitò mortem obiit. Itaque metu liberatus Tiridates, cum filio ejus Diodoto, aliis *Theodoto II.* fœdus ac pacem paciſcitur. *Epit. Trog. ibid.* ARSAC. 22. ARSAC. 23.

Rebus in Syria compoſitis, Seleucus Rex contra Orientis defectores exercitum rursùs ducit; & cum Tiridate congreſſus, ab eo vincitur. Plurimis enim Bactrianorum copiis, pace cum iis initâ, auctus fuerat Tiridates. Tantæ autem victoriæ cauſâ, Parthi hunc exindè ſolemnem diem, velut initium ſuæ libertatis religiosè obſervârunt. *Id. ibid.* ARRAC. 27.

Tiridates, ejuſmodi victoriâ inflatus, vicinas Seleucidarum provincias occupare aggreſſus, Mediam imperio ſuo ſubjicere conatur. Quo comperto, Seleucus, expeditione quàm citiſſimè in eam provinciam ſuſceptâ, cum Tiridate congreditur; & ab eo captus, diùque detentus, regiâ prorſùs magnificentiâ & impenſâ habitus eſt. *Poſſidon. Hiſt. lib. 16. apud Athen. lib. 4. pag. 153.* ARSAC. 28. ARSAC. 29.

Parthia, inquit Strabo *lib. xi. pag. 514.* aucta fuit: partes ejus Camiſene & Chorene; ferè etiam quicquid eſt uſque ad portas Caſpias & Aragos, ac Topiros, quæ olim Mediæ fuerant. Eſt & Apamea & Heracle, urbes apud Ragas. *Et pag. 524.* Sunt & Græcanicæ urbes in Media, à Macedonibus conditæ. Laodicea, Apa-

mea, quæ quidem propè Ragas eſt, & ipſa Rageia condita, ſeu potiùs reſtaurata à Seleuco Nicatore, quam ipſe *Europum* appellavit; Parthi *Arſaciam*, ab Arſace Magno, qui eam ſui juris fecit.

Arsac. 30. Tandem, pace inter Seleucum & Tiridatem compoſita, Seleucus dimittitur, & Tiridates pro Rege habetur. Seleucus verò in Syriam iter faciens, ait Juſtinus, amiſſo regno, equo præcipitatus, vitam finit.

Arsac. 31. Seleucus Ceraunus, Seleuci Callinici filius, nuntio de patris apud Tiridatem captivitate in Syriam allato, mirâ ipſum ulciſcendi cupidine, necnon ſpe victoriæ provocatus, recentes quidem copias legerat, at non tam citò congregare potuerat exercitum; quem, patris morte acceptâ, contra Attalum Pergami Regem duxit, fratremque Antiochum ad cuſtodiendas adverſus Tiridatem provincias miſit Babylonem. *Polyb. lib.* 4.

Antiochus, Seleuco fratre mortuo, exercitum ex urbe Babylone revocavit; quibus copiis præerat Epigenes. *Id. lib.* 5. Hoc pacto Tiridates pace fruitur, & conſtituto regno, diem ſupremum obit, Arſacidarum anno 40. urbis conditæ 537. Seleucidarum 97. cùm regnaviſſet annos 37. (*ut tradit Arrian. in Parth. apud Syncel.*) Non minùs memorabilis Parthis, quàm Cyrus Perſis; Alexander Macedonibus; Romulus Romanis; necdum maturâ ſenectute, relicto Artabano filio.

Hunc Arſacem confundit etiam cum ſuperiore Ammianus: de illo enim loquens, in talia erumpit verba: „Qui poſt multa glorioſè & fortiter geſta, ſuperato „Nicatore Seleuco, ejuſdem Alexandri ſucceſſore, cui „victoriarum crebritas hoc indiderat cognomentum; „præſidiiſque Macedonum pulſis, ipſe tranquilliùs

agens, temperator obedientium fuit, & arbiter lenis. "
Denique poſt finitima cuncta, vi, vel æquitatis con- "
ſideratione, vel metu ſubacta; civitatum & caſtro- "
rum, caſtellorumque munimentis oppletâ Perſide, "
adſuefactaque timori eſſe accolis omnibus, quos an- "
teà formidabat: medium ipſe agens curſum ætatis, "
placidâ morte deceſſit. Certatimque ſummatum, & "
vulgi ſententiis concinnentibus, aſtris (ut ipſi exiſti- "
mant) ritûs ſui conſecratione permiſtus eſt omnium "
primus. „ *Ammianus Marcellinus lib. xxiii. pag. 365. & 366. Edit. Valeſianæ in-folio.*

NUMMUS
ARSACIS TIRIDATIS.



Ex Museo D. Foucault.

Caput Regis barbatum & diademate redimitum cum chlamide regiâ : ex aversâ parte ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ, id eſt, Regis Regum Arsacis benefici justi illustris, amici Græcorum. In imo, ΑΠ. ΕΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΥ. Ab Hyperberethæo. Pallas galeata ſtans dextrâ coronam Regi ſedenti porrigit, ſiniſtrâ haſtam præfert.

SUPERIOR Arſaces & ejus frater Tiridates vultu multùm inter ſe differunt; licet primo intuitu unus idemque Rex eſſe videatur. Certè etenim Arſaces naſo eſt ſimio, Tiridates autem grypo: barba priori minùs denſa, poſteriori prolixa. Nulla in utriuſque Regis nummi parte antica epigraphe, more Regum ſolito, qui nullâ circa caput inſcriptione inſigniuntur. Cæterùm, etiamſi effigie nullatenùs diſtinguerentur

rentur inter ſe hi fratres; tamen in priore nummo menſis Gorpiæus inſcriptus, & in poſteriore Hyperberetæus, diverſos omninò Reges eſſe ſatis ſuperque indicarent. Vox *Gorpiæus*, hoc Macedonum menſe Arſacem Parthorum regnum occupaſſe teſtatur: *Hyperberetæus* verò, eo menſe victoriam à Tiridate de Seleucò Callinico reportatam fuiſſe demonſtrat. Undè, inquit Juſtinus, ILLUM DIEM PARTHI EXINDE SOLEMNEM VELUT INITIUM LIBERTATIS OBSERVARUNT. Arſaces, à Gorpiæo regnum auſpicatus, illum in nummis ſuis exhibuit. Tiridates à victoria menſe Hyperberetæo reportata, in ſuis hunc poſtremum menſem numiſmatibus conſignavit.

Hic quæri poteſt, an ideò duæ fuerint Arſacidarum Epochæ, ut exiſtimat vir doctiſſimus Henricus Valeſius in ſuis ad Ammianum notis, *lib.* 23. ob diſcrepantes hiſtoriæ Scriptorum de rebellionis Parthorum tempore ſententias; cùm alii ſub Antiocho Deo, alii ſub Seleuco ejus filio, iſtam defectionem contigiſſe tradant. Attamen, ut probè ego, re attentiùs perſpectâ, comperi, unâ tantùm Epochâ in nummis ſuis Arſacidæ utuntur, quam Trogus rectè apud Juſtinum adſignavit anno V.C. 498, L. Manlio Vulſone, & M. Atilio Coſſ. Hæc verò cœpit anno Seleucidarum 57, regni quidem Antiochi Dei 7, quo Arſaces Parthorum imperium auſpicatus eſt menſe Gorpiæo, ut ipſe Rex in nummis ſcripſit. Deindè, cùm Tiridates de Seleuco Callinico victoriam retuliſſet, menſe, ut videtur, Hyperberetæo; qui apud Syromacedonas, in plurimis urbibus, præſertim Antiochiæ, quæ earum eſt Metropolis, primus habebatur, ut patet ex Evagrio; quique Octobri reſpondens, Kalendis ejus menſis inchoabatur. Non ſine cauſa Tiridates menſem Hyperberetæum anni primum eſſe voluit, cùm Gorpiæus eſſet anni ultimus vel penultimus.

Pallas in Arſacis nummo jam à nobis deſcripta eſt, quare non diverſos admodùm in hac ſerie Regum typos exſpectes: crebrò iidem redibunt. Nummus quippè nihil aliud erat quàm moneta populorum uſibus accommodata: nihil ergo in ea fratres immutare voluerunt, quam regulam horum ſucceſſores Arſacidæ ſunt ſubſecuti. Pallas autem peculiaris Macedonum Dea eſt habita, cujus etiam cultum ſervârunt Parthorum Reges, & hi præcipuè qui eam pro tutelari numine habuerunt, quaſi

ipſius auxilio regnum obtinuiſſent, cùm illis coronam in nummis Dea porrigat.

NUMMUS ARSACIS TIRIDATIS.



Ex Thesauro Regio.

Caput ejuſdem Tiridatis ſine epigraphe: ex averſâ parte, ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ.... id eſt, Regis Regum Arsacis benefici justi illustris amici Græcorum. In imo reverſatus eſt nummus. Genius urbis ſtans, dextrâ palmæ ramum porrigit Regi barbato ſedenti, lævâ cornucopiæ geſtat.

Ad eundem Arſacem Tiridatem, Arſacis Parthorum imperii fundatoris fratrem, pertinere nummum hunc Tetradrachmalem idem oris habitus, & eadem effigies demonſtrant. Neque enim ad Parthos Reges inter ſe diſtinguendos, propria uniuſcujuſque nomina in Arſacidarum monetis quæras. Cuncti Arsaces in primi memoriam appellantur, ſicut Imperatores Romani, à Julio Cæſare, qui imperium conſtituerat, Cæsares denominati ſunt. Certè tamen illi cum Cæſaris appellatione pro-

prium nomen, quòd non ex eodem ſanguine orti eſſent, conjunxerunt. Parthi verò Reges, cùm omnes ab eodem originem traherent, ſemper ſe ARSACES nuncupaverunt. Undè eorum ſucceſſores ex vultu tantùm ab aliorum vultu diſſimili, aut ex cognomine quodam ſingulari poſſunt inter ſe diſtingui.

Cùm igitur nobis deinceps de Regibus Arſacidis erit ſermo, ne ſi eos vocemus ſemper ARSACES, confundamus Reges; in capite hiſtoriæ ſingulorum, proprio quiſque nomine indicabitur. Agmen ducit Tiridates, quem Doctor Ilyde Anglus in hiſt. Perſarum Religionis veteris ait appellatum fuiſſe à voce TIR, quæ eorum linguâ *Mars* eſt, & ab altera DAT, *datum* ſignificante; ita ut TIRIDATES idem ſonet ac à Marte datum. Nec dubii locus eſt, quin alia illorum Regum nomina peculiare aliquid ſignificent, quod inſcitiâ linguæ Parthicæ ignoramus.

Tiridates titulis, quos Arſaces frater ſibi adaptârat, nomen ΔΙΚΑΙΟΥ, id eſt, JUSTI, adjecit, ſive ut ſe ab eo diſtingueret, ſive potiùs ut æquitatem in omnibus rebus ſe populis ſervaturum declararet, quod re verâ egregiè præſtitit. Nam adeò juſtitiæ cultor fuit, ut ipſi ſponte plurimæ gentes ſeſe dediderint; undè ita increvit ejus imperium, ut Artabanus ejus filius paulò poſt patris mortem, centum millibus peditum, & viginti millibus equitum inſtructus, cum Antiocho M. Syriæ Rege decertaverit.

Triſtanus noſter *lib.* 2. *pag.* 83. Tiridatis hujus Regis nummum ſub Arſacis primi nomine protulit, cum titulo ΔΙΚΑΙΟΥ, & in imo adjicit vocem ΓΟΡΠΙΑΙΩ pro ΓΟΡΠΙΑΙΟΥ. Sed cùm noſter nummus in hac parte præciſus & mutilus ſit, eam quoque exhibere vocem forſitan potuit, quæ nummum hunc Tetradrachmalem initio imperii Tiridatis, percuſſum fuiſſe denotaret. In primis enim nummis Tiridates menſem Gorpiæum inſcribere potuit, quo regnum Parthorum frater auſpicatus eſſet: at poſtquàm Seleucum Callinicum Hyperberetæo menſe ipſe deviciſſet, menſis Gorpiæi vice Hyperberetæum ſemper conſignandum in nummis curavit, eò quod tantæ victoriæ diem Parthi exindè ſolemnem, velut initium libertatis habuerint.

Genius palmæ ramum porrigit Tiridati, nummum in urbe quadam, cujus titulare eſt numen, cuſum fuiſſe indicat: ſed cùm urbis nomen in eo non ſit exaratum, quænam fuerit planè ignoratur. Quidam verò Arſacidarum in iſtis monetis Tetradrachmalibus initialem urbis litteram, in qua ſignatæ ſunt, exhibuere, ut infrà videbimus.

ARSACES III.

ARSACES ARTABANVS
REX · PARTHORVM III



In Cim. Ill. Harlæj cog. gnãlis.
Ex num. arg. tetradr.

ARSACI *Tiridati* ſucceſſit ejus filius nomine *Artabanus. Prol. Trog. lib.* 4. qui & ipſe Arſacis nomen accepit. Omnes enim Reges ſuos Parthi *Arſaces*, ſicut Romani *Cæſares Auguſtoſque* nominaverunt. *Id. cap.* 5. Arsac. 40.

Pax diuturna, quâ ſub Seleuco Callinico Syriæ Re-

ARSAC. ge, & ſub Seleuco Cerauno ejus filio, & Antiocho
47. fratre, Tiridates potitus fuerat, in bellum ſubitò con-
verſa eſt contra Artabanum ejus filium. Antiochus
Magnus, poſt Molonem Mediæ, & Alexandrum illius
fratrem, Perſidis Satrapas rebelles, Græcoſque devic-
tos, poſtque Achæum in Aſia minori ſuperatum,
tandem expeditionem parat contra Artabanum, qui,
ARSAC. cùm ipſe tunc temporis adverſus Achæum bellaret,
45. Mediam, Diogene ejus Satrapâ expulſo, invaſerat.
Cognito autem Regis conſilio, Artabanus ingentem
exercitum comparat, Antiochum ratus Ecbatanam Me-
ARSAC. diæ regiam uſque venturum, ſed tantis præſertim cum
46. copiis, ac maximè propter aquarum inopiam in de-
ſertas regiones nunquam penetraturum.

Intereà ſpe eluſus Artabanus, ut primum comperit
ARSAC Regem per ſolitudinem iter ingreſſum, celerrimè puteos
47. omnes ac rivos obrui & corrumpi jubet. Quod poſt-
quàm Antiocho eſt renuntiatum, Nicomedem eò cum
mille equitibus miſit; ſed jam Artabanus cum copiis
retulerat pedem, cùm eò loci Syri equites pervene-
runt. Soli aderant Parthi equites nonnulli canalium
ora corrumpentes; quos ſubitò Regii milites
adorti, primo impetu terga vertere, & conjicere
ſe in fugam coëgerunt: quo facto, ipſi mox ad
Antiochum revertuntur. Rex ſolitudinem emenſus,
ad oppidum venit, Hecatompylon dictum. (In
media Parthia urbs illa ſita eſt.) Ibique ad refi-
ciendum ex laboribus itineris militem, paucos dies
inſumit. *Polyb. lib.* 10.

Eâ ratione recreatis aliquantiſper copiis ſuis, inſti-
tit reputare ſecum Antiochus, Arſacem Artabanum,

ſi idoneas vires haberet, ad prælio ſecum decernendum: nunquam profectò patriam ſuam fuiſſe relicturum, & ejus finibus exceſſurum, neque ad dimicandum, ullum alium aptiorem ſuo exercitui locum requiſiturum eo, qui Hecatompylo circumjacet. Quem ille cùm deſerat, palam facere rectâ ratione rem putantibus, aliam ſibi eſſe mentem. Propereà in Hyrcaniam progredi ſtatuit. *Id. ibid.* Arsac. 47.

Tagas ut venit, & ab indigenis ſciſcitando cognovit, quantis difficultatibus viæ eſſent impeditæ, quas pertranſire ipſum prius oportebat, quàm ad Labutæ montis ſumma illa juga perveniret, quæ in Hyrcaniam vergunt: quanta item Parthorum multitudo, occupatis locis quibuſque opportunis, viæ immineret; faciendum cenſuit, ut expeditorum omnem numerum in varia partiretur agmina; & diviſis ipſorum ducibus, quò cuique tendendum eſſet, ſignificaret. Fecit idem & in operariis, quos oportebat expeditorum manum, quocumque pergerent, comitari, & ut quiſque locus ab iis eſſet occupatus, eum ita concinnare, ut phalanx & jumenta facilè illàc tranſirent. *Id. ibid.*

Id cùm Antiochus conſilii cæpiſſet, primum ducere agmen Diogenem juſſit, tradiditque ei ſagittarios, funditores, & è montanis hominibus eos, qui jaculandi & lapides mittendi peritiam habebant. Hi nequaquam ordines ſervabant, ſed quoties occaſio vel locus poſtularet, viritim rem gerentes, in anguſtiis viarum maximo uſui erant, & plurimum præſtabant. His alterum ſubjecit agmen, Cretenſium Clypeatorum ad duo millia, ductore Polyxenidâ Rhodio. Poſtremos deindè loricatos & ſcutatos, quorum ducatum gerebant Nicomedes Coüs, & Nicolaus Ætolus. *Id. ibid.* Arsac. 47.

Progredientibus autem in itinere Antiochi copiis, longè aſperior & anguſtior locorum natura eſt reperta, quàm Rex putârat. Nam univerſus montium aſcenſus ſtadiorum erat circiter trecentorum; cujus ſpatii maxima pars conficienda per confragroſam convallem à torrente cavatam in magnam altitudinem. In hanc cùm multa ſuâ ſponte ſaxa è ſuperpendentibus rupibus eſſent delata, multæ item arbores; difficile & impeditum iter reddebatur. Sed & Parthi, ut difficultates augerent, multam operam poſuerant; nam & arboribus cæſis continuas fecerant concœdes. Magnam item lapidum ingentium vim eodem congeſſerant; & ipſi quoque per totam convallem, opportunis omnibus locis, ubi tutò conſiſtere poterant, occupatis, fines ſuos cuſtodiebant. *Id. ibid.*

Quòd, niſi eos ratio fugiſſet, Antiochum eo incœpto, cui omninò impar fuiſſet, abſiſtere oportuiſſet. Nam Parthi, quaſi prorſùs eſſet neceſſum, ut illàc Rex tranſiret, ita ſe comparaverant, & eo fine loca illa inſederant. Nimirùm iſti illud non viderant; phalangi quidem, & impedimentis exercitûs illac neceſſariò, ſicut ipſi animis propoſuerant, fore iter faciendum: nam montes hinc indè adjacentes nullâ ratione ab his poterant ſuperari: at quominùs leviter armati, & expediti vel per nudas rupes ſcanderent, id verò naturam non vetare. *Id. ibid.*

Itaque ſimùl ac Diogenes intra convallem adſcenſum moliens, in primam ſtationem Parthorum incidit, multùm diverſa rerum facies apparuit. Nam in primo ſtatim conflictu, velut rebus ipſis monentibus, quid eſſet opus facto; Diogenes, & qui illum ſequebantur,

bantur, ulteriùs progreſſi, & transverſis itineribus loca illa emenſi, ſupra caput hoſtium evaſerunt: ita ut jaculatione crebrâ, & ſaxis quæ manibus jaciebant, mirum in modum Parthos infeſtarent. Sed fundis maximè eos lædebant, ſaxis eminùs inceſſentes. *Id. ibid.* Arsac. 47.

Ubi autem primos illorum per vim regii depulerant, & locum ipſorum occupaverant, operarum tunc partes erant, purgare quidquid erat ante pedes, & omnia complanare, quoad ejus tuto fieri poterat. Quod opus propter ingentem operarum numerum celeritate magnâ conciebat: atque ita cùm funditores, ſagittarii & jaculatores modò imminentia hoſtibus juga vagè perſultarent, modò in unum coirent, & opportuna quæque loca invaderent: clypeatorum deinde ſtationes ibidem ſubſiſterent, qui ſecundùm ipſam convallem ordinibus ſervatis, & militari gradu ambulabant, non ſteterunt Parthi: ſed relictis iis locis, ad ipſum montium illorum verticem cuncti ſe undique receperunt. *Id. ibid.*

Antiochus eo, quem diximus, modo cum copiis, tutò locorum anguſtias pertranſiit, non ſanè abſque difficultate & multo tempore; vix namque octavo die in jugum collis evaſerunt, quò item Parthi cùm veniſſent conferti, atque ii ſibi perſuaſiſſent, aſcenſu hoſtem prohibere ſe poſſe, atrox prælium eſt ortum, idque hoc pacto evenit. *Id. ibid.*

Pugnabant illi cuneatim ſtipati in faciem cum phalangitis miro ardore. Interim milites expediti ſilentio noctis longo circuitu loca ſuper caput hoſtium per averſa montis occupant. Quâ re cognitâ, repentè Parthi conjiciunt ſe in pedes. Antiochus, qui confeſto agmine & compoſito, deſcendere in Hyrcaniam vo-

lebat, receptui canere juſſis tubicinibus, impetum ſuorum, fugientes longius perſequentium compeſcuit. *Id. ibid.*

Deinde agmine ita, uti volebat, compoſito, poſtquam Tambracem eſt ventum, quæ urbs muros quidem nullos habet; ampla tamen eſt, ut in qua ſit regia, eo loci eſt commoratus. *Id. ibid.*

At, quoniam plerique omnes, ſive qui è pugna evaſerant, ſive qui ex omni circa regione aufugerant, in oppidum ſe receperant, quod Syringem vocant; (nam & firmitate, & rerum omnium commoditate præſtat is locus, à Tambrace non longè diſtans; eſtque id Hyrcaniæ quaſi caput) in illud expugnare cœpit. Copiis igitur iterum acceptis, eò pergit, & poſitis circà urbem caſtris, obſidionem inſtituit. *Id. ibid.*

Cæterùm totius incœpti pars maxima in teſtudinibus aggeſtitiis erat poſita. Cùm enim tres ductæ eſſent foſſæ, latæ cubitos non minùs triginta, altæ quindecim, cujuſque illarum labris vallum duplex fuerat impoſitum; & poſtremò murus bene cuneus. Itaque inter ipſa opera dimicationes continuæ edebantur: neque ſufficiebant, qui utrâque ex parte occiſos aut vulneratos auferebant, loco purgando; quòd non ſolùm ſupra terram, verùm etiam ſub terra intrà cuniculos cominùs certabatur. *Id. ibid.*

Et ſic tamen citò perfecit Antiochus quâ multitudine operarum, quà inſtantiâ ſuâ & navitate, ut & foſſæ replerentur, & muri per cuniculos ſubruerentur. Quod ut factum, Parthi de ſumma re in deſperationem adducti, Græcos, qui in urbe erant, obtruncant, ſupellectilis. Quod erat pretioſiſſimum rapiunt, & fugâ

ſibi noctu conſulunt. Quo Antiochus animadverſo, Hyperbaſim cum mercenario milite mittit, in quem Parthi cùm incidiſſent, projectis impedimentis in oppidum denuò ſunt reverſi. Cetratis deindè per ruinas muri magnâ vi irrumpentibus, omni planè jam ſpe depulſi, in deditionem venerunt. *In. ibid.* Arsac. 50.

Cum igitur Artabanus adverſus Antiochum centum millibus peditum, & viginti millibus equitum inſtructus, mirâ virtute pugnaviſſet, tandem in ſocietatem ejus aſſumptus eſt, teſte Juſtino *lib.* 41. *cap.* 5. Paxque poſt quinque annos eâ lege fuit inter illos inita, ut Artabanus unà cum Antiocho bellum gereret in Euthydemum & adverſus Græcos Bactrianæ, quos opprimere Antiochus decreverat.

Diòdotus II. Rex Bactrianorum ante aliquot annos, vitâ & regno fuerat privatus ab Euthydemo Magnete, tradente Polybio, *lib. hiſt. xi. pag.* 651. Καὶ γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ Εὐθυδήμος Μάγνης, *erat autem vel aderat ipſe Euthydemus Magnes.* Πρὸς ὃν απελογίξετο φάσκοντα ὡς. Locus corruptus eſt, & ſic corrigendus. πρὸς τȣτον απελογίξετο φάσκων τε ὡς. *Apud iſtum nempè Teleam Antiochi Legatum defendebat.*

Is autem Euthydemus ab Antiocho, cum quo Artabanus copias jungere debebat, bello appetitus, poſt multa prælia, in amicitiam, uti Rex Parthus, ob diuturnitatem belli à Rege Syriæ tædio affecto receptus eſt; ipſique in Demetrii filii gratiam, qui ad ſanciendum fœdus inter Antiochum & patrem venerat, Regii nominis uſurpandi poteſtas data eſt. Poſteaque, ſuperato Caucaſo, Antiochus Indorum fines ingreſſus, amicitiam cum Sophagaſeno Rege renovavit, & Arsac. 52.

Arsac. 50. copias in Syriam reducere cœpit. Hunc habuit exitum ſuſcepta ab Antiocho in ſuperiores Provincias expeditio. *Polyb. lib. xi.*

Euthydemus, cum quo pacem inivit Antiochus, non erat prioris Euthydemi, qui ſub Antiocho Deo primus rebellaverat, nepos: atque idcircò nec Diodoti filius; cum è contrario hujus aut filios, aut fratres ſuſtuliſſet. Quod quidem facinus ingenuè fatebatur, prætexens ſe à Syriæ Rege non deſciviſſe; ſed eorum qui deſciverant, poſteros ſuſtuliſſe; & Bactrianorum imperium hoc pacto obtinuiſſe. Has rationes, aliaſque iis planè ſimiles apud Teleam Antiochi Legatum ad ſe miſſum diſſertabat Euthydemus Magnes.

Quibus attentè perpenſis, Antiochus pacis conditiones non invitus accepit. Demetrius tamen Euthydemi Magnetis filius, patri in Bactrianæ regnum non ſucceſſit; ſed Menander Euthydemi frater, aut ſaltem propinquus.

Artaxias Armeniæ majoris, & Zariades Armeniæ minoris ſub Antiocho magno Præfecti, ab eo, dum bellum Attalo pro Romanis ſtanti inferret, defecerunt. Ant. Ch. 197. V. C. 557. Seleuc. 116. & Arſacid. 56. Deinde tamen Antiochi permiſſu, & interpoſitâ Romanorum auctoritate, quod ſibi conſtituerat, regnum, uterque retinuit. *Strab. lib.* 11. *pag.* 531. Inde ſeries Armeniæ Regum, à nobis ad calcem hujus operis appoſita.

Intereà Arſaces Artabanus vicinorum Principum amicus & ſocius, tranquillâ pace fruens, imperavit Parthis. Cujus gentis adminiſtratio, poſt defectionem Macedonici Imperii, ſub Regibus fuit. Proximus ma-

jeſtati Regum, populorum ordo eſt: ex hoc duces in bello, ex hoc rectores in pace habentur: Parthi Scytharum exules fuerunt. Hoc etiam ipſorum vocabulo manifeſtatur: nam Scythico ſermone *Parthi* exules dicuntur. Sermo his inter Scythicum Medumque medius, ex utroque mixtus. *Juſtin. lib.* 41. Sed Arſaces primus, dum regnum conſtitueret, acta publica, & monetam à Macedonibus introductam cum eorum linguâ, ut ſibi omnium benevolentiam conciliaret, conſervare voluit.

Quot autem annos regnaverit Artabanus, aut quo anno obierit, incertum; veteribus Hiſtoricis Poſſidonio, Apollodoro & Trogo, injuriâ temporum amiſſis.

Scaliger, dum de Parthis loquitur, *Can. Iſagoc. lib.* 323. hæc habet: Parthorum verò Regum ſucceſſionem quandam ut texeret, multa de ingenio divinare cogitur Onufrius Panvinius noſter præſidiis veteris hiſtoriæ defectu, ut confidenter annos ſingulis Regibus attribuat, tanquam Scriptores vetuſtiſſimi extent, undè illos annos & regni intervalla hauſerit. Nos ejuſmodi exemplum neque laudamus, neque ſequimur: qui neque regnum illorum, neque rerum ab illis geſtarum memoriam, neque annos per quos regnarunt, tenemus: ut temerarium ſit, quos annos imperarunt, aſſerere, cùm ne ipſos quidem Reges ſatis exploratos habeamus.

Onuphrius imperium Parthorum, expeditis Imperii Romani rebus, exponere aggreſſus eſt, *lib. Reip. Rom. Comment.* 3. Sed malè, ab anno V. C. 504. eorum à Syriæ Regibus defectionem obſervat. Primum quippè Arſacem cum Tiridate ſecundo Rege confundit, & tertium prætermittit Artabanum.

Arsac. Hieronymus Henninges *in Theat. Geneal.* Onuphrium
56. fuiſſe ſequutus videtur in his primis numerandis; ſed undè acceperit tertium, quem vice ſecundi producit, ignoramus: niſi fortè ex Parthorum Regum catalogo excerpſerit; quem poſtea Cl. Joan. Elichmanus nobis exhibuit in notis ad Juſtinum. In eo enim catalogo Artabanum imperaſſe viginti annos refert Commentator, cujus ſententiam potiùs, quàm nullam admittimus.

NUMMUS ARSACIS ARTABANI.



Ex Theſauro Regio.

Caput juvenile Regis diademate inſigniti, & comâ criſpatâ ornati, cum barba non oblonga, ſine litteris, ut ſolet: ex aversâ parte ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ, id eſt, Regis, &c. ut in ſuperioribus. Jupiter ſeminudus ſedens, dexterâ extenſâ Victoriolam gerens ipſi coronam porrigentem; lævâ haſtam puram tenet.

Quis ſit ille Rex diademate ornatus, cum barba non admodùm longa, indagandum. Arſacis nomen, illum Parthorum Regem eſſe indicat: nullus autem ab aliis diverſus, nummum ad priores Reges non ſpectare demonſtrat; ſed ſimiles, qui in ſuperioribus nummis tituli, Arſacem Artabanum circa regni initia ſuadent. Adde quod primi non adhuc cognominibus diſtincti, eandem in monetis denominationem uſurpaſſe videntur. Similes quoque quædam, ut in patre, lit-

teræ; nempè ὁμικρον quadratum, & inſueto more ſcriptum, in eadem officina nummum eſſe ſignatum, & forſan ab eodem artifice denotant. Eadem nummi forma, nempè Tetradrachmalis, eoſdem monetarios declarat: Figuræ denique in Patris nummis, eædem, eâdemque poſitione, ac in Artabani nummis, rem planè confirmant.

Jupiter ſeminudus ſedens cum Victoriola ſibi coronam ex lauro *porrigente*, *ab* Artabano in nummis ſuis ſignatur ad denotandum ſe in Seleucidarum ſocietatem fuiſſe receptum; nam hunc typum primus apud Syros uſurpavit Seleucus Nicator, ſicut & apud Parthos Artabanus.

Jupiter præcipuum erat Regum Syriæ numen, ut videre eſt in noſtra eorum Principum hiſtoria. Seleucus autem Jovem appoſuerat in Alexandri M. memoriam, quòd ex ejus gente oriundum ſe jactaret: nam Alexander Jovis filium palàm ſe eſſe prædicabat. Victoriam manu gerit, ad indicandum felicem belli eventum, à Jove penitùs procedere; undè ipſa coronam Deo porrigit. Adde ad hoc quod Victoria Jovi ipſi opem in bello contra Gigantes opem tulerit. Gerit coronam ex lauro, quod hæc victoribus detur. Jupiter ſedet, poſt victorias fiet quiete potiturus Artabanus, poſt bellum contra Antiochum fortiter geſtum. Haſtam puram Jupiter tenet, divinitatis nempè ſymbolum.

ARSACES

ARSACES IV

ARTABAN oſucceſſit filius ejus *Phriapatius*, aliis, *Pampatius*, ſi Hieronymum Hemmingem ſequamur, anno Arſacidarum 60; nam ſuperior Rex regnavit 20. annos. Aphra-Pati & Pa-Pati, *maximum* Pati latinè diceres. Rex iſte appellatur abſolutè *Badi*, ſeu *Pati*, in Tarich Perſico apud Schickardum, *pag.* 104. Arſacem recentiores Perſæ, Aſchi, vel Aſcham nominant. Mircondus *Chapur*. Et in catalogo Joan. Elichmanni, ita legitur. *Askan filius Darii eſt primus Asfanienſium*, pro *Aſkanienſium*, *Rex*; *&* *totam familiam ab eo denominant*. ARSAC. 60.

De illo Juſtinus, qui ex primo & ſecundo Arſace unicum tantùm Arſacem facit, *lib.* 41. inquit: Tertius Parthis Rex (vetus codex *Pampatius* habet) *Priapatius* fuit, ſed & ipſe Arſaces dictus; nam, ut ſuprà obſervatum eſt, omnes ſuos Reges Parthi hoc nomine, ſicuti Romani, ſuos Imperatores Cæſares Auguſtoſque cognominaverunt. Hic, actis in regno quindecim annis, deceſſit, relictis tribus filiis, Phrahate, Mithridate & Artabano, qui omnes Parthis imperarunt. Hæc verò pauca ex Trogo à Juſtino exſcripta, lucis nihil ejus hiſtoriæ afferunt, cùm quid ab illo geſtum fuerit, prorſùs ignoretur. ARSAC. 75.

Porrò juxta eam, quam ſequimur methodum, in numerandis Arſacidarum annis, Phriapatius regni Parthici habenas ſuſcepit anno Seleucidarum 117, & imperii Antiochi Magni 27, quo tempore hic in Europam, contra Romanos bellum geſturus, tranſiit; at

Arſac. cùm Phriapatius annos quindecim regnârit ex Juſtino,
75. eum mortuum eſſe oportet anno 6. imperii Seleuci Philopatoris, qui Antiochi Magni filius fuit.

Quandoquidem verò de Arſace Phriapatio tam pauca nobis ſuperſunt; quid Bactriani, illo regnante, geſſerint, indagare ſaltem liceat. Strabo illos Orientis regiones notiſſimas ſubegiſſe, narrat, *lib.* 11. *pag.* 516. Tanta fuit Græcorum, qui Bactrianam *à Macedonibus* abalienaverunt, potentia; ut & Arianam obtinuerint & Indiam, ſicut ait Apollonius Adramyſtenus: ac plures, quàm Alexander, gentes ſubegerint; maximè Menander. Siquidem is & Hypanim tranſivit verſùs ortum, & μέχρι τȣ̃ Ἴσαμȣ, emenda Ἰμάȣ Nam, ut inquit idem Strabo *lib. eod. pag.* 519. dicunt etiam ultimam Tauri partem, quæ *Imaus* vocatur, Indiam attingens, neque magis quàm India, accedere ad ortum, neque magis recedere. Solinus ait *cap.* 38. apud Indos *Imaus*; cui Plinius ſuffragatur, *lib.* 6. *cap.* 17. Menander, inquam, uſque ad Imaum *montem* pervenit. Hæc autem partim ipſe egit, partim Demetrius, Euthydemi Bactrianorum Regis filius, qui poſt Menandrum patruum regnavit.

Non modò autem Pattalenam inſulam quam efficit Indus fluvius, occupaverunt; ſed & reliquam oram maritimam, & quod Teſarioſti dicitur, ac quod Sigertidis regnum. Omnino autem, inquit ille Apollodorus, totius Arianæ præcipuam partem eſſe Bactrianam, καὶ δὴ καὶ μέχρι Σύρων, emenda Σήρων, καὶ Φρυνῶν. Quin & uſque ad Seras & Phrynos imperium protulerunt. Ad Seras, inquam, non ad Syros & Phœnices, quod falſiſſimum eſt. Eo enim loci non de occiden-

taliſbus Aſiæ partibus agitur, ſed de remotioribus verſus Orientem; in quas penetrare non valuit Alexander Magnus. Phryni autem gens Scythica Seribus vicina, ut nos docet Dionyſius Alexandrinus *verſ.* 752. ARSAC. 75.

Καὶ Τοχαροι Φρῦνοι τε καὶ ἔθνεα βάρβαρα Σηρῶν.

Et Tochari, Phrynique & gens barbara Serum.

Artac. 75.

ARSACES V

Arsac. 76.

PHRAHATES Arſacis Phriapatii filius major, more gentis, adminiſtrationem regni ſuſcepit, Arſacidarum anno 76, & Seleucidarum 140.

Hic vir admodum ſtrenuus Mardos validam gentem bello domuit, ut narrat Juſtinus, *lib.* 41. *cap.* 5. Ii verò populi intelligendi videntur, de quibus loquitur Q. Curtius, *lib.* 5. Vaſtatis deindè agris Perſidis, viciſque pluribus redactis in poteſtatem, ventum eſt in Mardorum gentem, cultum vitæ abhorrentium. Specus in montibus fodiunt, in quos ſe, conjuges & liberos condunt; pecorum aut ferarum carne veſcuntur.

Mardi in Armeniæ & Mediæ confinio collocantur à Ptolomæo, qui etiam à Strabone & Stephano in Hyrcania deſcribuntur; ab Herodoto in Perſide; à Plinio in Sarmatiæ Aſianæ orâ ad Euxinum mare. Mardos autem à Phrahate in Characem urbem tranſlatos fuiſſe, auctor eſt Iſidorus Characenus: εἰς τὴν Χάρακα πρῶτος βασιλεὺς Φραάτης τοὺς Μάρδους ᾤκισε. Phraatem primum intelligit: de ſecundo infrà dicemus. Ex illa urbe oriundus erat Iſidorus Characenus, qui in deſcriptione Parthiæ citatur ab Athenæo, *lib.* 3. *cap.* 14. Hujus Scriptoris Σταθμοὺς παρθικούς primus in lucem edidit vir clarus David Hoëſchelius: citatur pluribus in locis à Plinio.

Non multò poſt acquiſitos Mardos, deceſſit Phraates, multis filiis relictis: quibus præteritis, fratri potiſſimum Mithridati, inſignis virtutis viro, reliquit Imperium; plus regno regio, quàm patrio, deberi nomi-

ni ratus ; potiuſque patriæ, quàm liberis conſulendum. ARSAC.
Epit. Trog. lib. 41. *cap.* 5. 84.

Phrahates regnavit annos 8. apud Hennigem *in Theatro geneal.* quum Syris adhuc imperaret Antiochus Epiphanes ; anno nempè Seleucidarum 146.

Demetrius Euthydemi filius, qui poſt patruum Menandrum apud Bactrianos imperavit, ſuperſtite adhuc Phrahate, finem impoſuit expeditionibus Indicis, de quibus hæc leguntur in prologo *lib.* 41. Trogi Pompeii. *Indicæ quoque res additæ, geſtæ per Apollodorum & Menandrum Reges eorum.* Locus hic depravatiſſimus eſt. Apollodorus enim Bactrianorum Rex haud fuit ; ſed hiſtoricus ; patriâ Adramyttenus ; qui, tradente Strabone, Parthorum, Bactrianorum & Indorum geſta ſcriptis mandaverat. Legendum itaque : *Indicæ res, additæ ex Apollodoro, geſtæ per Menandrum & Demetrium Reges eorum.*

ARSACES VI.

ARSACES MITHRIDATES PARTHORUM REX. VI.



In museo Equ. Patini D.M. ex num. arg. drach.

Arrac. 84. MITHRIDATES, Arſacis Phriapatii filius junior, Arſaci Phrahati fratri ſucceſſit, Imperiique Parthici habenas capeſſivit, anno ante Chriſt. 170. V. C. 582. Seleucidarum 140. Arſacid. 84. Sextus ab Arſace Imperii fundatore; Paulo Oroſio teſte, *lib.* 5.

cap. 4. Sextus, inquam; *nam Arſaces ſenior primus fuit.* ARSAC.
Arſaces II. Magnus dictus, cujus nomen verum Tiridates 48.
erat, ſecundus imperavit. Arſaces ſeu Artabanus, tertius: Arſaces ſeu Phrapatius, quartus: Arſaces, ſeu Phrahates, quintus: Arſaces, ſive Mithridates, ſextus. Undè patet diſtinguendum omninò eſſe Arſacem Magnum, ſeu juniorem, ab Arſace ſeniore.

Eodem fermè tempore, ut habetur apud Juſtinum, *lib.* 41. ſicuti in Parthis Mithridates; ita in Bactris Eucratides (qui Demetrio patri, cujus ſuprà meminimus, ſucceſſerat) magni uterque viri regna ineunt.

Sed Parthorum fortuna felicior, ad ſummum, Mitridate duce, Imperii faſtigium eos perduxit. Mitridates autem iſte, Arſaces ut alii dictus eſt: quin & Deus cognominatus, ut nos docet Trogus in *Prolog. lib.* 41. Verùm enim verò à Librariis nomen *Tigranis* loco *Mithridatis*, ſubſtitutum eſt, nam inter Parthorum Reges nullus fuit nomine *Tigranes*: totoque hoc *lib.* 41. apud Juſtinum, de Tigrane, ſive ſeniore, ſive juniore, Regibus Armeniæ, altum ſilentium.

Intereà Antiochus Epiphanes, ærario exhauſto, ad ARSAC.
ſuſceptum contra Judæos bellum faciliùs ac citiùs per- 91.
agendum, de profectione in Perſidem cogitare cœpit, ut earum regionum acciperet tributa, & pecuniam multam congregaret. *Machab.* 3.

Armeniam ingreſſus Antiochus Epiphanes, adverſus Artaxiam, qui regnum Armeniorum ſub patre Antiocho occupâverat, expeditionem ſuſcepit, plurimos ex ejus exercitu interfecit, ipſumque Artaxiam cepit. *Appian. Syriac.* 117.

Eodem tempore, ſuperiores regni ſui provincias

Arsac. 92. obeundo, audivit eſſe in Perſide, hoc eſt, in Elymaïde, quæ ultima eſt Perſarum ad Orientem regio, urbem, Perſepolim nomine, prædivitem; & in ea templum Dianæ opulentum, refertum omne genus donariis: ſcuta etiam aurea ibi adſervari, quondam ab Alexandro Magno relicta. Hâc igitur famâ permotus Princeps præavidus urbem expugnare, & fanum exſpoliare conatus eſt. At cives, armis correptis, eum non ſolùm à mœnibus fortiter repulerunt; verùm etiam recedentem quàm longiſſimè perſecuti ſunt. Joſephus Antiq. Jud. *lib.* 12. *cap.* 13.

Arsac. 93. Cùm autem veniſſet circa Ecbatana, novo inſuper mœrore affectus propter recentem, quam à Judæis acceperat, cladem; indè, Babylonem verſùs, iter fecit: quod tamen intermittere coactus, in Perſidis oppido, *Tabis* nomine, ſubſtitit: ubi, lecto adfixus cùm complures hæſiſſet dies, tabe diffluens, mortuus eſt.

Poſt ejus mortem Elymæi, Perſæ, Medi, & finitimæ gentes, à Syromacedonibus deficientes, ſibi Reges conſtituerunt; & deinceps ſui juris eſſe cœperunt. Hinc videtur belli occaſio à Mithridate arrepta, ad illos populos Imperio ſuo adjungendos.

Eucratides intereà ex Bactriana egreſſus, Sogdianam conterminam bello appetit. Quâ ſubactâ, contra Arachatos Arachoſiæ regionis populos progreditur, quos in deditionem recipit. Deindè Draugianam ingreditur Indiæ proximam, domitiſque Draugitanis, in Indiam ipſam penetrat.

Dum hæc ab Eucratide Bactrianorum Rege magnâ virtute geruntur; Mithridates, Imperii etiam Parthorum limites propagare aggreſſus, Medis bellum infert.

Quùm

Quùm autem varius utriuſque populi caſus fuiſſet, ad poſtremum victoria penes Parthos fuit. *Juſtin. lib.* 41. *cap.* 6. Medis igitur eâ ratione ſubactis, Mithridates Mediæ Bacaſim Satrapam præponit. *Id. ibid.* Media regio eſt majoris Aſiæ maxima, habens Hyrcaniam & Parthiam ad ortum; & dicitur Media minor, quam occupavit Arſaces Mithridates. Pars altera, quæ Occidentalis eſt, Armeniam conterminam habens, major vocatur, & Atropatene, à Satrapa Atropato, cui data eſt, dicta. Hæc Reges ſuos deindè habuit. ARSAC. 94.

Mithridates, his viribus auctus, in Hyrcaniam, expeditionis bellicæ, ut videtur, causâ, proficiſcitur. Hyrcaniæ quidem partem, quæ ab auſtro Parthiam ſpectat, cujus etiam erat pars, domuerat Arſaces Tiridates, ſed non totam, eamque maximè, quæ ad Mediam attingit. Quidam Hyrcanos rebellâſſe conjiciunt; quibus domitis, Mithridates ad Elymæos ſubigendos ſe accingit. Bellum etenim cum Elymæorum Rege geſſit; quo victo, hanc quoque gentem regno adjecit. *Juſtinus ibidem.* Parthus, inquit Strabo *lib.* 16. *pag.* 744. audiens templa eſſe apud Elymæos opulenta, ut ſuprà de Antiocho Epiphane diximus, videnſque haud quaquàm ultrò conceſſuros; vi magnâ invaſit: & Minervæ Templum, ac Dianæ, quod *Azara* dicitur, cepit, CCIↃↃ talentorum gazâ ablatâ. Capta eſt etiam propè flumen Hedyphontem, Seleucia, magna civitas, quæ priùs *Soloce* vocabatur. Oppidum Elymaïdis Seleucia apud Plinium, *lib.* 6. *cap.* 27. Flumen verò Hedyphon, propè quod ſita erat Seleucia iſta, appellatur ab eodem Plinio *Hedypnus. Ibidem.* Demetrius Soter, Syriæ Rex, poſt Antiochum Epi-

ARSAC. 95. phanem mortuum, obſes diu Romæ detentus, in regnum avitum ſucceſſurus, clanculùm Româ exceſſit; interfectoque Antiocho Eupatore Epiphanis filio, in ſuperiores provincias, quarum partem mox eripuerat Arſaces Mithridates, proficiſcitur. At quùm Medi Timarchum ſibi præfeciſſent, cum eo Demetrius bellum habuit, ut refert Trogus *Prolog.* 34. ſed Appianus *Syriac.* rem aliter videtur narrare his verbis. Rex in Syria proclamatus, duos fratres, quos ambos Antiochus in deliciis habuerat, perdidit, necnon Heraclida ærario apud Babylonios ejecto, & Timarcho Babylonis Satrapâ, tanquam rebelle interfecto; qui alioquin etiam ejus provinciæ præfecturam male adminiſtraverat, à Babyloniis *Soteris* cognomen obtinuit.

ARSAC. 102. Mithridates in Parthiam regreſſus videtur; ſed quùm poſtea Demetrius, omiſsâ regni curâ, in quodam caſtello, non procul ab Antiochiâ, delicias ageret, à conſpectu ſubditorum remotus: Heraclides Timarchi fratris mortem ulturus, Romam cum Alexandro Bala, ARSAC. 103. ut regnum à Senatu ei impetraret, profectus eſt. Quod quùm obtinuiſſet, bellum Demetrio intulit. Dumque eo bello implicatur Demetrius, hanc occaſionem ARSAC. 104. nactus Arſaces Mithridates, inquit Paulus Oroſius, *lib.* 5. *cap.* 5. occiſo Demetrii præfecto, Babyloniam urbem, fineſque ejus univerſos victor invadit.

ARSAC. 111. Dum verò Demetrius, Demetrii filius, Alexandrum Balam, Syriæ regni uſurpatorem aggreditur, creſcuntque in Syria quotidie bella civilia: Mithridates alios Orientales Reges uſque ad Mare Rubrum, ſeu Perſicum Sinum ſubegit; atque inter cæteros, Regem Perſidis devicit; quem tamen non ſpoliavit regno;

ſed tantùm ſuam in clientelam recepit: Imperiumque Parthorum à monte Caucaſo, permultis populis in ditionem redactis, ad flumen Euphratem protulit. Juſtinus ſub finem libri 41. ARSAC. III.

Cæterùm Imperium Parthicum latè ſumptum cum regnis inſervientibus, quibus proprii præerant Reges; Rubro mari, id eſt, Perſico, à meridie; Hyrcano à Septentrione terminabatur; ut ſcribit Plinius, *lib. 6. cap.* 13.

Atque octodecim tantum erant provinciæ, quæ à Satrapis Regis Parthorum regebantur, ut nos edocet Iſidorus Characenus *in Parthicis Stathmis*. Meſopotamia & Babylonia, Apollonialis, Chaconitis, Cambadene, Media ſuperior, Media Ragiane, Choarne, Comiſene, Hyrcania, Aſtavene, Parthiene, Apavarchiane, Margiane, Aria, Anane, Drangiana, Sacaſſene, Arachoſia. Juxta Iſidorum inter provincias, quæ ſub Imperio Parthorum fuêre, non annumerantur Perſis, Carmania, Suſania & Elymaïs, quùm Perſæ ſuum ſemper peculiarem Regem, etiam dominantibus Parthis, habuerint, viribus quidem debilem, atque ob id Arſacidis obnoxium; ut refert Strabo *lib. 15. pag.* 728.

Nam etſi adhuc Perſæ proprium Regem habeant, viribus tamen longè ſunt inferiores; & Parthorum Regis dicto ſunt audientes. Regem quoque proprium habebant Elymæi; eodem Strabone teſte, *pag.* 744. proprium & Characeni: quorum Characenorum Regum nonnulla geſta memorant Lucianus & Macrobius, *pag.* 715. Characene autem pars erat Elymaïdis, maximè invia, ut ſcribit Plinius, *lib. 6. cap.* 27.

Multa interim Eucratides bella magna virtute geſſit,

ARSAC. III. quibus attritus, quùm obſidionem Demetrii Regis Indorum pateretur; cum ccc. militibus, LX. millia hoſtium aſſiduis eruptionibus vicit. Quinto itaque menſe liberatus, Indiam in poteſtatem redegit. Undè quùm ſe reciperet à filio Eucratide II, quem ſocium regni fecerat, in itinere interficitur: qui non diſſimulato parricidio, velut hoſtem, non patrem interfeciſſet, & per ſanguinem ejus currum egit, & corpus abjici inſepultum juſſit. *Juſtin. lib.* 41. *cap.* 6.

Mithridates, hoc de ſtrenui Regis cæde accepto nuntio, mox, ejuſmodi Principem ulturus, Bactrianam ingreditur: ut narrat Juſtinus *ibid.* & Bactriani bellis fatigati, ab invalidioribus Parthis, velut exſangues oppreſſi ſunt. Græci, inquit Strabo, *lib.* 11. *pag.* 517. Bactrianâ potiti, in Satrapias eam diviſerunt, de quibus Aſpioniam & Turinam Parthi Eucratidæ eripuerunt: quem tamen non omninò privatum Regis nomine, tributarium exindè effecerunt.

Ad Indiam quoque cruentum extendit Imperium Parthorum Mithridates, & omnes prætereà gentes, quæ ſunt inter Hydaſpem fluvium & Indum, ſubêgit. *Paul. Oroſ. lib.* 5.

Sogdianos, Arcos, Drangianos & Indos, quos ſubegerant, Bactri amiſêrunt, & Mithridates Imperii ſui limites longiſſime propagavit, ut videre eſt *in Excerptis viri clariſſimi Henrici Valeſii ex Diodoro, pag.* 319. Etenim ad uſque Indiam, in qua Porus olim regnaverat, progreſſus, cuncta nullo negotio perdomuit, cumque clementiam atque manſuetudinem coleret, proſperâ admodùm ubique fortunâ eſt uſus. *Id. ibid.*

Quùm à Demetrio Nicatore in Tryphonis gratiam

plurimæ Syriæ civitates paſſim deficerent; vocabatur tamen Demetrius per crebras legationes à ſuperiorum Satrapiarum Græcis atque Macedonibus, pollicentibus deditionem, ſi veniret, atque etiam contra Parthorum Regem Arſacem Mithridatem auxilia. *Joſeph. Antiq. lib.* 13. *cap.* 9. Itaque ad abolendam ſegnitiæ maculam, bellum Parthis inferre ſtatuit; cujus adventum non inviti Orientis populi videre: & propter Arſacidæ Regis crudelitatem, &, quòd veteri Macedonum imperio aſſueti, novi populi ſuperbiam indignè ferebant. *Juſtin. lib.* 36. *cap.* 1. ARSAC. 115.

Hâc ſpe accenſus Demetrius, animoque recogitans, ſi res adversùs Parthos proſperè ceſſiſſent, facile ſe poſtea Tryphonem è regno Syriæ exturbaturum: anno Seleucidarum centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, congregato exercitu ſuo, in provincias ſuperiores profectus eſt; trajectoque Euphrate, pervenit in Meſopotamiam; in animo habens hanc, & Babyloniam ſimul occupare; ut his potitus, ſedem ibi belli conſtitueret. *Joſeph. & Juſtin. ibid.* ARSAC. 116.

Cùm verò magnâ alacritate Demetrius ab earum regionum populis fuiſſet exceptus, creſcente in dies exercitu, bellum Arſaci Mithridati intulit. *Iid. ibid.* At poſtquàm Mithridates jam intraviſſe Demetrium confines ſuos, audivit, ex Principibus cum ingenti quoque exercitu, obviam miſit, ut vivum eum comprehenſum ad ſe adduceret. *Lib.* 1. *Machab. cap.* 14. Attamen Demetrius, quùm & Perſarum, & Elymæorum, Bactrianorumque auxiliis juvaretur, quorum omnium Reges inviti, Parthis inſerviebant, multis prælis Parthos fudit. *Juſtin. lib.* 36. ARSAC. 117.

ARSAC. 115. Secundo tantùm prælio cum Parthis commiſſo, ſuperatum fuiſſe Demetrium tradit Broſius, *lib.* 5. *cap.* 4. E contrario poſt multa prælia, ſi Juſtino credimus, ad poſtremum Demetrius pacis ſimulatione deceptus, capitur: ducitùrque ad Arſacem Mithridatem, qui eum in cuſtodiam ponit, *lib.* 1. *Machab. cap.* 14. Traductuſque per ora civitatum, populis, qui deſciverant, in ludibrium favoris, oſtenditur. Itaque, qui defecerant, omnes iterùm ſubjugati ſunt; exceptis tamĕn Elymæis. Ait enim Strabo, *lib.* 16. *pag.* 744. Elymæi terram variam obtinent; quæ ferax eſt, incolas ruſticos habet; montana verò milites nutrit, majore ex parte ſagittarios; & quùm multa ſit, multum exercitum emittit. Ideo Rex eorum potentiâ magnâ cretus recuſat Parthorum Regi obtemperare; quod faciunt alii.

Mithridates Parthorum Rex, magno & regio animo, dimiſſo in Hyrcaniam Demetrio, non cultum tantùm regium præſtitit, ſed & filiam Hodogunam in matrimonium dedit, regnumque Syriæ, quod per abſentiam ejus Tryphon occupaverat, reſtiturum ſe promittit. *Juſtin. lib.* 38. *cap.* 9.

Cæterùm Mithridates in tantam regni amplitudinem evectus, haud quaquàm ad luxum ac ſuperbiam, quod pleriſque Principibus uſu venire ſolet, ſe contulit; clementiâ in ſubditos, adverſus hoſtes fortitudine uti inſtituit. Quùmque plurimas gentes imperio ſuo ſubjeciſſet, ex ſingulis collecta optima quæque inſtituta Parthos docuit. *Diodor. Sicul. in excerpt. Henr. Valeſii, pag.* 360.

Demùm haud multò poſt Demetrii captivitatem,

adverſâ valetudine correptus Mithridates, non minor Arsac.
Arſace proavo,* glorioſâ ſenectute diſceſſit. *Juſtin lib.* 120.
41. *cap.* 6. poſtquàm regnaſſet annos 37. ut videre eſt apud Hieronymum Henningem. Quam quidem annorum cômputationem Seleucidarum hiſtoriæ à nobis deſcriptæ omninò convenientem, ideò hîc lubentiori animo ſubſequimur.

NUMMUS.
ARSACIS MITHRIDATIS.



Ex Museo Car. Patini. D. M.

Caput Regis barbati & diademate cinĉti : in averſâ parte figura imberbis ſedens in ſella, dextrâ arcum tenet, cum hâc epigraphe, ex duplici litterarum ordine contextâ : ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΘΕΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. Regis Regum Arsacis Dei, justi, benefici, illustris, amici Græcorum.

UT ad Arſacem Mithridatem, Phrahatis fratrem, & Phriaapatii filium, hunc drachmalem ex argento nummum adſignemus, auĉtor eſt nobis Juſtinus, qui *in Prol. lib.* 40. huic Regi cognomen Dei tribuit his verbis : Successores deinde ejus Artabanus et Mithridates cognomine Deus. Solus hic Parthorum Rex in tota Arſacidarum ſerie, hâc appellatione inſignitur ; haud dubiè igitur nummus ad eum pertinet.

Tunc

Tunc temporis apud Reges Seleucidas, illud Dei cognomen uſurpandi, mos planè veſanus inoleverat. Inditum hoc primum fuit à Mileſiis Antiocho II. Antiochi Soteris filio; attamen in nummis ſuis Rex iſte tali titulo pertinaciſſimè ſemper abſtinuit. Antiochus autem IV. in ſuis hoc ſibi cognomen primus arrogavit. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΝΤΙΟΚΟΥ ΘΕΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, quod quidem ab adulatoribus Samaritanis datum ei fuerat: teſte Joſepho. Poſt Antiochum IV. vox iſta legitur quoque in Demetrii I. Numiſmatibus. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΝΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ, licet huic Mediam, Elymaïdem, Perſidem & Meſopotamiam Arſaces Mithridates eripuiſſet.

Nec minùs in arripiendis titulis ambitioſus fuit Demetrius, ſuperioris Demetrii filius; cùm & ipſe hanc Dei appellationem ſibi ſtultiſſimè vindicaverit; etſi à Mithridate bello captus fuerat, diuque apud eum detentus. Nihil igitur mirum, ſi Arſaces Mithridates, qui Demetrium patrem tot orbaverat Provinciis, filiumque ſuperatum bello diù apud ſe retinuerat; ut iſtis ſeſe Regibus adæquaret, tale quoque cognomen, eorum exemplo, in nummis ſuis ſibi jactanter adſcripſerit.

De iſtis titulis ΔΙΚΑΙΟΥ, ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ, in ſuperioribus Arſacidis Regibus dictum eſt ſatis. Cùm enim primo Arſaci attributi olim fuiſſent, ab ejus ibidem ſucceſſoribus aſſumti fuêre. Sed ſi ulli ex iis Regibus tales tituli convenire aliquantulùm potuerunt, nulli certe magis quàm Mithridati tribuendi videntur. Ille enim à Diodoro Siculo ob clementiam in ſubditos, & miram adverſus hoſtes fortitudinem, laudatur in Excerptis Henrici Valeſiii, *pag.* 360.

Figura ſedens cum arcu in averſa Nummi parte exarata, in omnibus drachmalibus argenteis ſemper conſpicitur; tanquam Regum Parthorum monetæ ſolitus atque unicus typus: ſicuti & in Regum Cappadociæ Numiſmatibus eadem Pallas galeata, cum haſta & clypeo ſemper obſervatur. Ut autem hanc Deam regni Cappadocici tutelare fuiſſe numen ea ratione oſtenditur: ita & in Regum Parthorum nummis

figura ſedens cum arcu, ad regiæ Arſacidarum ſtirpis antiquitatem indicandam, procul dubio cælata eſt. Sed eâ de re plura in ſequentibus nummis.

ARSACES VII.

ARSACES PHRAHATES. II.
REX PARTHORVM VII.



In museo I. Vaillant. D. M
ex num arg. drach.

PHRAHATES, in memoriam avi ſui Phrahatis, Parthorum Regis, eo vocatus eſſe nomine videtur; ſed Parthorum diademate poſt obitum patris aſſumpto, *Arſaces* more ſolito appellatus eſt, ante Chr. 120. V. C. 219. Seleucid. 174. Arſacid. 120. ARSAC. 120.

ARSAC. 121. Cleopatra Demetrii Syriæ Regis uxor, ut maritum Rhodogunam Mithridatis filiam, & Phrahatis ſororem duxiſſe accepit, Antiocho Demetrii fratri conjugium ſuum obtulit. Hic à plurimis Seleucidis fidis contra Tryphonem Rex ſalutatus fuit, & Tryphonem Tyrannum poſteà in Syria occidit.

ARSAC. 122. Poſt Arſacis Mithridatis mortem deſperato reditu, non ferens captivitatem, Demetrius privatamque etſi opulentam, vitam pertæſus, tacitus in regnum fugam meditatur. Hortator illi ac comes Gallimander amicus erat; qui poſt captivitatem ejus à Syria per Arabiæ deſerta, ducibus pecuniâ comparatis, Parthico habitu Babyloniam pervenerat. Sed fugientem Phrahates, equitum celeritate, per compendioſos tramites occupatum retrahit. Ut eſt deductus ad Regem, Gallimandro quidem non tantùm venia, verùmetiam præmium fidei datum. Demetrium autem & graviter caſtigatum ad conjugem in Hyrcaniam remittit, & arctioribus cuſtodiis obſervari jubet. *Juſtin. lib.* 38. *cap.* 9. Ferro vinctus fuit cuſtoditus, indeque *Sideritæ* cognomentum poſteà obtinuit. *Syncel. Chronol.*.

ARSAC. 123. Interjecto deindè tempore, quùm fidem Demetrio etiam ſuſcepti liberi facerent, eodem amico comite fugam repetiit, ſed pari infelicitate; namque prope fines regni ſui deprehenditur: ac denuò perductus ad Regem, ut invitus ab ejus conſpectu ſubmovetur. Tunc quoque uxori & liberis donatus, in Hyrcaniam, pœnalem civitatem ſibi conceſſam remittitur; taliſque aureis ad exprobrationem puerilis levitatis donatur. Sed hanc Parthorum tam mitem in Demetrium clementiam, non miſericordia gentis, nec reſpectus co-

gnationis faciebat; ſed quòd Syriæ regnum affectabant, uſuri Demetrio adversùs Antiochum fratrem, prout res, vel tempus, vel fortuna belli exegiſſet. *Juſtin. lib.* 38. *cap.* 9. Arsac. 123.

Antiochus memor, quod & pater propter ſuperbiam inviſus, & frater propter ſegnitiem contemtus fuiſſet; ne in eadem vitia incideret, *Juſtin. lib.* 36. *cap.* 1. Auditis quæ Phrahates adversùs Syriam parabat, occupandum bellum ratus, exercitum, quem multis finitimorum bellis induraverat, adversùs Parthos, fratrem repetens, in Mediam ducere ſtatuit. Sed luxuriæ non minor apparatus, quàm militiæ fuit: quippè octoginta (ſextum habet Oroſius, *lib.* 2. *cap.* 10.) millia armatorum ſecuta ſunt trecenta millia (Oroſio ducenta millia) lixarum; ex quibus coquorum, piſtorum, ſcenicorumque major numerus fuit. Arsac. 124.

Antiochus Rex quotidie convivarum turmas catervatim ita excipiebat, ut præterea, quæ in menſis abſumebantur, & acervatim tollebantur; convivarum quiſque auferret intactam & integram carnem volucrum, quadrupedum, marinorum piſcium, jam præparatam; quibus omnibus plauſtrum oneraretur: deindè è melle concreto dulciarium opus multum, coronaſque multas è thure ac myrrha, inſertis & inculcatis aureis lemniſcorum faſciolis, quæ explicatæ hominis altitudinem adæquarent. Hujus cæcam & amentem luxuriam exercitus imitatus, magnâ ex parte aureos clavos crepidis ſubjectos habuit, argenteaque vaſa ad uſum culinæ comparavit: & tabernacula textilibus ſigillis adornata ſtatuit. Avaro potiùs hoſti prædæ optabilis, quàm ulla ad vincendum ſtrenuo mora.

ARSAC. 126. *Athen. lib.* 12. *cap.* 9. & *Valer. Max. lib.* 9. *cap.* 1.

Johannes Judæorum Pontifex, in hac expeditione Parthica, Antiochum Regem ſecutus eſt cum auxiliis, ut narrat *Joſeph. Antiq. lib.* 13. *cap.* 16.

Advenienti Antiocho multi Orientales Reges, putà Bactrianorum, Perſarum, Elymæorum, & Characenorum, occurrêre, tradentes ſe, regnaque ſua, cum execratione ſuperbiæ Parthicæ. *Juſtin. lib.* 38. *cap.* 10.

Nec mora congreſſioni fuit. Antiochus tribus præliis victor, Babyloniam cùm occupâſſet, Magnus haberi cœpit. *Id. ibid.*

Demùm exercitum Parthorum, cujus dux erat Satrapa Indates, ad Lycum fluvium in Aſſyria ultra Tigrim delet feriâ ſextâ, ſeu die, quæ Sabbatum immediatè præcedebat! Sabbatum verò hoc anno Pentecoſtes ſubſequebatur : undè Antiochus, Johannis Summi Sacerdotis, & Principis Judæorum, qui in ejuſdem Regis caſtris militabat, motus precibus, biduò apud Lycum ſubſtitit cum exercitu integro, ut Judæis feriari liceret. *Joſeph. Antiq. lib.* 13. *cap.* 16. Hoc itaque prælium commiſſum fuit die 12. Junii Juliani Proleptici. Duobus enim præcedentibus annis, hæc feſta concurrere nequeunt, Sabbatum & Pentecoſte. Hyrcaniam ingreſſus Johannes, iiſque devictis, *Hyrcani* nomen adeptus, cum gloria ab Antiocho dimiſſus eſt : *Severo Sulpitio teſte in Hiſtor. lib.* 2. Omnibus verò populis ad Antiochum deficientibus, nihil Parthis relictum præter patrios (veteris Parthiæ) fines fuit. *Juſtin. lib.* 38. *cap.* 10.

ARSAC. 127. Intereà Rex Antiochus omnem exercitum ſuum, propter multitudinem hominum, per civitates in hy-

berna diviſerat: quæ res exitii cauſa fuit. Nam cùm gravari ſe copiarum præbitione, & injuriis militum, civitates viderent, deſciſcunt: cui defectioni amplam præ cæteris materiam præbuit unus ex Antiochi legatis, nomine Athenæus, qui per ſingula hoſpitia ſeſe inſolentiùs geſſerat. ARSAC. 127.

Phrahates Demetrium in Syriam, ad occupandum regnum, cum Parthico præſidio mittit, ut eo pacto Antiochus ad ſua tuenda à Parthia revocaretur. Interim, quoniam viribus non poterat, inſidiis Antiochum ubique tentabat. *Juſtin. lib.* 38. *cap.* 10.

Antiochus verò, ut erat bibax, genio nimis indulgebat: *Athen. lib.* 4. *cap.* 1. Et illius cæcam & amentem luxuriam exercitus imitabatur. *Valer. Max. lib.* 9. *cap.* 1.

Itaque, quùm gravari ſe annonæ exhibitione, & injuriis militum, civitates, per quas Rex exercitum diviſerat, ægrè ferrent, ad Parthos deficiunt, & die ſtatutâ, omnes apud ſe diviſum exercitum per inſidias, ne invicem ferre auxilia poſſent, aggrediuntur. Quæ quùm nunciata Antiocho eſſent, auxilium proximis laturus, cum eâ manu quæ ſecum hyemabat, progreditur. *Juſtin. lib.* 38. *cap.* 10.

In Antiochi tabernaculo hirundines nidum fecerant: quo prodigio neglecto, prælium tamen committere eſt auſus. *Jul. obſequent. de prodig.* In itinere obvium Phrahatem Regem Parthorum habuit, adversùs quem fortiùs quàm exercitus ejus, dimicavit. Ad poſtremum tamen, quùm virtute hoſtes vincerent, metu ſuorum deſeſſus, Antiochus occiditur. *Juſtin. lib.* 38. *cap.* 10. anno regni nono, uti è nummis illius eruitur.

ARSAC. 127. Primus autor fugæ, & Antiochi deſertor, Athenæus ille Dux, de quo jam diximus, brevi meritas pœnas luit. Nam, cùm Antiochum deſeruiſſet in pugna; delatus ad pagos quoſdam, quos in hoſpitiis vexaverat, ab omnibus tecto excluſus eſt; cunctiſque alimenta ei negantibus, huc illuc per regionem errabundus, tandem fame interiit. *Henr. Valeſius in Excerptis, pag.* 375. & 376.

De Antiochi morte varia apud varios autores referuntur. Antiochum cum Parthis prælio congreſſum & victum, ſibi manus intuliſſe ſcribit Appianus *in Syriacis.* Joſephus, Juſtinus, & Julius obſequens in ipſo prælio occiſum tradunt. Contrà Arſacem Phrahatem eum interfeciſſe ſcribit Euſebius *in Chronico.* Quin etiam Antiochum, rebus male geſtis, de editiori quodam loco ſemet præcipitâſſe memorat Ælianus, *lib. de Anim. cap.* 34.

Poſt Antiochi mortem, Phrahatem pœnitere dimiſſi Demetrii cœpit; ad quem retrahendum, quùm turmas equitum feſtinanter miſiſſet, Demetrium hoc ipſum metuentem, jam in regno miſſi invenêrunt, fruſtraque omnia conati, ad Regem ſuum reverſi ſunt. *Juſtin. lib.* 38. *cap.* 10.

Phrahates, Antiocho Evergete Rege interfecto, univerſum ejus exercitum in captivitatem abduxit, eumque ſuperbè & crudeliter tractavit. *Id. lib.* 42. *cap.* 1.

Interim Phrahates Regi Antiocho exequias regio more fecit: *Id. lib.* 38. *cap.* 10. Sed, antequàm illum ſepulturæ mandaret, dixit: *Audacia te partim fefellit, Antioche, partim vinolentia. Sperabas enim magnis poculis regnum te meum ebibiturum. Athenæus lib.* 10.

Poſt

Poſt Antiochi exequias, Demetrii Nicatcris Regis filiam, quam ſecum adduxerat patruus ejus Antiochus; captus amore virginis, Phrahates uxorem duxit. *Juſtin. lib.* 38. *cap.* 10. Cujus, ut videtur, precibus, Antiochi corpus in loculo argenteo in ſepulturam, in Syriam remiſſum pervenit. *Id. lib.* 39. *cap.* 1. ARSAC. 128.

Phrahates, quùm inferre bellum in ultionem tentati belli ab Antiocho Parthici regni, Syriæ ſtatuiſſet; Scytharum motibus ad ſua defendenda, revocatur. Namque Scythæ in auxilium Parthorum adversùs Antiochum Syriæ Regem, mercede ſollicitati, quùm confecto jam bello ſuperveniſſent; & in calumnia tardiùs lati auxilii, mercede fraudarentur; dolentes tantum iis itineris fruſtrà emenſum; quùm vel ſtipendium pro vexatione, vel alium hoſtem dari ſibi poſcerent; ſuperbo reſponſo Phrahatis offenſi, fines Parthorum vaſtare cœpêrunt. *Id. lib.* 42. *cap.* 1. Ann. 128.

Igitur, quùm *adversùs* Scythas Rex proficiſceretur, ad tutelam regni reliquit Himerum quemdam, pueritiæ ſibi flore conciliatum. Ipſe autem Phrahates exercitum Græcorum, quem bello Antiochi captum ſuperbè crudeliterque tractaverat, in bellum ſecum duxit, immemor prorsùs quòd hoſtiles eorum animos nec captivitas minuerat, & inſuper injuriarum indignitas exacerbaverat. Itaque, quùm inclinatam Parthorum aciem vidiſſent, arma ad hoſtes tranſtulêrunt, & diù cupitatu captivitatis, ultionem exercitûs Parthici, & ipſiûs Phrahatis Regis cruentâ cede exequuti ſunt. *Id. ibid.*

Hoc pacto vitam Phrahates cum morte commutavit, poſtquàm decem circiter annos regnaviſſet. In ARSAC. 124.

tali rerum ſuarum æſtu Parthi, prætermiſſis, quos Phrahates parvulos habebat, filiis, regnum ad ejus patruum Artabanum detulêre.

NUMMUS
ARSACIS PHRAHATIS II.



Ex Museo nostro.

Caput Regis diademate inſigniti, cum comâ criſpâ & barbâ non admodum prolixâ; ex aversâ parte, figura ſedet, dextrâ extenſâ arcum gerens, cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΞΕΙΝΙΟΥ ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ. Regis Regum Arsacis benefici, Hospitalis, Theopatoris, amici Græcorum. In area ΣΑ.

Licet Reges Parthorum omnes Arſacis nomen uſurpârint, ideoque difficile videatur ſuum cuique nummum adſignare: tamen ex vultu unus ab altero facilè dignoſcitur: quin & ſinguli in titulis ſuis peculiare quoddam epithetum,

Seleucidarum more, ut ad poſteros eorum memoria perveniret :ſi ſibi adaptare conſuevêrunt.

Trogus in Prologo, Arſacem Mithridatem hujus Phrahatis patrem, *Dei* appellationem uſurpâſſe nos edocuit. Quam ſanè illius nummi ſuperſtites confirmârunt. Undè, licet hiſtoriæ Parthicæ res, ut plurimùm, exciderint; tamen argenteum hunc drachmalem nummum, ad Arſacem Phrahatem II. eſſe revocandum, omninò indicant ſequentia in illo appoſita.

Juvenilis hujus Regis effigies in antica parte delineata, ſatis ætati Phrahatis II. convenit, ut ex illius hiſtoriâ colligimus; ſed duo præſertim cognomina in ſuperioribus non obſervata Principibus, nummum ad eum pertinere, penitùs arguunt. Unum eſt Theopatoris, quod ſibi ad memoriam parentis ſui recolendam, meritò adſcivit.

Qui enim patrem habuit, tanto in honore apud populos habitum, ut illi nomen *Dei* tribuerent; hic certè Theopatoris cognomen ſibi vindicare & potuit & debuit.

Alterum cognomen, quod huic quoque particulare eſt, nimirùm ΞΕΙΝΙΟΥ, id eſt, Hospitalis, quodque hîc ſibi arrogat Phrahates; eum omninò ab aliis ſecernit. Cùm enim ejus pater Mithridates, Demetrium Nicatorem Syriæ Regem, in prælio cepiſſet, filiamque ei Rhodogunen in uxorem dediſſet; Phrahates, poſt mortem patris, ipſum tanquam hoſpitem apud ſe retinuit, pollicitus ei, ſe cùm res poſtularet, Regnum, quod ejus frater Antiochus uſurpaverat, reſtituturum. Quod quidem præſtitit;namque eum tandem dimiſit: ſed, ut verum fateamur, ad res ſuas componendas; non verò prout magnanimum Regem decebat.

ΞΕΙΝΙΟΣ ab Antiquis dictus eſt Jupiter, quòd in ejus tutelâ hoſpites eſſe credebantur. Eandem ob cauſam videtur Phrahates illud cognomen uſurpaviſſe; ut idem Demetrius perſuaderet.

Figura ſedens cum arcu iterum redit, velut ſolitus drachmalium nummorum typus. Sed cùm, quatenùs ad hanc figuram, multa ad ejus explicationem obſervanda veniant, quæ in quolibet nummo, ſive ob imperitiam Scalptoris, ſive ob monetæ detritionem, non omnia ob oculos obſervantur; illa in

plurimis, & quidem integrioribus nummis, ſunt nobis indaganda. At major, cognoſcendæ figuræ difficultas circa caput verſatur. Cùm enim minutiſſimum ſit, haud facile quæ illud exornant, diſtingui poſſunt.

Porrò in plurimis, quos poſſidemus, nummis, diademate cinctum eſſe figuræ caput obſervavimus. Undè ipſummet Regem exhiberi manifeſtum eſt. Sed cùm alia quædam inſuper detegenda ſuperſint; de iis inſequentium Regum vitis nobis erit ſermo.

Litteræ ΣΑ in nummi area inſcriptæ, vel urbem in qua cuſus eſt, indicant, vel nomen deſignant Monetarii.

pag. 61.

ARSACES ARTABANUS II.

REX PARTHORUM. VIII.



ARSACES VIII.

ARTABANUS hujus nominis ſecundus, in avi ſui Artabani memoriam ita nuncupatus videtur. Hic Arſacis Mithridatis frater minor, & Arſacis Phriapatii filius fuit ultimus. Poſt mortem Phrahatis II, ex fratre Mithridate filii, à Scythis in prælio interempti, Rex à Parthis, qui in veram & antiquam Parthiam ſe receperant, in hoc turbido Parthici Imperii ſtatu conſtituitur; anno ante Chr. 126. V. C. 628. Seleucid. 186. Arſac. 130. Arsac. 130.

Scythæ, poſt inſignem victoriam de Parthis relatam, eâ contenti, provinciis illorum depopulatis, in patriam revertuntur. *Juſtin. lib.* 42. *cap.* 1. Ann. 131.

Interim alii Scythæ, dicti Nomades, Græcos Bactrianæ, quibus jam libertas oblata fuerat à Parthis, internecione delent. *Strabo lib.* 11. *pag.* 511. De his Scythis Nomadibus maximè innotuerunt, qui Græcis Bactrianam ademerant - Aſii Πασιανόι, *emenda* ἢ Ασιανόι, vel *Aſiani*, & Tochari, ac Sacarauli, vel Sacauraci. *Trog. Prolog. lib.* 41. deindè quo repugnante, *emenda* quo Rege pugnante. Scythicæ gentes (Tochari), Sarancæ & Aſiani Bactra occupavêre & Sogdianos. Qui autem Reges appellantur Sarancæ (mallem Sacarancæ); nominantur apud Strabonem Sacaraulæ.

Dum Imperii Parthici Provinciæ ab exteris diſſipantur, Tyranni inter Parthos exoriuntur. Himerus, cui Regni tutelam commiſerat Phrahates II. cùm adverſùs Scythas exercitum duceret, oblîtus & vitæ præte-

ritæ (catamitus enim fuerat) & vicarii officii; tyrannidem & regiam poteſtatem affectavit; Babyloniosque, & multas alias civitates importunè vexavit: ait Juſtinus *lib.* 42. Cujus rei in Prologo 42. Trogi Pompeii non obſcura fit mentio. „ Ut Præfectus Parthis à Phrahate Himerus Meſenis bellum intulit; & in Babylonios & Seleucienſes ſæviit. Ita enim hunc locum corruptum reſtituit ex codicibus MSS. Regiis vir clariſſimus Henricus Valeſius in Notis ad Excerpta Peireſciana, paginâ 58: ubi pro *Apræteus* doctiſſimè emendat *à Phrahate Himerus.*

Quo quidem in loco mendum adhuc ſuſpicor ſupereſſe. Meſenis igitur deletis, Repono: *Ut Præfectus Parthis à Phraate Himerus, Apamenis*, (qui ſunt in Inſula Tigridis,) rebellantibus *bellum intulit.*

In iiſdem quoque Excerptis Valeſianis, paginâ 377. Diodori Siculi hæc verba Εὐήμερος ὁ τ̃ πάρθων βασιλοὺς, ſic emendat Valeſius noſter optimè ac indubiè: ὁ Ἵμερος ὁ τῶν πάρθων βασιλέως σατράπης.

Himerus iſte patriâ Hyrcanus, cunctos tyrannos acerbitate vincens, nullum ſævitiæ genus prætermiſit; plurimos enim Babylonios levibus de cauſis ſervituti addictos, cum omni familia in Mediam diſtrahendos miſit. Forum quoque & non nulla delubra urbis Babyloniorum igni tradidit, ac pulcherrima quæque urbis loca evertit. Teſte Diodoro Siculo in iiſdem Excerptis Valeſianis, *pag.* 377.

Poſidonius apud Athenæum refert eundem Himerum, qui non Babyloniorum tantùm, ſed & Seleucenſium adeptus erat tyrannidem, invitato ad cænam cum trecentis (*hi erant, qui urbem gubernabant,*) Ly-

ſimacho; ſublatis menſis, argenteum poculum cuique Arsac.
trecentorum præbuiſſe, pondo minarum quatuor; ac 132.
poſt libationem, ſimul omnibus præbibiſſe, voluiſſeque, ſuum ut ſinguli auferrent poculum. *lib.* 11. *cap.* 4.

Tachari, de quibus ſupra Scythiæ populi erant, eorum facit mentionem Dyoniſius. Καὶ Τόχαροι Φροῦνοι τε. Ad quem locum Euſtathius

Flumen Jaxartem juxta, quibus arva coluntur,
Tochari, Phrynique.

Bactrianam & Sogdianos poſt Phrahatis II. necem Tochari, ut ſuprà diximus, ſubegerant. Sed, cùm eas provincias recuperare vellet Artabanus II, bellum illis intulit. An verò Himerum, qui tyrannidem arripuerat, debellârit, occîderitque, prorſuùs incertum eſt. Altum enim eâ de re ſilentium. Poſtquam autem Artabanus prælium cum iis populis iniviſſet, in brachio vulneratus, ſtatim decêſſit: teſte Juſtino *lib.* 42. *cap.* 1. Regno Parthico non diù potitus, relicto filio Mithridate, qui in regnum ei ſucceſſit: cùm ipſe tres tantummodò annos, ut conjicimus, imperâſſet. Nam de Himero loquitur Diodorus paulò ante Zebinnæ Syriacam victoriam.

ARSACES IX.

ARSACES MITHRIDATES . II.
PARTHORVM REX . IX



In museo D. Vaillant D M.
ex num. arg: drach.

MITHRIDATES II; poſt defunctum patrem ex vulnere in prælio contra Tocharos accepto, Imperi Parthici habenas ſuſcepit, anno ante Chr. 123. V. C. 630. Seleucid. 189. Arſacid. 133. Huic geſtæ *Magni* cognomen dedêre; quippè claritatem paren-

tum

tum, æmulatione virtutis accenſus, animi magnitudine ſupergreſſus eſt. *Juſtin. Epit. lib.* 42. *cap.* 2. ARSAC. 133.

Ex ſequentibus Trogi verbis, Mithridatem II. civilia bella in regno confeciſſe, & Himerum, alioſve qui tyrannidem uſurpaverant, aggreſſum fuiſſe apparet; nam ſtatim ait: Multa igitur bella cum finitimis magnâ virtute geſſit, multoſque populos Parthico regno addidit: id eſt, populos, qui, poſt Scythicam cladem, à Parthis deſciverant. At quàm compendioſè hæc narrat Epitomator Trogi! Sed & cum Scythis, inquit, anteà invictis proſperè aliquoties dimicavit, ultorque injuriæ parentum fuit: Nempè Phrahatis II. patruelis ſui, & Artabani II. parentis; qui ambo, unus poſt alium, interempti in acie fuerant.

Ad poſtremum *Artoadiſti*, aut potiùs *Artavaſdi* Armeniorum Regi bellum intulit. *Juſtin. lib.* 42. *cap.* 2. Artavaſdes iſte filius erat Artâxiæ, quem diximus ſub Antiocho Magno cum Zadriade Armenias occupâſſe. Armeniam ille majorem, hic verò minorem occupaverat. Artaxiam autem ab Antiocho Epiphane captum fuiſſe retulimus. Verùm Mithridates ſub finem tantùm regni Attavaſdis, Armeniis bellum geſſiſſe videtur, quod poſt hujus mortem cum filio ejus Tigrane ſeniore rêdintegravit. Si quidem Strabo narrat Artavaſdem, ut pacem cum Mithridate faceret atque firmaret, juniorem filium Tigranem ei obſidem dediſſe. *Lib.* 11. *pag.* 532. Appianus Tigranem filium fuiſſe alterius Tigranis ſenioris Armeniæ Regis confirmat. ARSAC. 157.

Armenii, Tigrane ſeniore mortuo, Tigranem ejus filium apud Parthos obſidem adeò ſpreverant, ut ne eum quidem ab illis repetere cogitarent. Quo ille con- ANN. 159.

Arsac. 157. ſpecto, ut in regnum paternum reſtitueretur, mercedis loco ſeptuaginta convalles Armeniæ Mithridati Regi conceſſit; *Strab. ibid.* ab eoque cum copiis in patriam remiſſus eſt. *Juſtin. lib.* 38. *cap.* 3. Quod ſi Chronologiæ Uſſerii credimus, ut ipſe ex ejus viginti & quinque annis colligit apud Plutarchum *in Lucullo.* Id evenit anno ante Chr. 95. V. C. 657. Seleuç. 215. Arſacid. 159.

Intereà Tigranes, Parthis civilibus bellis implicitis, poſtquàm res ſuas plurimùm auxit, cùm iſtas convalles iis à ſe conceſſas recuperavit, tùm Parthorum ditionem populatus eſt; poſſeditque eam, quam propriè dicunt Armeniam, continguam Mediæ, Albaniæ & Iberiæ; pertingentem uſque ad Colchidem atque Cappadociam ad Euxinum mare ſitam. Deindè Artane Sopheno Zariadris filio, qui auſtrinas partes, & quæ de his magis ad occaſum ſpectant, obtinebat, oppreſſo; Tigranes omnia in ſuam redegit poteſtatem. *Strabo lib.* 11. *pag.* 532. undè Juſtinus *lib.* 4. *cap.* 2. ait: Neque enim ſilentio præteriri tantum regnum fas eſt, cùm fines ejus poſt Parthiam omnium regnorum magnitudinem ſuperent.

Ann. 163. Antiochus Euſebes, Antiochi Philopatoris filius, de Syriæ regno cum Philippo & Demetrio cognomine Eucœro contendens, victus fugatuſque, ad Parthos confugere coactus eſt. *Porphyrius in Græcis Euſebian.*

Ann. 164. Non magno deindè poſt tempore, Sylla Aſiæ Prætor, à Senatu miſſus in Meſopotamiam, ut Ariobarzanem Cappadociæ Principem in regnum reduceret; magno numero Cappadocum, majori Armeniorum, qui Gordio ſuppetias venerant interfecto;

ejecit eum, & Ariobarzanem appellavit Regem. Agentem autem Syllam apud Euphratem convenit Parthus Orobaſus, Regis Arſacis Mithridatis Legatus; quùm nihil antè eam diem commercii inter utramque gentem interceſſiſſet. Sed & id magnæ felicitatis Syllæ videtur fuiſſe, quòd inter Romanos cum illo Principe ad ſocietatem & amicitiam petendam congreſſi Parthi ſint, quod facilè impetravit. Sylla ibi dicitur tres ſedes poſuiſſe; unam Ariobarzani; alteram Orobazo; ſibi tertiam; mediuſque inter duos ſedens, audientiam dediſſe Legato. Quamobrem necavit poſtmodum Rex Parthorum Orobazum. Syllam alii prædicavêrunt, quòd Parthos habuiſſet ludibrio; alii, ut arrogantem & intempeſtivè ambitioſum culpavêrunt. *Plutarch. in Sylla. pag.* 453. Arsac. 164.

Mithridates II. Præfectum cum copiis miſit, qui Antiochum Euſebem Syriæ Regem, ad ſe profugum, in regnum reſtitueret; itaque, eam ille Syriæ partem, quam frater ejus Philippus per biennium occupaverat, cum Antiochia urbe recuperavit. *Porphyr. in Græc. Euſebian.* Ann. 165.

Philippus ex ea Syriæ parte, quam Antiocho Euſebi fratri eripuerat, per Parthos expulſus, ut id damnum reſarciret, de parte, quæ Demetrio fratrum alteri obtigerat, aliquid auferre tentavit. Hic, relictâ Judæâ, in qua contra Alexandrum Judæorum Regem bellabat, profectus Beroæam, in ea Philippum fratrem ſuum oppugnavit; habens ſecum decem millia peditum, & mille equites. Straton verò Beroææ Tyrannus, & Philippi ſocius, Zizum Principem Arabum excivit, & Mithridatem Sinacem Præfectum Parthorum, Ann. 166.

Arsac. 167. (in Meſopotamia ſcilicet.) Qui poſtquàm venerunt cum magno exercitu, Demetrii caſtra oppugnavêrunt, & tàm ſiti, quàm miſſilium telorum multitudine, deditionem cum ſuis facere coegerunt: abductâque ex ea regione prædâ maximâ, Demetrium captivum ad Mithridatem Parthorum Regem miſerunt. Parthus verò Rex Demetrium apud ſe in omni honore habuit, donec ibi morbo abſumptus eſt. *Joſeph. Antiq. lib.* 13. *cap.* 22.

Arsac. 169. Mithridatem Parthorum Regem, anno Arſacidarum 167. mortuum eſſe exiſtimamus, poſtquàm regnâſſet annos, ut jam numeravimus, 37. An autem habuerit filios, incertum prorsùs eſt.

Hunc Mithridatem Regem, cum altero Mithridate, Phrahatis III. cognomine *Dei filio*, parricidâ, & Orodis fratre majore, peſſimè confundit Epitomator Trogi Juſtinus, qui procul dubio exemplaribus auctoris ſui mancis & mutilis uſus eſt. Quod ex prologo libri 42. ejuſdem Trogi patet: ubi diſertè ſcribitur poſt obitum Mithridatis Magni: *Ut variâ complurium Regum ſucceſſione Imperium accepit Orodes, qui Craſſum delevit.* Igitur Trogus nequaquam arbitratus eſt, Orodem fuiſſe fratrem & proximum ſucceſſorem Mithridatis Magni. Forſitan deceptus eſt Juſtinus, quòd uterque Mithridates bellum cum Artuaſde, Armeniorum Rege, geſſerit. At duo certè hujus nominis Armeniæ Principes extitêre; unus Tigranis junioris avus; alter hujuſce Tigranis filius. Non immeritò itaque integrum Trogi ipſius opus Hiſtoria deſiderat.

NUMMUS
ARSACIS MITHRIDATIS II.



EX MUSEO NOSTRO.

Caput Regis diademate cincti, & prolixâ barbâ conſpicui, cum chlamide regiâ: in averſâ parte hæc legitur epigraphe. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, id eſt, REGIS REGUM, MAGNI ARSACIS, ILLUSTRIS. Rex ipſe diademate cinctus ſedet, dextrâ arcum gerens.

HIc nummus drachmalis argenteus haud dubiè Mithridatis eſt, hujus nominis ſecundi, Artabani ſecundi filii, cui, tradente Juſtino, res geſtæ MAGNI nomen dedêre, ut ipſius præfert inſcriptio ΜΕΓΑΛΟΥ, & quidem ante ARSACIS appellationem, quâ omnes iſti Reges inſigniuntur. Multa autem Mithridates II. bella cum finitimis magnâ virtute geſſit, plurimoſque populos Parthico regno adjecit. Similem MAGNI appellationem populi Antiocho III. Syriæ Regi ob res præclarè, præſertim in juventute, geſtas tribuerunt. Imò & Alexander ille Orientis domitor, MAGNI cognomen aſſumpſit, ut norunt omnes. Uterque tamen illud in nummis nun-

quam uſurpavit, & quamvis ultimi numiſmata obvia ſint & frequentia, in iis nuſquam occurrit.

Arſacidæ verò, qui originem à Perſis Regibus, nempè ab Artaxerxe, ut diximus, deducere ſe gloriabantur, plurimos ſibi titulos arrogabant; ſi audiamus Juſtinum hæc de illis narrantem. PORRO PERSARUM INIQUE SE MAGNOS REGES NUNCUPASSE VISUM FUERAT ALEXANDRO, QUI SE MAGNUM ETIAM APPELLAVIT.

Porrò Arſaces Mithridates II hoc cognomen meritiſſimo jure primus inter Arſacidas Reges tulit, quod poſt eum alii non tam juſtâ de causâ ſibi impoſuêrunt.

Notandum eſt autem imprimis illud ΜΕΓΑΛΟΥ cognomen, non eſſe ut alias appellationes, poſt Arſacis nomen, in nummo exaratum; ſed in priori poſitum loco, ad denotandam ſcilicet nominis excellentiam: ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ, MAGNI ARSACIS; forte ad imitationem Artaxerxis, à quo originem ducere ſe ſe jactabant Arſacidæ. Cujus rei meminit Iſocrates *Epiſt. ad Philippum*, qui præteritâ Regis, atque etiam proprii nominis appellatione, ſolâ ΜΕΓΑΛΟΥ denominatione deſignabatur.

Figuram in aversâ parte ſedentem cum arcu in ſuperiore nummo diademate ornatam eſſe protulimus; quæ certe ipſum Parthorum Regem deſignat. Diadematis verò geſtandi morem à Baccho invaluiſſe nos edocet Diodorus *lib.* 3. *pag.* 148. Hæc enim ille de hoc Deo. AD RETUNDENDUM CAPITIS EX NIMIO VINI POTU DOLORES MITRA CAPUT OBVELAVIT; MITRIFERI HINC COGNOMENTUM ADEPTUS: QUÆ ET DIADEMATIS POSTMODUM GESTANDI EXEMPLUM REGIBUS SUBMINISTRAVIT.

Mitra apud Diodorum capitis velamen erat, apud alios ornamenti capitis genus, ex quo pendebant faſciolæ: undè Virgilius, Æn. 9.

Et habent redimicula Mitræ.

Mitra dictio eſt barbara, à Phrygibus, ut videtur, deducta. Diadema Regis ſedentis in aversâ nummi parte; aliud quoddam capitis tegmen cingit, quod Mitræ ſpeciem refert. Caput enim totum tegit, ſed versùs imum caput utrinque

ſub-auribus ſcinditur; cujus ſedimicula collum ambiunt, cùm extremæ Diadematis partes humeris tenùs dependeant. Hæc videtur antiqua Medorum Mitra, cujus uſus ad Perſas tranſlatus eſt à Cyro : ut videre eſt apud Xenophontem, *Inſtit. Cyr.*, *lib.* 1.

ARSACES X.

ARSACES MNASKIRES
REX PARTHORVM. X.



In Collectione Morelliana
ex num. arg. drach.

ARSAC. 170. AN Mithridates II. moriens reliquerit filios, incertum eſt omninò: ideoque, quis ei ſucceſſerit, non magis liquet. Trogus & Plutarchus civilia exorta fuiſſe bella, & variam Regum ſucceſſionem extitiſſe memorant. Mnaſkires, Parthorum Rex, nominatur à

Luciano

Luciano *in Macrobiis* : qui circa hæc tempora videtur his populis præfuiſſe. Hunc verò Mnaſkirem filium extitiſſe Phrahatis I. ex ætate ipſiûs provectâ, cònjicimus. ARSAC. 170.

Phrahates I. multis præteritis filiis, fratri Mithridati, cognomine *Deo*, inſignis virtutis viro, reliquit Imperium, & mortuus eſt anno Arſacidarum 84. Ipſius verò filius Mnaſkires apud Lucianum dicitur obiiſſe, annos natus *96.* ita ut annum ætatis vigeſimum primum attigiſſe jam videatur, quùm ejus pater Phrahates I. è vivis exceſſit.

Itaque poſt Mithridatis I. patrui, & Phrahatis II. patruelis ſui mortem, cùm alter patruus Artabanus II. ejuſque filius Mithridates II. regnaviſſent, inter Mnaſkirem & Sinatrockem fratres patrueles, ambos jam ſenes, civile bellum exortum eſt.

Mnaſkires, quòd eſſet filius Phrahatis I. trium, qui regnaverant, fratrum primogeniti, regnum ad ſe pertinere contendebat. Sinatrockes verò, ad patrem ſuum Mithridatem I. regnum tranſiiſſe, ac deinde ſe prætermiſſo, ad fratrem ſuum Phrahatem II. cujus heres eſſe debuerit, delatum fuiſſe ; atque eam ob cauſam Imperium ad ſe ſpectare dicebat. Eam autem de Parthico regno contentionem Lucianus narrat poſt bellum diuturnum finitam tandem eſſe, & Sinatrockem in exilium fuiſſe compulſum.

Bellis iſtis civilibus Parthorum corruit Imperium : his enim temporibus, inquit Plutarchus *in Lucullo*, imminuta Parthorum potentia, ob civilia & finitima bella, ne Armeniorum quidem valebat inſultus propulſare.

Tigranes Parthorum ditionem populatus eſt, quæ circa Ninum eſt & Arbela. Subditos etiam ſibi habuit ARSAC. 171.

ARSAC. 171. Atropatenos (Medos) & Gordyæos : cum quibus & Meſopotamiam & Syriam etiam, tranſmiſſo Euphrate, ac Phœnicem vi occupavit. *Strab. lib.* 11.*pag.* 532. Etenim à tenui & contemptâ exorſus ſpe, multas gentes in ditionem ſuam redegit, Parthorumque, ut nullus alius, imperium obtrivit. *Plutarch. in Lucul. pag.* 505.

ARSAC. 172. Quid quod Meſopotamiam Græcis incolis frequentavit, quos frequentes ex Cilicia, frequentes ex Cappadocia ſedibus ſuis extractos illic collocavit. Prætereà movit ex loco vivendi conſueto Arabas Scenitas, eoſque traduxit, ac propiùs locavit : [in Meſopotamia nempè finitimâ Arabiæ :] ut eorum operâ uteretur commerciis.

ARSAC. 173. Huic Tigrani multi ſerviebant Reges. Quatuor autem habebat in comitatu ſuo apparitorum vel ſatellitum loco. Hi, ſi equo incederet, pedibus juxta in tunicis currebant. In ſolio ſedenti, & reſponſa gentibus danti, apparebant pectinatim complicatis inter ſe manibus. *Plutarch. in Lucul. pag.* 505. Ex his quatuor Tigranis ſatellitibus tres duntaxat Reges ex eodem Plutarcho novimus, Mediæ ſcilicet, Gordyænæ, & Adiabenæ : quartum verò ignoramus.

Ceterùm Mnaskires, fine bellis civilibus impoſito, pulſoque in exilium æmulo ſuo Sinatrocke ; videtur placidè ac quietè regnaviſſe. Quanto verò tempore hoc civile bellum duraverit, penitùs ignoratur. Sed à morte Mithridatis Magni ejus prædeceſſoris, uſque ad annum, quo Sinatrockes Imperii habenas ſuſcepit, effluxêre undecim anni completi.

NUMMUS ARSACIS MNASKIRIS.



Ex Collectione Morelliana.

Caput Regis ſenioris barbati, necnon diademate cincti, intra quod oblongorum capillorum cirrus obvolvitur : in averſâ parte Princeps ſedet mitrâ & diademate inſignis, dextraque manu arcum geſtans : ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ; id eſt, Regis Regum Magni Arsacis, illustris.

Antequam Andreas Morellius Helvetius, vir de Re Nummaria antiqua optimè meritus, Pariſiis abiret ; cùm me Arſacidarum Regum ſeriei deſcribendæ operam navare, jamque eorum Principum plurimos comparaviſſe nummos compeiſſet ; dono mihi dedit delineatam nummorum Parthicorum collectionem, de qua in ſuo Specimine loquitur his verbis : Quam plurimos alios delineavi nummos Parthicos cum inscriptionibus et absque iisdem ; quos in majori opere nostro conspicere licebit. Et certè

ea collectio nobis plurimùm in ſerie Regum Parthorum adornandâ profuit: quâ nunc ſaltem frui ſtudioſus poterit Lector; quandoquidem & Morellii opera, & Morellium ipſum mors invida nobis citiùs eripuit.

Fatendum eſt Reges Arſacidas in nummis ſuis non facilè dignoſci; quippequi uno omnes *Arſacis* nomine inſigniantur, uti obſervat Lucanus *lib.* 1. & 10.

Arſacidas Parthos à Regis nomine ducunt.

Quod confirmat Strabo *lib.* 15. *pag.* 702. idem apud Parthos fit. Omnes enim Arſacæ nominantur; privatim verò, alius Orodes, alius Phrahates, alius ALITER. Ergo in moneta eorum publica ne Mnaſkiris nomen quærites.

Effigies Regis, ſeu juvenilis, ſeu mediæ ætatis, vel denique ad ſenectutem vergentis, ad dignoſcendos Arſacidas plurimùm conducit; prout illorum hiſtoria ipſos vixiſſe nos edocet. Prolixior, quàm in aliis, barba, quæ huic Arſacidæ tribuitur, ſenem deſignat Regem; quod rectè convenit. Mnaſkirem enim ad nonageſimum ſextum ætatis annum perveniſſe refert Lucianus. Simili ferè ratione capilli ſinciput obtegentes, & diademati circumvoluti, ejus Principis robur ſatis denotant; eâ parte criniti, quâ in reliquis ſenibus pili deficere plerumque ſolent. Et certè viridis & cruda ſenectus obtigiſſe Mnaſkiri debuit; qui ætate jam provectus, ad obtinendum Parthicum Regnum, multorum annorum ſpatio civile bellum adverſus Sinatrockem adeò feliciter continuavit, atque peregit; ut tandem à populis prælatus fuerit.

Idem ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ titulus, quo, ob egregia facinora inſignitus fuerat illius prædeceſſor Mithridates II. denotat Mnaſkirem hoc ſibi cognomen pariter adaptaſſe propter victoriam quam de Sinatrocke ſuo competitore retulerat eò quòd non minorem eſſe in obtinendo, quàm in ampliando Regno gloriam rectè arbitraretur.

Figura ſedens in averſâ parte, quam diadema & mitra Regem eſſe arguunt, haud dubiè imberbis eſt, uti in nummis integris perſpicuè obſervatur. Ergò non eſt effigies Principis, quem pars anterior exhibet, quùm nullus niſi barbâ conſpicuus in hac Arſacidarum ſerie depingatur. Undè ad

antiquiorem Arſacidis Regem, à quo ſe illi originem ducere gloriabantur, recurrendum. Strabo autem narrat Arſacem, qui Parthiam invaſit, Dais quibuſdam imperaſſe, cognomento Parnis: ita ut oſtendere voluerint Arſacidæ, non ſe regium titulum tunc primùm aſſumpſiſſe; ſed antiquitùs à Regibus eſſe oriundos. Quod in ſequentibus nummis erit inveſtigandum.

ARSACES XI.

ARSACES SINATROCKES
REX PARTHORVM. XI.



In Collectione Morelliana.
ex num. arg. drach.

ARSAC. 181 HIC Parthorum Rex à Luciano SINATROCKES, *in Macrobiis* vocatur, qui SINATRUCES Phlegonti, apud Photium, *cod.* 97. *pag.* 267. & SINTRICUS Appiano dicitur *in bell. Mithrid. pag.* 242. Alter Arſacida, Rex Armeniorum SANOTRUCES perhibetur à Dione,

lib. 75. pag. 764. qui SANATRUCES à Suida nuncupatus eſt. Quanta in deſignando hujus Principis nomine apud Scriptores varietas; quæ ſubitò tamen evaneſceret, ſi unuſquiſque Arſacidarum proprium nomen curaviſſet in nummis ſuis conſignari? ARSAC. 181.

Cujuſnam Parthorum Regis filius fuerit Sinatrockes; quo modo, & quando ad Regnum pervenerit, ut faciliùs innoteſcat, ſuperiorum Arſacidarum hiſtoria altiùs eſt repetenda. Arſaces Phriapatius tres reliquit filios, Phrahatem, Mithridatem & Artabanum.

Phrahates primogenitus, de more gentis, patri ſucceſſit; ſed patriæ potiùs, quàm liberis conſulendum ratus, prætermiſſis filiis, inter quos erat Mnaskires, annos tunc viginti & unum natus, ob res regni turbidas, Mithridati fratri, cognomine *Deo*, inſignis virtutis viro, teſtamento imperium reliquit. Quod quidem Mithridates, cùm rectè admodum adminiſtraviſſet, moriendo, Phrahati ſecundo, filio ſuo tradidit. At poſtquàm Phrahates ſecundus à Scythis provincias Parthicas vaſtantibus in prælio eſt occiſus; præterito fratre ejus Sinatrocke, triginta tùm annos nato, in hoc rerum Parthicarum diſcrimine, regnum à populis Artabano ipſius patruo, forti viro, traditum eſt. Hic filium habuit, ſucceſſoremque Mithridatem ſecundum, cognomine *Magnum*; Mnaſkiris & Sinatrockis patruelem; qui ſine liberis videtur fuiſſe defunctus.

Itaque poſt Mithridatis ſecundi mortem, magnâ de obtinendo imperio, inter Mnaſkirem & Sinatrockem jam ſenem, exortâ contentione, civile mox ſubſecutum eſt bellum.

ARSAC. 181. Sinatrockes patrem ſe & fratrem Reges habuiſſe prædicabat, ideoque ſe eſſe proximiorem aſſeverabat heredem: cùm è contrario remotior eſſet Mnaſckires cujus pater Phrahates I. parenti ſuo Mithridati I. Imperium tradiderat. Mnaskires verò trium fratrum majoris natu filium ſe eſſe contendebat; ad quem legitimo jure ſpectet imperium. Ad hæc addebat, quòd, ſi olim in rebus difficillimis ob juvenilem ætatem fuerit prætermiſſus, non ideò nunc ſucceſſione in regnum avitum vacans ſe eſſe privandum: cùm præſertim hujus recuperandi tam opportuna ſe ſe præbeat occaſio. Ea de Parthico Imperio inter ambos Principes controverſia gravis ac diuturni belli materies extitit; cujus tandem finiendi causâ Mnaskires à Parthis Rex renuntiatus eſt; Sinatrockes verò in exilium compulſus.

ARSAC. 182. Interjecto multorum annorum ſpatio, cùm Mnaſkires ſupremum diem obiiſſet; ab exilio reductus à Scythis Sacaraucis Sinatrockes in mortui Regis locum ſufficitur, annos jam octoginta natus; ut narrat Lucianus *in Macrobiis*. Atque hic certè unus eſt è compluribus iis Regibus, qui variam illam apud Parthos ſucceſſionem compoſuere, de qua *in Prologo lib.* 41. *Trogi* fit mentio.

ARSAC. 184. Intereà Sinatrockes, adeò grandis natu, cùm ſe jam oneri armorum imparem animadverteret, ideoque ad recuperandas provincias Parthicas, perdurante bello civili amiſſas, bellum per ſe gerere ampliùs non poſſet; filium ſuum Phrahatem tertium, regno & exercitui præfecit.

Phrahates mox contra Tigranem Armeniæ Regem, bellum

bellum movit ; ſed infauſto eventu ; Armenii enim ſuperiores evaſerunt. Hujus belli meminit, licet obſcu- Arsac. 185.
re, Mithridates Ponti Rex, litteris ad Arſacem ſeu Phrahatem, his verbis : *Ira in Tigranem recentis belli. Inter Fragm. lib. 4. Hiſt. Saluſtii.*

Interjecto brevi tempore, Sinatrockes poſthac moritur, quùm regnâſſet annos ſeptem : ex Luciano *in* Arsac. 186.
Macrobiis. Anno tertio Olympiadis 177, Sinatruce Parthorum Rege mortuo, ſuccedit Phrahates, cognomine *Deus* ; ait Phlegon *apud Photium*. Cui licet Dio contradicat, Phlegontis tamen potior eſt auctoritas : Dio enim in Romanis rebus Scriptor accuratiſſimus fuit, in Barbaricis, Parthicis præſertim, & Armeniacis non item. Appianus Phrahatem tertium Sinatrockis, quem *Sintricum* appellat, filium eſſe confirmat. Hunc Phrahatem abſurdè *Pacorum* nominat Xiphilinus ex Dione.

NUMMUS ARSACIS SINATROCKIS.



EX COLLECTIONE MORELLIANA.

Caput Regis barbati, & diademate cincti: in averſâ parte, Rex imberbis ſedens, mitrâ & faſciâ regiâ ornatus, dextrâ arcum tenet, cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ: id eſt, REGIS ARSACIS ILLUSTRIS THEOPATORIS BENEFICI.

HUjus Regis facies ſenilis & rugoſa, Arſacidam Principem ætate provectum denotat. Cùm verò Lucianus *in Macrobiis* Sinatrockem jam octogenarium perveniſſe ad Imperium ſcribat; nummum iſtum primo intuitu ad eum ſpectare ſuſpicatus fuiſſem. Sed THEOPATORIS cognomen cum ſenili Regis effigie in anteriore nummi parte exaratâ conjunctum, quin ad illum omninò pertineat, non ſinit ullo modo dubitare.

Sinatrockes, quemadmodum in ejus vita retulimus, junior erat filius Mithridatis primi, cui cognomentum DEI-

fuit; Teſte Trogo in Prologo. Undè notavimus Phrahatem ſecundum, ejus filium primogenitum, *Theopatoris* appellationem ſibi vindicaſſe, eò quòd ſe patrem habuiſſe *Deum* gloriaretur. Simili ratione Sinatrockes, qui poſt fratris ſui mortem, ob ætatem juvenilem fuerat prætermiſſus, tandem jam ſenior, ubi primùm ad regnum provectus eſt, ut à Mithridate, cognomine Deo, ducere ſe originem oſtentaret, fratris exemplo, ſe quoque Theopatorem appellavit.

Verùm ad figuram Regis imberbis ſedentis veniamus, ſermonemque, quem eramus ſuper Mnaskiris nummo exorſi, repetamus. Figura illa videtur exhibere Ammynaſpen, aut alium quempiam ex ejus Majoribus. Hic autem Parthus erat, vel Bactrianorum Rex, (uti ferunt) qui poſt cædem Darii ultimi Perſarum Regis, Parthis devictis ab Alexandro Magno præfectus eſt; amiſſo tamen Regis titulo. Filius ejus fuit Phriapatius, nepos Arſacis iſtius, qui pater fuerat Arſacis primi, Parthorum Regis: undè avitum hic recuperavit ſolium.

Rex ille imberbis depingitur, priſcorum Parthorum more. Ita enim Doctor Hyde Anglus, in Hiſtoria Perſarum Religionis veteris nuper in lucem Oxonii edita, militum Parthorum figuras ſine barba repræſentat: undè docemur Parthos olim barbam non aluiſſe. Sed Arſaces, poſtquàm avitum Ammynaſpis & majorum ſuorum regnum recepit, ad Artaxerxem Mnemonem Perſarum Regem, qui primùm Arſaces appellabatur, originem ſuam retulit, *teſte Arriano apud Syncellum*: barbamque & comam ad-inſtar iſtorum Monarcharum promittere, titulumque Regis Regum uſurpare in nummis cœpit; quem morem ſequuti ſunt ejus ſucceſſores. Quin & ipſi Parthiæ populi exindè barbati & capillati fuere; ut videre eſt in averſâ parte Numiſmatis Auguſti; quæ Parthum flexo genu, promiſſiſque barbâ & capillis, exhibet ſignum militare ferentem.

De ſella & arcu, ut & de pallio, in nummis ſequentibus ſumus dicturi.

ARSACES XII.

ARSACES PHRAHATES. III.

REX PARTHORVM XII.



In muſeo D. Vaillant D.M.
ex num. arg. drach.

ETIAMSI Sinatrockem Phrahati filio ſuo regnum, exercitumque commiſiſſe dixerimus; quemadmodum olim Ptolemæum Soterem, Lagi filium, Ptolemæo Philadelpho filio, ex ultimâ uxore Berenicé genito, Ægypti Imperium tradidiſſe ab Hiſtoriæ

Scriptoribus accepimus : quoniam tamen inter Auctores controverſia eſt ſuper annis duobus, qui de Sinatrockis regno detracti, Phrahatis tertii imperio adſcribuntur : hujus initium à patris morte tantummodò computabimus. Arsac. 187.

Tigranes, Armeniæ Rex, initâ cum Mithridate ſocero contra Romanos ſocietate, Syriam exercitibus vacuam reliquit, quam placidiſſimo imperio tenuerat annos 18. teſte Trogo; & 14. tantùm apud Appianum : Magadatemque Præfectum ab ea revocavit. Ambo iſti Reges contra Lucullum poſteà dimicantes, anno 4. Olympiadis 177. victi ſunt : ut tradit Memnon apud Photium *cod.* 60. Deindè verò regiones obeundo, alium collegerunt exercitum, cujus Præfectura Mithridati commiſſa eſt, ex Appiano *in Mithrid.* Arsac. 188.

Intereà Mithridates, ut Phrahatem in iſtam ſocietatem pertraheret, hanc ad eum epiſtolam miſit, quæ in fragmento Hiſtoriarum, *lib.* 4. *Saluſtii* legitur.

REX MITHRIDATES,

Regi Arsaci.

Omnes, qui ſecundis rebus ſuis ad belli ſocietatem orantur, conſiderare debent, liceatne tum pacem agere; deindè, quod quæritur, ſatiſne pium, tutum, glorioſum, an indecorum ſit. Tibi perpetuâ pace frui liceret, niſi hoſtes opportuni, & ſceleſtiſſimi. Egregia fama, ſi Romanos oppreſſeris, futura eſt : neque petere audeam ſocietatem, & fruſtra mala mea cum bonis tuis miſceri ſperem. Atqui ea, quæ te morari poſſe videntur, ira in Tigranem recentis

ARSAC. 188. belli, & meæ res parùm proſperæ, ſi vera exiſtimare voles, maximè hortabuntur.

Ille enim obnoxius, qualem tu voles, ſocietatem accipiet. Mihi fortuna, multis rebus ereptis, uſum dedit benè ſuadendi; &, quod florentibus optabile eſt, ego non validiſſimus præbeo exemplum, quò rectiùs tua componas. Namque Romanis cum nationibus, populis, Regibus cunctis una, & ea vetus cauſa bellandi eſt, cupido profunda Imperii & divitiarum: quâ primùm cum Rege Macedonum Philippo bellum ſumpſêre. Dum à Carthaginienſibus premebantur, amicitiam ſimulantes, ei ſubvenientem Antiochum, conceſſione Aſiæ per dolum avertêre; ac mox à Philippo Antiochus omni cis Taurum agro, & decem millibus talentorum ſpoliatus eſt. Perſen deindè Philippi filium, poſt multa & varia certamina, apud Samothracas Deos acceptum in fidem, callidi, & repertores perfidiæ, quia pacto vitam dederant, in ſomniis occidêre. Eumenem, cujus amicitiam glorioſè oſtentant, initio prodidêre Antiocho, pacis mercedem poſt Attalum cuſtodem agri captivi ſumptibus, & contumeliis ex Rege miſerrimum ſervorum effecêre: ſimulatoque impio teſtamento, filium ejus Ariſtonicum, quia patrium regnum petiverat, hoſtium more, per triumphum duxêre. Aſia ab ipſis obſeſſa eſt; poſtremò totam Bithyniam Nicomede mortuo diripuere; quùm filius *Nuſa*, quem Regem appellaverat, genitus haud dubiè eſſet. Nam quid ego me appellem: quem disjunctum undique Regnis & Tetrarchiis ab imperio eorum, quia fama erat divitem, neque ſerviturum eſſe, per Nicomedem bello laceſ-

ſivêrunt, ſceleris eorum haud ignarum, & ea, quæ accidêre, teſtatum anteà. Cretenſes ſoli omnium liberi eâ tempeſtate, & Rex Ptolemæus. Atque ego ultus injurias, Nicomedem Bithyniâ expuli; Aſiamque ſpolium Regis Antiochi recepi, & Græciæ dempſi grave ſervitium. Incœpta mea, poſtremus ſervorum Archelaus, exercitu prodito, impedivit; illique, quos ignavia aut prava calliditas, ut meis laboribus tuti eſſent, armis abſtinuit, acêrbiſſimas pœnas ſolvunt. Ptolemæus pretio diem belli prolatat. Cretenſes impugnati ſemel jam, neque finem, niſi excidio, habituri. Equidem quùm mihi ob ipſorum interna mala dilata prælia magis, quàm pacem datam intelligerem; abnuente Tigrane, qui mea dicta ſerò probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis, rursùs tamen bellum cœpi; Marcumque Coltam Romanum ducem apud Chalcedona terrâ fudi, mari exui claſſe pulcherrimâ. Apud Thzicum magno cum exercitu in obſidione moranti frumentum defuit, nullo circùm adnitente; ſimul hiems mari prohibebat. Ita ſine vi hoſtium regredi conatus in patrium regnum, naufragiis apud Parum & Heracleam militum optimos cum claſſibus amiſi. Reſtituto deindè apud Cabira exercitu, & variis inter me atque Lucullum præliis, inopia ambos inceſſit. Illi ſuberat regnum Ariobarzanis bello intactum: ego vaſtatis circùm omnibus locis in Armeniam conceſſi; ſecutique Romani non me, ſed morem ſuum omnia regna ſubvertendi, quia multitudinem arctis locis pugnâ prohibuêre, imprudentiam Tigranis pro victoria oſtentant: Nunc, quæſo, conſidera, nobis oppreſſis, utrùm firmiorem te ad reſiſ-

Arsac. 188.

ARSAC. 188. tendum, an finem belli futurum putes? Scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum, & auri eſſe; & eâ re à nobis ad ſocietatem, ab illis ad prædam peteris. Cæterùm conſilium eſt, Tigranis règno integro, meis militibus belli prudentibus, procul ab domo, parvo labore per noſtra corpora bellum conficere: quando neque vincere, neque vinci ſine tuo periculo poſſumus. An ignoras Romanos, poſtquàm ad Occidentem pergentibus, finem Oceanus fecit; arma huc convertiſſe? neque quicquam à principio, niſi raptum habere, domum, conjuges, agros, Imperium, convenas; olim ſine patria, ſine parentibus, peſte conditus orbis terrarum: quibus non humana ulla, neque divina obſtant; quin ſocios, amicos, procul juxtaque ſitos, inopes potenteſque trahant, excidantque; omniaque, [non ſerva] & maxime regna, hoſtilia ducant. Namque pauci libertatem, pars magna juſtos dominos volunt: nos ſuſpecti ſumus æmuli, & in tempore vindices adfuturi. Tu verò, cui Seleucia maxima urbium, regnumque Perſidis inclitum divitiis eſt; quid ab illis, niſi dolum in præſens, & poſtea bellum expectas? Romani arma in omnes habent, acerrima in eos, quibus victis ſpolia maxima ſunt: audendo & fallendo, & bella ex bellis ſerendo magni facti. Per hunc morem extinguent omnia, aut occident; quod difficile non eſt, ſi tu Meſopotamiâ, nos Armeniâ circumgredimur: exercitus ſine frumento, ſine auxiliis: fortuna autem noſtris vitiis adhuc incolumis. Teque illa fama ſequetur, auxilio profectum magnis Regibus, latrones gentium oppreſſiſſe. Quod uti facias moneo, hortorque; neu

malis

malis pernicie noſtrâ unum Imperium prolatare, quàm ſocietate victor fieri. Arsac. 188.

—Tigranes ipſe legatione ad Phrahatem miſsâ, Meſopotamiam & Adiabenem, & magnas quas nominant, valles ſibi cedere mandat. *Memnon apud Photium, cap. 60. pag. 752.*

Lucullus verò de legationibus Mithridatis, & Tigranis ad Phrahatem miſſis, factus certior; ipſe quoque nonnullos ex ſociis ad eundem legavit; minas ei, ſi illos auxiliis juvare, promiſſiones autem, ſi Romanorum rebus ſtudere maluiſſet, proponentes. *Dio lib. 35. pag. 2.* Hæc ad Arſacem Phrahatem Lucullus, addens; aut ſibi auxiliaretur, aut ſaltem ſpectator eſſet certaminis. *Appianus Mithrid. pag. 230.*

Phrahates tertius quòd eo tempore Tigrani etiamnum iraſcebatur, nullamque de Romanis adhuc ſiniſtram opinionem animo conceperat, ſuos etiam Legatos ad Lucullum miſit. *Dio ut ſup.* Lucullus erat in Gordyene, quùm advenerunt Phrahatis Legati, amicitiam & ſocietatem petentes. Fuit autem id Lucullo non ingratum: *Plutarch. in Lucul. pag. 512.* ideoque amicitiam cum Rege, ſocietatemque conjunxit. *Dio ut ſuprà.*

Verùm poſtea temporis quùm Sextilius Luculli Legatus ad Phrahatem veniret, Rex ſuſpicatus hominem bello clarum, non tam pacti nuper initi causâ, quàm ut regionem copiaſque ſuas exploraret, miſſum, Romanis auxilia nulla ſuppeditavit: ita tamen ut ne contra illos quidquam etiam moliretur, ſed in medio ſe ſe partium contineret; quòd neutrorum potentiam augeri volebat; ſed, ſi bellum utrimque æquis viribus

ARSAC. 188. gereretur, ſummæ ſibi id ſecuritati futurum arbitrabatur. *Dio ut ſupra.* Itaque Legati Luculli, quùm Phrahatem comperiſſent conſilio fluctuantem, poſcentemque clàm ſocietatis à Tigrane præmium Meſopotamiam; ea de re certiorem Lucullum fecerunt. Quæ ubi hic percepit, Tigranem & Mithridatem ſtatuit, ut adverſarios confectos tranſilire, & periclitari Parthorum vires, atque expeditionem in eos movere; præclarum exiſtimans uno belli impetu tres deinceps Reges, ſicut Athletam in luctà proſternere, ac per tres totius orbis potentiſſimos Principes perrumpere invictum & victorem. *Plutarch. in Lucul. pag.* 512.

Hoc inito conſilio Lucullus in Pontum ad Sornatium Legatum ſuum & alios miſit literas, ut copias, quæ illic erant, adduceret, quaſi ex Gordyene in Parthos ſigna moturus. Verùm improbioribus ad Lucullum delatis militum ſermonibus, expeditionem Parthicam depoſuit, & media æſtate movit in Tigranem; quó ſuperato cum ſociis Regibus, Armeniam cepit. *Plutarchus ibidem, pag.* 513.

Ann. 189. In Meſopotamiam regreſſus Lucullus, regionem Mygdoniam ingreditur, & Niſibim obſidet; *Oroſ. lib.* 6. *cap.* 3. quam Parthis ademerat Tigranes, quamque Antiochiam Mygdonicam Græci appellabant. *Dio lib.* 35. *pag.* 3.

Ann. 190. Lucullo belli imperium contra Mithridatem & Tigranem abrogatur, eique Pompeius magnus, ad idem bellum conficiendum, ſufficitur. *Florus lib.* 3.

Ann. 191. Interim Pompeius ad expeditionem contra Mithridatem ſe accingit, & cum Phrahate Parthorum Rege amicitiam renovat. *Luc. Epit. lib.* 10. *cap.* 10.

Mithridates Pompeium parvi admodùm eo tempore pendebat, quòd, recens vitâ functo Arſace Parthorum Rege, (quartus tamen abhinc decurrebat annus, *ex Phlegonte apud Photium*) ejus ſucceſſorem Phrahatem familiaritate ſibi devincturum ſe eſſe ſperabat. Quùm ubi, fœdere priſtinis conditionibus oblato, jam à Pompeio præocupatum, ejuſdemque impulſu, Armeniam Tigrani ſubditam invadere percepit; animo collapſus, Legatos extemplò ad Pompeium miſit, qui de conditionibus pacis agerent, ut refert *Dio lib.* 36. *pag.* 22. ſed, re infectâ, reverſi ſunt Legati. Arsac. 191.

Tigranes junior, Tigranis Regis filius, primoribus ſibi adjunctis, patris imperio offenſis, ad Phrahatem confugerat, eumque circumſpicientem pro ratione initi cum Pompeio fœderis, quid ſibi agendum foret, ut in Armeniam iret, permoverat. *Dio ut ſupra.* Quin & Sariaſter Tigranis junioris frater, adverſus patrem ſuum Tigranem, Armeniæ Regem, conjuraverat, ut tradit *Val. Maximus lib.* 9. *cap.* 11. Ambo igitur fratres, ut cum Phrahate ſocietatem firmarent, duas ejus filias uxores ſibi dari poſtulavêrunt, quas lubentiſſimè Rex eis conceſſit. *Plutarch. in Pompeio pag.* 659.

Itaque Phrahates, generis ſuis auxiliaturus, exercitum ingentem comparat. Quâ re confectâ, pervenerunt Principes uſque ad urbem Artaxata; eamque, jam obviis omnibus ſubactis, aggrediebantur. (Nam eorum metu, Tigranes ſenior in montes conceſſerat.) Phrahates verò, quùm obſidionem diuturnam fore cenſeret, filio Tigranis partem copiarum reliquit; ipſe domum ſe recepit. Tunc Tigranes pater in filium ſolum relictum profectus, prælio eum vicit, atque is

ARSAC. 191. in fuga primùm ad Mithridatem avum ſe contulit. *Dio lib. 36. pag. 25.*

Interea Pompeius in Armenia exercitum Mithridatis noctu adortus, profligavit. *Plutarchus in Pompeio, pag. 636.* Quâ clade acceptâ, cum multis aliis Mithridates ipſe effugit; & ad Tigranem contendens, quùm ab eo per Legatos compellato, nullum amicum reſponſum tuliſſet; quòd is Mithridatem Tigrani filio ſuo (erat is nepos Mithridatis) contra ſe ſeditionis cauſam fuiſſe prætenderet: ſpe ſuâ fruſtratus, in Colchidem abiit. *Dio lib. 36. pag. 27.* Mox quoque Tigranes junior ſe ſe Romanis adjunxit.

Tigranes pater, re cognitâ, territus, ſtatim præconem ad Pompeium miſit, traditis etiam Mithridatis Legatis. Quin & Artaxata urbem ei dèdidit; ipſeque ſuâ ſponte in caſtra Pompeii advênit. *Id. ibid.* Auditis autem eorum controverſiis, Pompeius omne avitum regnum Tigrani patri reſtituit; *filio ejus ſolâ* Sophene attributâ. Paulò poſt tamen, cùm Tigranes junior, patri infenſus, aufugere conaretur, juſſu Pompeii, in cuſtodiam datur. Poſtquàm verò per Oratores adversùs Romanos ſollicitare Parthos eſt intellectus, in vincula tandem conjectus eſt, uſque ad triumphi pompam reſervandus.

Non multò poſt Phrahates Legatos ad Pompeium miſit, Tigranem juniorem, ut generum ſuum, repetiturum, poſtulaturumque, ut Imperiorum Euphrates terminus foret. Pompeius reſponſum dedit, Tigranem in patris potiùs, quàm ſoceri jure eſſe: termino autem ſeuſurum juſto. *Plutarch. in Pompeio, pag. 637.*

Ceterùm Pompeius, relicto ad præſidium Arme-

niæ Afranio, per gentes Caucaſum circumcolentes, neceſſariò contra Mithridatem iter intendit, Iberas & Albanos debellat; &, hâc expeditione confectâ, divertit in Armeniam minorem; Elymæorumque & Medorum Regibus, qui ſuam contra Parthos libertatem tuebantur, quique Legatos ad eum miſerant, benignè reſcripſit. *Id. ibid. pag.* 638. Phrahates ob Romanos abhinc eo tempore in armis erat, Gordyenemque incurſabat, & Tigranis ſubditos bonis ſpoliabat. Quod quùm accepiſſet Pompeius, miſſo cum exercitu Afranio, eum fugavit, inſectatuſque eſt uſque ad Arbelitin. *Dio lib.* 36. *pag.* 31. ARSAC. 192.

Phrahates, quum tanto impetu Pompeium ferri videret, Armeniamque, & Ponti partes eò loci pertingentes, ab ejus Legatis captas eſſe, Gabinium quoque jam ultra Euphratem, ad Tigrim uſque proceſſiſſe; eorum terrore perculſus, ut fœdus initum cum Romanis firmaret, in animum reduxit, deque renovandis pactis ad Pompeium Legatos miſit. Nihil tamen eâ legatione aſſequutus eſt. Pompeius enim rerum præſentium ſucceſſu, ſpeque ſecutarum inde rerum fretus, cùm eum parvi penderet, inter alia reſponſa, quæ ſuperba Legatis dedit, Gordyenem quoque regionem, de qua Phrahati erat cum Tigrane controverſia; popoſcit. Quùm autem Legati de hac re (neque enim quicquam habebant in mandatis) nihil reſponderent, nonnihil ad Phrahatem ſcripſit: ſed, non exſpectato reſponſo, confeſtim Afranium in eam regionem ablegavit; eamque nullo labore occupatam Tigrani dedit. *Dio lib.* 37. *pag.* 34. & 35.

Afranius per Meſopotamiam in Syriam, præter

ARSAC. 192. pactum cum Phrahate initum, profectus eſt. Hæc Pompeius, ſuâ confiſus potentiâ, tùm cum Phrahate egit, ejus quoque titulos, quibus apud alios omnes, ipſoſque etiam Romanos gaudebat, quibuſque eum illi ſemper compellabant, ludibrio habuit. Rêx enim Regum Phrahates audiebat: at Pompeius, *Regum* vocabulo amputato, per litteras ipſum Regem ſimpliciter appellavit. *Dio lib.* 37. *pag.* 35.

Phrahates, quamvis Pompeium & timeret, & demereri ſtuderet, tamen indignè id tulit, ut qui regno etiam ſuo ſpoliaretur: itaque per Legatos de acceptis injuriis queſtus eſt, interdixitque, ne Euphratem tranſiret. *Id. ibid.*

Afranius Arabas, qui regionem circa Amanum montem prope Euphratem incolebant, debellatos, Romanorum Imperio ſubjecit. *Plutarch. in Pompeio, pag.* 636. Hos in Meſopotamiam inducens, illuc tranſtulerat Tigranes. *Id. in Lucullo pag.* 506. Arabia autem iſta ad lævam Euphratis trans fluvium dicitur Plinio, *lib.* 5. *cap.* 24. quæ aliis Arabia-Morion.

Phrahates, dum Pompeius in Syria occupatur, contra Tigranem expeditionem ſuſcipit, *teſte Dione, lib.* 37. *pag.* 35. Apud quem præterea leguntur hæc verba: *Adhibito filio ejus,* [Tigranis] *ſuo genero.* Quæ abſurda prorsùs ſunt. Nam quî fieri potuit, ut Tigranes junior, quem Pompeius (*Dione ipſo teſte*) in vincula conjecerat, anno V. C. 688. atque arctiſſimæ mandaverat cuſtodiæ, ad triumphi pompam reſervandum: bellum adversùs patrem hoc anno geſſerit? Vix hæc nobiliſſimo Scriptori tribuere auſim: ſed ignari cujuſpiam Librarii putidam eſſe interpolationem potiùs

opiner. Phrahates prælio victus à Tigrane, poſteà tamen hoſti prævaluit. *Dio ut ſupra.* Arsac. 193.

Cùm Tigranes Pompeium in Syria agentem accerſeret, denuò ad eum Legatos Phrahates miſit, multa & Pompeium incuſans, & Romanos inſimulans; adeò ut ob pudorem & terrorem Pompeio injiceret. Igitur neque Tigrani auxilium tulit; & nihil deinceps hoſtile adversùs Phrahatem exercuit: cauſas has edens, ſibi neque hanc expeditionem à Populo Romano eſſe demandatam, & Mithridatem in armis adhuc eſſe. *Dio ib. pag. 36.*

Potentiam enim Parthi metuebat Romanus, inconſtantiamque rerum pertimeſcens, bellum illud, etſi multi ad id incitarent, non ſuſcepit: Phrahatis autem accuſationes dictis elevabat, non quidem refutans; verùm ei litem cum Tigrane de limitibus quibuſdam intercedere dicens; ſeque miſſurum tres viros, qui eam dijudicarent. *Id. ibid.*

Atque eos quidem miſit Pompeius, hiſque Reges tanquam re verâ arbitris acceptis, omnem ipſi inter ſe controverſiam compoſuerunt. Tigranem ira ſtimulabat, quòd ſuppetias non impetrâſſet. At Phrahates Tigranem quoque ſalvum eſſe volebat, cujus olim, ſi res ita ferret, auxilio contra Romanos uti poſſet. Utrique ſatis conſtabat, uter ipſorum alterum ſuperaſſet, quòd is & Romanam rem ſibi infenſam redditurus, & ad reſiſtendum imbecillior eſſet futurus. His itaque cauſis moti, in gratiam redierunt. Ann. 194.

Tigranes junior in triumphum, quem de his expeditionibus Romæ Pompeius egit, ductus eſt: ut ait *Plutarch. in ejus vita*, his verbis: Tigranis Arme- Ann. 195.

nii filius cum uxore, Phrahatis filiâ, & eorum natâ, & ipſius Regis Tigranis uxor Zozime.

ARSAC. 197. Phrahates à filiis ſuis Mithridate & Orode per dolum occiditur Arſacidarum ineunte anno circiter 197. ut teſtatur *Juſtinus lib.* 42. *cap.* 4. poſtquam regnâſſet annos 10.

NUMMUS ARSACIS PHRAHATIS III.



EX MUSEO NOSTRO.

Caput Regis barbati, & diademate ornati, pone quod aſtrum: in averſâ parte figura imberbis ſedet, mitrâ & faſciâ regiâ inſignis, dextrâ arcum geſtans, cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ, ΘΕΟΥ ΕΥΠΑΤΟΡΟΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ: id eſt, REGIS REGUM, ARSACIS MAGNI, JUSTI, ILLUSTRIS DEI EUPATORIS, AMICI GRÆCORUM.

NULLUS occurrit in totâ hâc Regum Arſacidarum ſerie, qui tot congeſtos ſimul titulos præferat. Primùm enim

enim ſolito REGIS REGUM vocabulo hîc inſignitur. Deindè JUSTI, ILLUSTRIS, & AMICI GRÆCORUM epitheta, quæ primi Arſacidæ habuerant, aſſumit. Ad hæc MAGNUM ſe cognominat: ut Mithridates ſecundus & Mnaskires fecerant. Imò etiam, Mithridatis primi exemplo, DEI nomen ſtultiſſimè ſibi vendicat. Quod quidem proprium ei cognomen fuit: ut eruimus ex Phlegonte Tralliano Auguſti Liberto apud Photium *pag.* 267, his verbis: SINATRUCE PARTHORUM REGE EXTINCTO SUCCESSIT PHRAHATES, COGNOMENTO DEUS. Porrò, ut hâc DEI appellatione ab avo Mithridate Primo faciliùs diſtingueretur, Eupatoris cognomen quoque adjunxit.

Iſte igitur Arſacida Phrahates, eſt hujus nominis tertius: qui ex eodem Phlegonte patri ſucceſſit Sinatrocki. Undè ſe meritiſſimò EUPATOREM appellat; id eſt bonum patrem habentem. Siquidem vivens adhuc Sinatrockes regnum & exercitum filio commiſit; quemadmodum fecerat Ptolemæus Lagi filius; qui octoginta quoque annos natus, ut & Sinatrockes, regni adminiſtrationem Philadelpho filio ſuo tribuit cùm eâ ætate, omni regno pulchrius, Regis eſſe patrem diceret, ut ex Diogene Laërtio diſcimus. Hoc autem titulo Phrahates tertius ſuam erga parentem Sinatrockem ſignificare pietatem voluit. Sed qui pius in patrem fuerat, filios, nece ſibi datâ, admodum impios reliquit.

Nunc de pallio, quo Rex in ſolio ſedens ornatur, agamus. Parthi, vel potiùs Bactriani Principes, hoc pallio in pompis ſolemnibus utebantur. Quod quidem, uti apparet, breve erat, & ad medium tantummodò corpus demiſſum, diſciſſumque in partes tres, quarum uniuſcujuſque ora in acumen deſinit. Sub eo verò pallio gerebant thoracis laxioris quoddam genus, ac denique interius ſubligaculum à medio corpore ad pedes uſque pertingens.

Reges Perſarum talari veſte induebantur, quâ uſi ſunt & ipſi Arſacidæ, ut cognoſcitur ex eorum nummis tetradrachmalibus; qui ipſos ſolio inſidentes exhibent. At in ſolemnibus pompis, diebuſque feſtis, trabeâ regiâ ornabantur, ut videre eſt in omnibus Arſacidis, qui in anteriore nummorum ſuorum parte repræſentantur eâ veſte conſpicui. Hæc, ut plurimùm, purpurea erat, acu picta, intertexta

auro, variiſque gemmarum & margaritarum ordinibus affabrè diſpoſitis exornata.

Phrahates III. non prolixâ, ſicuti ii ex Arſacidis, qui ad ſenectutem uſque perrexêrunt, barbâ inſignis exhibetur; ſed mediocri tantùm, & ejus, qui mediam ætatem aſſecutus eſt. Quod huic optimè convenit Principi, qui decem tantùm annos regnaverit.

De aſtro pone humeros Phrahatis Tertii cælato, in vita Mithridatis Tertii dicturi ſumus.

ARSACES XIII.

ARSACES MITHRIDATES. III.
REX PARTHORVM. XIII.



In museo D. Vaillant D.M.
ex num. arg. drach.

MITHRIDATES Tertius, Phrahatis Tertii filius natu major, de more gentis patri ſuo ſucceſſit. *Ex Trogo & Appiano.* Arsac. 197.

Hoc anno Tigranes ſenior, Armeniæ Rex, morbo periit, annos natus 85: ut refert *Lucian. in Macrobiis.* Tigrani ſucceſſit filius ejus

ARSAC. 197. minor Artavaſdes, qui & appellatur *Artabazes*, aliis autem *Artabaſdes*; imò *Artuaſdes* & *Ortoadiſtes*; nimirùm prout nomen iſtud barbarum ab exteris Græcis & Latinis, variè corrumpitur. Hunc ut iret ſalutatum, P. Clodio decreta eſt à Senatu legatiò; quam ut recuſare poſſet, in plebeïam familiam tranſiit.

Tigranes junior, qui Romæ in vinculis detinebatur, audito quòd pater eſſet mortuus, quodque Artavaſdes frater minor regnum occupâſſet; Clodium pecuniâ corrupit. Hic à L. Favio, in cujus curâ repoſitus erat, petiit, ut Tigranem ſecum adduceret in convivium, quò eum videret. Itaque vinculis exemptum, dimiſit liberum. *Dio. lib.* 38. *pag.* 78. Tigranes à Clodio carcere extractus dicitur à Plutarcho *in Pompeio pag.* 647. atque apud Parthos veniſſe, à Mithridate tertio Rege, cognato ſuo, contra Artavaſdem fratrem auxilium petiturus. Mithridates igitur Parthorum Rex, à Tigrane juniore impulſus, Artavaſdi Armeniorum Regi bellum intulit. *Trogus in Prol. lib.* 12. *&* *Epitom. in eod.* Sed uterque Auctor malè ad Mithridatem II. cognomine Magnum, hoc refert: forſan Librarii cujuſdam aut Scholiaſtæ errore.

ARSAC. 198. Orodes Mithridatis frater minor, dum eum bello Armeniaco implicitum animadvertit, regnum vacans occupat, *teſte Juſtino lib.* 42. *cap.* 4. quòd nihil ſibi frater in præmium paternæ cædis ab ambobus perpetratæ dediſſet. Mithridates, ubi primùm Orodem invaſiſſe Parthicum regnum accepit, bellum Armeniacum ſtatim reliquit. Artavaſdes verò, Partho Rege ſubmoto, Tigranem fratrem oppreſſit.

Orodes, quoniam fratris cum exercitu adventum

ſuſtinere non poterat, in exilium abiit. Mithridates irâ percitus, in illos, qui fratri faverant, ſævire cœpit : ſed propter crudelitatem à Senatu Parthico regno pellitur. *Juſtin. lib.* 42. *cap.* 4. Arsac. 198.

Itaque Orodes ab exilio ad Parthorum regnum revocatur, & cùm Surenæ jus eſſet Gentilitium, ut novo Regi primus diadema imponeret, Orodem hic ab exilio reductum Regem renuntiavit. *Plutarch. in Craſſo pag.* 556. De quo ait Appianus *in Parth. pag.* 141. Orodem autem hunc ipſe in regiam Parthorum ab exilio reduxerat. Orodes verò, ne à Mithridate ereptum ſibi Parthicum regnum ulciſcente juſtis armis impeteretur; ipſi, ut Mediæ majori imperitaret, conceſſit : Media enim erat gemina; altera minor, cujus erat Rex Mithridates, Medus dictus à *Dione lib.* 36. *pag.* 6. Tigranis gener, à priſco Atropata Satrapa Darii genus ducens : altera major, quæ Parthorum ditionis, in cujus urbe primaria Ecbatanis plerumque Reges æſtatem tranſigere ſolebant.

Mithridates autem in Media vix quieſcere potuit, quin bellum fratri totis viribus pararet. Quâ re nunciatâ, Orodes eum è Media ejecit; ut narrat Dio *lib.* 39. *pag.* 116. „ *fratre ſuo Mithridate è Media, cui imperitabat, ejecto*. Arsac. 199.

Gabinius ad Syriam Provinciam regendam à Senatu miſſus anno V. C. 697. contra Arabas bellum gerere decreverat. Ad hunc parantem in eos expeditionem, venit Mithridates Parthorum Rex, pulſus ab Orode fratre, invitans, ut Arabas omitteret, & contra Parthos duceret exercitum. *Appian. initio de bell. Mithrid.*

83007

ARSAC. 199. In Parthos proficiſcenti, & jam Euphratem fluvium trajicienti Gabinio, mutatâ ſententiâ, viſum eſt Ptolemæum in Ægyptum reducere. *Joſeph. Antiq. lib.* 14. *cap.* 11. Ptolemæus enim Ægypti Rex undecimus, & ipſe pulſus à ſuis, magnis largitionibus obtinuit, ut Parthico negotio omiſſo, per Proconſulem Alexandriam reduceretur. *Dio. lib.* 39. *pag.* 130. Mithridates ad Gabinium confugiens, eum permovit, ut ſe in reditu conficiendo adjuvaret. Sed ſimul Ptolemæus cum litteris Pompeii advenit, magnamque pecuniam cum Gabinio, tum exercitui ſe, partim illicò, partim poſtquàm reſtitutus eſſet, daturum pollicitus eſt. Statimque Gabinius, Parthico negotio omiſſo, in Ægyptum contendit.

ARSAC. 200. Gabinius ex Ægypto, quam in Ptolemæi poteſtatem redegerat, reverſus vernâ tempeſtate; cùm ſe à Senatu ob id exilio damnatum audiviſſet, de Parthicâ expeditione ſuſcipiendâ deſperans, acceptâ pecuniâ, Mithridatem & Orſanem à Parthis perfugas clàm dimittit, ſparſo inter milites rumore, quòd ab eo aufugiſſent. *Joſeph. de bel. Judaïc. lib.* 1. *cap.* 6.

Per id tempus Mithridates ad Arabas profectus eſt, qui Meſopotamiam incolebant: illuc enim adduxerat eos colonos Tigranes. Hi vicini erant Seleucienſium & Babyloniorum, qui Parthis erant ſemper infenſi, ut refert *Appianus lib. de Parth. pag.* 137. Ille verò Arabum ope regnum ſuum recuperavit. *Id. lib. de Syriac. pag.* 120. Attamen de his tantùm partibus intelligendus eſt hic auctor.

Orodes autem, ut cognovit Mithridatem fratrem

à Seleûcienſibus & Babylonis eſſe receptum, Surenam mittit ad Seleuciam expugnandam; ipſe Babylonios obſeſſurus proficiſcitur. Surenas Seleuciam magnam in poteſtatem Orodis redegit, & in murum evaſit primus, hoſteſque ſuâ manu pepulit. *Plut. in Craſſo pag.* 550. Arsac. 200.

Interim Craſſus, cui ſorte Provincia Syria adminiſtranda evenerat; cùm & ipſe aliquid agere cuperet, quod gloriæ ſibi juxta atque lucro eſſet futurum; poſteaquàm in Syria nihil hujuſmodi eſſe præ manibus videt: (nam & Syri quieti erant:) in Parthos expeditionem ſuſcepit: cùm neque ullam belli cauſam contra ipſos afferret, neque id à Senatu decretum fuiſſet. Enimverò & Parthos prædivites eſſe acceperat, & Orodem, qui nuper Rex factus eſſet, ſuperatu facilem ſperabat. *Dio lib.* 40. *pag.* 140.

Extructo ponte, facilè ac tutò trans Euphratem Romanus Imperator traducto exercitu, magnam Meſopotamiæ partem populando peragravit, nemine reſiſtente; quòd ejus tranſitus inexſpectatò Parthis acciderat: ideoque nullum in Meſopotamia præſidium alicujus momenti conſtitutum fuerat. Ac Talymenus Silaces quidam, ejus tùm regionis Præfectus regius, paucis equitibus ad Ichniam (id caſtello cuidam nomen eſt) congreſſus, victuſque, accepto vulnere, ipſe ad Regem ſeſe recepit, eumque de expeditione hâc certiorem fecit. *Id. ibid.*

Interim Craſſus & caſtella & urbes recepit, Græcas potiſſimum, atque in his Nicephorium. Nam quia Macedonum, aliorumque Græcorum, qui militiæ Romanis adfuerant, coloni erant, vim Parthorum gra-

Arsac. 200. viter ferentes, atque in Romanis, à quibus Græcos amari ſciebant, multum ſpei collocantes, haud gravatim ad eos defecêrunt. *Id. ibid.*

Zenodotiam oppidum, cujus erat Apollonius Tyrannus, propter occiſos ibi centum milites, admoto exercitu, expugnavit, ac diripuit. Quâ urbe captâ, cùm ſalutari ſe ab exercitu *Imperator* ſuſtinuiſſet, magnam inde ſubiit infamiam, abjectuſque eſt habitus, nec majora ſperare; ſucceſſu qui tam tenui ſeſe efferret.

Poſtquàm oppidis, quæ deditionem fecerant, præſidium impoſuit, quod fuit Peditum VII. millium, & mille Equitum; retrò in Syriam hibernatum ceſſit: cùm Babylonem & Seleuciam, ſemper infeſtas Parthis urbes, & contra Orodem tunc temporis rebelles, rectà tendere iter debuiſſet. *Plutarchus in Craſſo pag.* 553.

Arsac. 201. Cæterùm Orodes, cùm *Babylonem ipſam*, quò Mithridates confugerat, diù obſediſſet, fame coactos ad deditionem oppidanos compellit. Mithridates autem, fiduciâ cognationis, ultrò ſe in poteſtatem Orodis tradit. Sed Orodes plus hoſtem, quàm fratrem cogitans, in conſpectu ſuo trucidari eum juſſit: cùm à Phrahatis patris nece ſex integros annos regnaviſſet. *Videndus Juſtinus lib.* 42. *cap.* 4.

NUMMUS

NUMMUS ARSACIS MITHRIDATIS III.



Ex Museo nostro.

Caput Regis, barbâ paulò minùs quàm in aliis prolixâ, necnon diademate conſpicui. Ante caput in area aſtrum; ponè verò creſcens Luna cernitur: in averſâ parte, ſolita Regis ſedentis effigies, mitrâ & faſciâ regiâ inſignis, dextrâ arcum gerit, cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ; id eſt, Regis Regum Arsacis, justi, illustris, benefici, amici Græcorum.

Effigies iſta, non valdè ſuperiori Arſacidæ Regi abſimilis, mihi ſuaſit, ut hunc nummum Arſaci Mithridati III. tribuerem. Adde ad hæc, quod barba ejus haud prolixa, Principem ætate nondum provectum deſignet, talemque omninò, qualis videtur fuiſſe Mithridates III; qui dolo patrem non admodum ſenem ſuſtulerit. Confirmat inſuper

meam ſententiam aſtrum ſimile, quod in parentis nummo vidimus: imò & Luna creſcens, quæ omninò Ammianum Marcellinum illuſtrat.

Romanus ille Scriptor narrat, Arſacidas ſolitos ſe fratres Solis & Lunæ inſcribere; imò ſe ſiderum participes in epiſtolis appellare: quòd Arſaces Imperii Parthici fundator, placidâ morte defunctus, certatim ſummatim & vulgi ſententiis concinentibus, aſtris, ritûs ſui conſecratione, permixtus fuerit omnium primus. Quibus poſteà addit Ammianus: UNDE AD ID TEMPUS REGES EJUSDEM GENTIS PRÆTUMIDI, APPELLARI SE PATIUNTUR SOLIS FRATRES ET LUNÆ. Cœlius *lib.* 5. narrat Parthos, neque ſtatuas, neque templa olim erexiſſe Diis; Regem pro numine habuiſſe; Jovi tamen in montibus hoſtias immolabant Parthi; Soli, Lunæ & Telluri quoque rem divinam facientes.

Figura Regis imberbis in poſtica parte nummorum drachmalium ſemper expreſſa, ſedet in ſella, cujus poſtici pedes anterioribus ſunt altiores; quæque ſimilis omninò videtur ei, cui inſident Arſacidæ in nummis tetradrachmalibus ſignati. Itaque auream diceres ſellam, more Perſarum Regum, qui ita ſe populis ſuis proſpiciendos præbebant. Certè inter pretioſa quæque à Trajano in bello contra Choſroem capta, memoratur ſella ejus aurea; de qua Spartianus in Hadriano: AC PROMISSA SELLA, QUÆ ITIDEM CAPTA FUERAT. Sed eam tamen neque Hadrianus reddidit, neque ejus ſucceſſor Antoninus Pius: undè poſt hujus mortem denuò bellum exortum eſt.

Sin autem hæc aurea ſit ſella, cùm in iis Regibus, qui Arſacidas anteceſſerunt, tum in ipſis Arſacidis; eorum majores potiùs Bactrianæ, quàm Parthiæ Reges fuiſſe, mihi perſuaſerim; nam hæc pauper erat Provincia, illa verò dives & fertilis. At cùm Arſacidæ ſe ab Artaxerxe Memnone originem traxiſſe jactarent, hic juniori filio regnum concedere potuit: nam Rex Perſarum plurimos ſibi ſubditos Reges habebat; undè Rex Regum in titulis dicebatur. Id innuere videtur Strabo, dum ait de Arſace Imperii Parthici fundatore: Alii Bactrianum fuiſſe tradunt, eumque incrementa Diodoti, QUI SE BACTRIANÆ REGEM APPELLAVERAT,

Parthiam ad defectionem pertraxiſſe. Quæ certior videtur ſententia.

Mithridates III ſolitos Arſacidarum Regum titulos tantùm ſibi adſcivit, cùm ab initio civilibus bellis implicitus, cognomen aliquod illuſtre ſibi vendicare non potuiſſet. Denique depingitur in nummis juvenis; cùm à morte patris annos ſex ſolummodò vixerit.

ARSACES XIV.

ARSACES ORODES.

REX · PARTHORVM. XIIII



Ap. D. Foy-Vaillant D. M.
Ex num. arg. dragm.

ARRAC. 203. ORODES à Plutarcho *Hyrodes*, Arſacis Phrahatis III. filius natu minor, fratris primogeniti regnum uſurpare conatus, ab eo fugatus eſt, atque in exilium pulſus. Deinde tamen à Senatu Parthico in Mithridatis fratris locum revocatus, regnum tandem

obtinuit. Quod tantummodò à morte fratris hîc computabimus. Verè enim tunc regnare cœpit. Ideoque proximum à fratre Mithridate Orodem in Regum catalogum adſcribimus. At, civili bello nece Mithridatis extincto, aliud ſubindè adversùs Romanos ſubortum eſt. Jam enim, ut ſuprà diximus, plurimas Meſopotamiæ civitates Craſſus occupaverat. Arsac. 203.

Exeunte Arſacidarum anno 203. Orodes ad Craſſum Legatos miſit. Cùm jam ex hibernis legiones Craſſus educeret, adierunt eum Arſacis Orodis Legati cum brevi oratione. Ea hæc fuit. „ Si miſſus à Populo Romano exercitus eſſet, geſſurum Regem implacabile & inexpiabile *bellum*: ſin, Patriâ invitâ, privati Craſſus quæſtûs gratiâ, arma Parthis intuliſſet, & urbes occupâſſet; acturum Orodem moderatè, & Craſſi miſericordiam ſenectutis capturum, Populoque Romano remiſſurum milites, quos obſeſſos teneat potiùs, quàm in præſidiis locatos. Ad ea Craſſo jactante, Seleuciæ ſe reſponſum daturum: ex Legatis Vagiſes, qui cæteros ætate anteibat, ridens, manûs ſupinæ oſtensâ notâ; Hinc priùs, inquit, Juli, Craſſe, exorientur, quàm tu aſpicias Seleuciam. Ita ad Regem Orodem diſceſſêre Legati, bellandum renuntiantes. *Plutarch. in Craſſo pag.* 554.

Cæterùm Præſidiarii quidam, qui magno periculo è Meſopotamia fugerant, majorem curam incuſſêrunt, nuntiantes multitudinem hoſtium, quam viderant; & labores, quos in defendendis civitatibus pertulerant; & exaggerando, ut mos eſt, omnia, negabant poſſe quemquam aut perſequentibus illis evadere, aut fugientes aſſequi. Hæc audientes milites animis cecidê-

Arsac. 203. runt; quin & propiores exercitus cenſebant cohibendum Craſſum, & de ſumma rerum conſultandum amplius. At ille nec eos audivit, nec quemquam alium, niſi eos qui hortabantur, ut ſtrenuè pergeret. *Appian. in Parth. pag.* 138.

Arsac. 204. Craſſus, vere ineunte, in Parthos exercitum duxit. Imprimis animum ejus erexit Armeniorum Rex Artuaſdes, qui in caſtra cum ſex millibus equitum venit. Dicebantur hi eſſe Regis Stipatores & Satellites: alia pollicebatur decem millia Cataphractorum, & triginta millia peditum ſuo ſumptu viventium. Suadebat autem Craſſo, ut per Armeniam in Parthiam irrumperet: omnia enim affatim ſe ſubminiſtraturum exercitui, tutum etiam iter fore; quòd montes frequentes & continentes colles, regionemque aſperam objectam habituri eſſent equitatui, quo Parthi uno pollerent. At Craſſus, collaudatâ modicè promptitudine ejus, & ſubſidii amplitudine, ducturum ſe oſtendit per Meſopotamiam: ubi multos & egregios milites Romanos reliquiſſet. Ita diſceſſit Armenius. *Plutarch. in Craſſo pag.* 554.

Traducto exercitu juxta Zeugma per pontem temporarium; inter cætera quæ apparuere prodigia, ipſi Craſſo excidit concionanti vox, quæ milites magnoperè conſternavit: ſiquidem pontem dixit ſe reſciſſurum, ne quis eorum regrederetur. Poſtquàm eos adlocutus eſt, luſtratione abſolutâ, ſacra fecit; ac deindè ſecundùm ripam fluminis progreſſus eſt. Habebat ſub ſignis ſeptem Legiones; equitum paulò minùs quatuor millia; & parem levis armaturæ numerum. Nuntiatum eſt autem ei à quibuſdam agminis

Præcurſoribus, nullum uſquam hominem comparêre: incidiſſe verò ſe in frequentium equorum veſtigia, quaſi ad fugam retrocedentium. Undè ſpes aucta eſt Craſſo; cœperuntque milites omninò Parthos, ut manus non conſerturos, contemnere. Nihilominùs Caſſius ejus Quæſtor, & ex amicis quidam monebant Craſſum, ut in aliqua earum urbium, in quibus præſidium habebat, reficeret exercitum, donec aliquid certius de hoſtibus afferretur. Sin minùs, ut ſecundùm flumen Seleuciam ſigna moveret. *Appian. in Parthic. pag.* 139. & *Plutarch. in Craſſo pag.* 555. ARSAC. 204.

Hæc volventem adhuc animo, & perpendentem Craſſum adit Præfectus alæ Abgarus Arabs, qui Romanis antè fœdere junctus ſub Pompeio, Parthorum partes tunc potiores habuit. Quod idem Alchaudonius quoque Arabs fecit, ſemper potentiori ſe ſolitus adjungere. Verùm fuerat Abgarus tunc in Craſſum ex conſilio Præfectorum regiorum ſubornatus, & miſſus, ut comitans eum, quàm remotiſſimè, ſi quà poſſet, à flumine & locis inæqualibus, in vaſtum campum conjiceret, ubi cingi valeret equitatu. Is autem invitabat, quòd tempus cunctando perderet, cùm Parthi jampridem pararent, rebus ereptis pretioſiſſimis, ad Scythas vel Hyrcanos evolare. Et quidem ſi vel pugnandum ſit, inquit, properandum erat, priuſquàm reſumpto Rex animo vires in unum contraheret omnes: quando nunc quidem Surenas vobis & Sillaces objecti ſunt, qui tueantur terga fugientium; ille verò apparet nuſquam: hæc autem falſa erant omnia. *Plutarch. Appian.* & *Dio lib.* 40.

Quippe Orodes, bipertito ſtatim exercitu, ipſe

ARSAC. Armeniam populabatur, ut de Artuaſde pœnas ſumeret, Surenâ in Romanos immiſſo: nullâ quidem, ut nonnulli autumant, deſpicientiâ. Neque enim, ut Craſſum dedignaretur adverſarium, virum inter Romanos primarium, conveniebat: cùm Artuaſde verò conflictaretur, atque Armeniorum præſidia expugnaret. Verùm qui impenſè timeret periculum, ſpectator tantùm volebat eſſe, atque eventum expectare.

204.

Tunc ergò Abgarus, ubi impulit Craſſum, à flumine abſtractum per medios duxit campos, viâ levi ac facili initio, indè ſuccedente altâ arenâ, nudiſque & ſitientibus campis qui terminari nuſquam oculis poterant, odiosâ. Erat jam vel hinc ſuſpectus dolus. *Plutarch. in Craſſo, pag. 556.*

Aſt ubi Nuntii quoque ab Armenio Artuaſde advenerunt, bello ſe gravi premi, in ſuas irruente provincias Orode: ideò mittere non poſſe Romanis auxilia; monere autem Craſſum, maximè illuc ut ſe convertat; junctiſque cum Armeniis copiis, unà decernant cum Orode: quod ſi non placeat, ita ſemper incidat, & locum capiat caſtris, ut regiones declinet equitabiles, & montoſas ſequatur. Craſſus præ ſtomacho & ſaturitate nihil reſcripſit; ſed reſpondit, Armeniis ſe in præſentia non vacare: verùm poſt aditurum eos, ut de Artuaſdis proditione expetat pœnas. *Id. ibid.*

Dum hæc geruntur, Speculatores pauci accurrentes reliquos nuntiavêrunt ab hoſtibus occiſos; ſe ægrè elapſos: hoſteſque jamjam adeſſe ingenti multitudine & animo ad dimicandum. Ibi omnes perculſi ſunt. Craſſus planè obſtupuit, ac præ properatione;

non

non ſatis ſui compos inſtruxit aciem. Primùm ex Caſſii ſententiâ, raros ordines Legionum, ne circumdarentur, quàm longiſſime per campum produxit, equites diſtribuit in cornua. Mox conſilium mutavit, ac contractis copiis, ancipitem aciem & profundàm, quadratamque fecit. Alterum cornu Caſſio, alterum Craſſo filio attribuit ; ipſe in media acie conſtitit. Ita proceſſerunt ad rivum Baliſſum. *Id. ibid.* ARSAC. 204.

Ibi plerique Duces caſtra ponenda & pernoctandum cenſuêrunt, explorandumque, quatenùs fieri poſſet, quàm magnæ hoſtium copiæ eſſent, & quemadmodum inſtructæ : indè primâ luce in illos movendum. At Craſſus filio ſuo atque equitibus ejus præſium cientibus fretus, imperavit, ut in acie ſtantes, quibùs libêret, cibum caperent & biberent. Priuſquàm verò hoc per omnes ordine factum eſſet, proceſſit non compoſito gradu, neque ut ad prælium interquieſcens, ſed propero & concitato agmine ; quoad in conſpectu fuêre hoſtes. *Plutarchus, Appianus & Dio.*

Surenas non omnes à principio copias exhibuit ; nàm multitudinem poſt primam aciem occuluerat, ſplendoremque armorum texerat tunicis & ſagis pelliceis, quibus edixerat ut ſe velarent. Iis autem integumentis armorum repentè abjectis, Parthi rutilare viſi ſunt galeis, loriciſque ex Margiano ferro factis coruſcante & refulgente. In eos cùm Craſſus levem armaturam immiſiſſet, non longè progreſſi ſunt Romani milites, ſed grandine ſagittarum malè accepti, retrò ſe inter gravem armaturam receperunt, initiumque tumultûs & pavoris præbuerunt. *Id. ibid.*

ARSAC. 204. Tùm Parthi divulsêrunt ſe, cœpêruntque eminùs undique ſagittare, non exactè dirigentes tela. Siquidem efficiebat Romanæ aciei denſitas, ut ne de induſtriâ quidem ictu poſſent aberrare: validaſque plagas & violentas incuterent. Itaque jam hinc valdè laborabant Romani: namque ſi ordines ſervarent, conſauciabantur: ſi verò conarentur hoſtem invadere, cùm nihilo magis læderent, pariter ipſi infeſtabant. Quouſque autem ſperavêrunt, conſumptis ſagittis, temperaturos illos pugnâ, aut ad manus venturos: pertulerunt Romani. Ut verò cognoverunt multos camelos illis præſto eſſe ſagittis onuſtos, à quibus circumvecti primi ſumebant; neque vidit Craſſus finem, obtorpuit, juſſitque per nuntios filio, eniteretur manum cum Parthis antè conſerere, quàm eum circumvaderent. *Iid. ibid.*

Igitur adoleſcens, 1300 Equites, Sagittarios 500, & ex proximis Scutatis 8 Cohortes, orbe facto, infeſtos duxit in hoſtem. Parthi, ut Publium quàm longiſſimè retraherent à patre, retrò fugerunt. Ille verò clamans hoſtes terga dare, ſubdit equo calcaria: ſequuntur eum Cenſorinus Senator & Megabacchus; ſed perceperunt longè progreſſi dolum. Parthi enim ſubitò, vultu converſo, Romanos aggreſſi, cunctos undique ſagittis confixerunt, ad legiones ſeſe recipere fruſtrà conatos. Hîc plurimis vulneribus ſaucius Publius, quoniam uti non poterat manu, armigero latus feriendum præbuit. Pari fato aiunt cecidiſſe Cenſorinum: Megabacchus ſemet ipſe interemit. Similiter nobiliſſimi quique reſiduos ſubeuntes Parthi collem, contis confodêre pugnantes. Vivi non ampliùs quingenti dicuntur in hoſtium poteſtatem veniſſe. *Iid. ibid.*

Capite Publii detruncato, contenderunt illico in Craſſum, qui filii reditum anxius expectabat. At nuntiis allatis actum eſſe de Publio, niſi valido auxilio quamprimùm ſuccurreretur, inſtitit illicò cum exercitu progredi. ARSAC. 204.

Intereà ſupervenerunt hoſtes clangore terribiles & victoriâ ferociores, Publii caput haſtâ ſuffixum ferentes. Hoc ſpectaculum ſupra reliqua omnia acerba animos infregit Romanorum. Craſſus verò in ea acerbitate, ſuprà quàm antè, celſum animum præ ſe tulit; ſuoſque modis omnibus tentavit excitare. Aſt, ubi iterùm ad prælium ventum eſt, Romani, ingruente adhuc ſagittarum multitudine conficiuntur: qui verò in hoſtes temerè auſi ſunt irruere, contis validis, quibus Parthi ſubindè bina corpora uno impetu tranſverberabant, in anguſtum ſunt coacti. Atque ita protracto prælio uſque ad veſperam, diſceſſerunt Parthi, jactantes unam ſe noctem Craſſo largiri *ad lugendum filium; niſi*, rectiùs ſaluti ſuæ conſulens, malit ire ad Arſacem, quàm portari. *Iid. ibid.*

Parthi in propinquo pernoctantes magna in ſpe erant. At Romanos triſtiſſima nox excepit. Craſſus intereà, obvoluto capite, in tenebras ſeſe abdiderat. Ibi Octavius Legatus ejus, & Caſſius Quæſtor, eum luctu obrutum allevare & confirmare conati ſunt. Qui cùm planè obtorpuiſſet, ipſi Centuriones & Manipulares convocaverunt: Atque ubi in conſilio viſum eſt capiendam eſſe fugam, ſignum profectionis ſine tubâ dederunt. Vulnerati autem, mox relinqui ſe ſentientes, ejulatum ingentem edidere, qui pavorem incuſſit. Egnatius cum trecentis equitibus aufugit, &

ARSAC. 204. circa mediam noctem Carrhas pervenit; appellatiſque excubitoribus, juſſit Coponio Præfecto nuntiari ingentem pugnam Craſſum cum Parthis commiſiſſe. Nihilo præterea addito. Profuit tamen Craſſo ea vox ad Coponium conjecta. Intelligens enim infauſtam rem nuntiantis tam properam & confuſam eſſe orationem; edixit ut milites extempló arma caperent. Atque ut primùm Craſſum accepit venire, occurrens excepit eum, exercitumque in urbem deduxit. *Iid. ibid.*

Parthi, quanquam fugam nocte ſenſerunt, haud tamen ſunt eos inſecuti. Ut vero diluxit in castra Romanorum profecti, relictos in iis jugularunt, non pauciores quatuor millibus. Contrucidaverunt præterea quatuor cohortes, quas eadem nocte Varguntejus Legatus abduxerat cùm aberraſſent à via, exceptis tantùm viginti militibus; quos ſtrictis gladiis per medios perrumpentes admirati, lento gradu Carrhas ſe conferre perpeſſi ſunt. *Iid. ibid.*

Incertus Surenas quó loci Craſſus & Caſſius ſeſe recepiſſent, Carrhas ſummittit quemdam ex iis quos ſecum habebat utriuſque linguæ peritos; imperans ad mœnia ut latinè ipſum Craſſum aut Caſſium evocaret; colloqui Surenam cum iis velle. Ubi dicta ejus, qui ambas linguas callebat, ſunt Craſſo annuntiata, accepit oblatum. *Iid. ibid.*

Surenas igitur gaudens quòd ſemetipſum incluſiſſet Craſſus, poſtero die Parthos admovit oppido, vehementer inſultantes Romanis imperanteſque, ſi cupiant inducias obtinere ut Craſſum & Caſſium dederent ſibi vinctos. Fremuerunt hi impoſitum ſibi eſſe tale dedecus; mittendamque longinquam & inanem ſubſidii

Armeniorum ſpem Craſſo dicentes, fugam intenderunt. Id cùm nullum Carrhenorum intelligere ante tempus oportuiſſet; intelligit tamen ex Craſſo perfidiſſimus omnium Andromachus, quem inſuper delegit itineris ducem. Itaque nihil omninò Parthos fefellit, enuntiante ſingula Andromacho. *Iid. ibid.* ARSAC. 204.

Quoniam verò Parthis de nocte pugnare nefas eſt & difficile, Craſſus nocte movit. Ne autem Parthi Romanos multò ſeriùs inſequerentur, machinans Andromachus, duxit eos aliis atque aliis viis. Poſtremò in profundas paludes & loca plena aggeribus deflexit, iter laborioſum & cæcum ſequentibus. Plurimi verò ex ambagibus & circumflexionibus Andromachi vias illas admodùm ſuſpectas habentes, nihilque conjicientes boni, eum ampliùs ſequi noluerunt. Ex quorum numero fuit, Caſſius qui ſtatim Carrhas reverſus eſt. Alii fidos nacti duces, loca montoſa, quæ Sinnaca dicuntur, ceperunt; atque ante lucem in tutum pervenerunt. Hi erant quinque millia, quibus vir fortis præerat Octavius. Craſſum autem Andromachi inſidiis implicatum in locis illis difficilibus & palude occupavit dies. *Iid. ibid.*

Habebat ſecum Craſſus cohortes Legionariorum quatuor, equites planè paucos, & quinque Lictores, quibuſcum magno labore tandem in viam pervenit, incumbentibus jam hoſtibus. Qui cùm non plus mille quingentos paſſus abeſſet, quominus ſe conjungeret cum Octavio, in alium collem confugit non perindè inexpugnabilem vel munitum, ſubjectum tamen Sinnacis, ac longo dorſo per medium exporrecto campum cum illo commiſſum. Igitur erat in conſpectu Oc-

Arsac. 204. tavii illius periculum. Princeps autem cum paucis decurrit Octavius ad opem ei ferendam. Mox reliqui ſemetipſi inſectantes advolvant; factaque impreſſione dejiciunt ex clivo hoſtes, ac Craſſum in medio ſæpiunt, oppoſitiſque eum circumjiciunt ſcutis, nullum telum jactantes Parthis eſſe, quod antè attacturum corpus Imperatoris eſſet, quàm ipſi pro eo propugnantes omnes occubuiſſent. *Plutarch. in Craſſo pag.* 562.

Surenas igitur conſiderans Parthos ſegniùs pugnare, & ſi nox ipſos oppreſſiſſet, tenuiſſentque Romani montes, planè fore eos èxplicatos, dolo Craſſum aggreditur. Captivos aliquot dimittit, qui Parthos in caſtris audiverant ex compoſito colloquentes, nolle bellum ſibi Regem cum Romanis internecinum; verùm amicitiam beneficio velle redintegrare, benignè cum Craſſo agendo. Atque, ut major dictis adhiberetur fides, Parthi pugnâ aliquantiſper abſtinuere. Surenas autem cum Principibus ad collem ſenſim accedens, nervum arcus remittit, dextram protendit, Craſſum ad paciſcendum invitat. Parthorum vires atque virtutem eum jam ſatis ſuperque expertum, nunc humanitatem, ſi velit, experturum. Hæc Surenæ verba magno cum aſſenſu cæteri audivêre. Solus Craſſus ineſſe fraudem meritò ſuſpicans, ut qui tam repentinæ mutationis nullam ſubeſſe cauſam planè videret, nolebat auſcultare, ſed deliberabat.

Cæterùm ubi milites conclamantes voluerunt, ut cum Surena colloqueretur Craſſus, indè convitia & probra ei ingeſſerunt, quòd objiceret ſe ad pugnandum cum illis, quibuſcum congredi ipſe inermibus non ſuſtineret ad colloquium: tentavit primùm orare ac

docere eos, ſi quod ſupereſſet diei pertuliſſent, poſſe Arsac.
nocte ipſos ad loca montoſa & aſpera ſeſe recipere. 204.
Oſtendit viam, hortatuſque eſt ne ſpem propinquæ ſalutis abjicerent. Ut verò infenſi & armis concrepantes ſunt ei comminati, exterritus pergit ad hoſtes, ac tantùm ait converſus; Vos, Octavi & Petroni, & quotquot adeſtis Præfecti Romani, itineris mei cernitis neceſſitatem, & teſtes eſtis indignè me & violenter tractari. Verùm cæteris mortalibus omnibus nuntiate, ubi incolumes fueritis, deceptum ab hoſtibus Craſſum, non à civibus deditum ad ſupplicium periiſſe. Non hæſit tamen illic Octavius, verùm deſcendentem de colle eſt comitatus. Similiter & cæteri fecêre; Lictores verò ſequentes abegit Craſſus. *Plutarch. in Craſſo pag.* 563.

Primi ex barbaris occurrêrunt duo ſemi-Græci, qui Craſſum, ex equis deſilientes, adoraverunt, ac græcè appellantes dixerunt ei, ut certos præmitteret, quibus Surenas ſe comiteſque ſuos inermes oſtenderet, & pacatos accedere. Duos ergo Roſcios fratres miſit Craſſus percunctatum ſuper quibus conditionibus, & quot convenirent. Quos extemplò correptos Surenas detinuit, atque cum primoribus equo advectus; Quid hoc rei eſt, inquit, pedes Romanus Imperator; & nos equo vehimur? Simul juſſit adduci equum. Cùm reſpondiſſet Craſſus neque ſe peccare, neque ipſum, quòd congrederentur more uterque patrio. Jam tunc Orodi Regi cum Romanis addit Surenas fœdus & pacem eſſe; verùm ad leges ſcribendas progrediendum ad fluvium. Neque enim fœderum, inquit, vos Romani memores eſtis: porrexitque ei dexteram. Jubente equum Craſſo adduci, negavit ille opus eſſe:

ARSAC. hunc Rex tibi dono dat, Surenas reſpondit. Simul
204. admotus Craſſo equus eſt, aureis exornatus phaleris, in quem Stratores ſuſtulêrunt eum, & affectati ſunt, lateribus adhærentes, necnon verberibus equum concitantes. *Iid. ibid.*

Ibi Octavius Primus arripuit frænum, & ſecundum illum unus ex Tribunis Petronius, mox reliqui circumfuſi inhibere paravêrunt equum, atque illos, qui ex utraque parte urgebant Craſſum, retrahere. Tùm verò cùm ſeſe mutuò protruderent, propulſarentque, ventum eſt ad verbera. Stricto Octavius gladio occîdit unius barbari equiſonem; alius Octavium, à tergo feriens. Petronius non habebat ſcutum Hic percuſſus in loricam, reſiliit ab equo illæſus. Craſſum Parthus *Pomaxæthres* nomine apud Plutarchum; apud Appianum verò *Maxarthes*, interfecit. Id alii negant, alium autem aſſerunt percuſſorem fuiſſe: hunc verò jacentis caput & dexteram abſcidiſſe. Cæterùm id tantùm ex conjectura referunt Plutarchus & Appianus. Neque enim conſtat, an ab aliquo ſuorum, poſt grave acceptum vulnus, ne vivus in hoſtium manus deveniret, an verò ab hoſtibus fuerit occiſus, ut teſtatur Dio *lib.* 40. Et certè comprehenſum Craſſum, & ne quid vivus pateretur, repugnantem, interemptum fuiſſe ſcribit Livius *lib.* 106. Ita quoque Florus *lib.* 3. *cap.* 11. Ipſe [Craſſus] in colloquium ſollicitatus, ſigno datò, vivus in hoſtium manus incidiſſet; niſi Tribunis reluctantibus fugam Ducis barbari ferro occupâſſent. Quod quidem confirmat adhuc Rufus Feſtus in Breviario his verbis: Victoriam obrutus ipſe Craſſus, cùm ad colloquium ſollicitatus penè capi potuiſſet, repugnantibus Tribunis evaſerat,

&, dum fugam petit, occiſus eſt.

Romani milites partim pugnantes, circa Craſſum confoſſi ſunt; partim confeſtim in collem recurrêre. Hos Parthi inſecuti, Craſſum dixerunt pœnas exſolviſſe; reliquos Surenam jubere bono animo eſſe & deſcendere. Ita alii de colle digreſſi, ſeſe dedidêrunt: alii noctu diffugerunt, ex quibus pauci admodùm incolumes evasêre. Cæteros Arabes venati, aſſecutique peremêre. Mediâ æſtate geſta hæc fuiſſe recenſet *Dio lib.* 40. cui adſtipulatur Ovidius *Faſtorum Lib. VI.* in quo hanc cladem Junio menſe à Romanis acceptam eſſe refert. Summa interfectorum viginti millia dicitur fuiſſe: eorum, qui vivi in poteſtatem hoſtium venerunt, decem millia. ARSAC. 204.

In urbem Antiochiam Mygdoniam Margianes Orodes Romanos Craſſianâ clade captos deduxiſſe narrat Plinius *lib.* 6. *cap.* 16. & ex eo Solinius Polyhiſtor. *cap.* 48.

Caput Craſſi, in quod aurum liquefactum verbis inſultantes infudiſſe Parthos referunt, & dexteram ipſius Surenas ad Orodem in Armeniam miſit. Tunc enim Rex Parthus ibi verſabatur. Indè rumore per nuntios Seleuciæ diſperſo, ſe ſubornato, qui in captivis conſimillimus Craſſi erat, C. Paciano; Craſſum vivum adducere, pompam quamdam ridiculam inſtruxit, quam contumeliæ causâ triumphum appellabat. *Id. ibid.*

Dum hæc aguntur, compoſuerat jam pacem Orodes cum Artavaſde Armenio, cujus ſorore filio ſuo Pacoro deſponsâ, agitabant inter ſe epulas & convivia; quæ multis acroamatibus interpolabant; neque enim erat linguæ, & litterarum Græcarum rudis Orodes.

Arsac. 204. Artuaſdes etiam Tragedias ſcripſit: orationes quoque, & hiſtorias commentatus eſt, quarum adhuc exſtant quædam. *Plutarch. in Craſſo pag.* 564. *Cicer. Epiſt.* 3. *lib.* 15.

Ubi jam allatum caput Craſſi ad fores fuit, nondum ſublatæ erant menſæ; & Tragediarum actor Jaſon Trallianus recitabat ex Bacchis Euripideis Agaven. Cùm autem is Actor placeret, ac laudaretur, ingrediens convivium Sillaces, poſtquàm Regem adoravit, projecit in medium caput Craſſi. Ibi Parthis plauſum cum clamore & gratulatiõne tollentibus, Miniſtri Sillacem, Orodis juſſu, invitaverunt ad accubandum. Jaſon autêm, traditâ uni de mimis Penthei perſonâ, corripuit caput Craſſi; corporiſque fanaticâ jactatione carmina illa cum furore & cantu pronuntiavit.

Ex monte ferimus nos recens cæſum
Cervum, bonam prædam domum.

Atque hæc omnes oblectaverunt. Dum verò ſequentes alterni verſus ad Chorum decantantur.

Quis occîdit?
Meum decus eſt.

Ibi exſiliens Pomaxæthres, qui tunc cœnabat, apprehendit caput, quaſi ſibi iſta dicere, quàm illi, potius conveniret. Rex lætus, donis eum de more auxit; Jaſoni verò largitus eſt talentum. *Id. ibid.*

Reliquiæ Romani exercitûs, quò quemque rapuit fuga, in Armeniam, Ciliciam, Syriamque diſtractæ, vix euntium cladis retulerunt. *Florus lib.* 3. *cap.* 11.

Cæterùm Parthi eo tempore, omni ditione intra Eu- ARSAC.
phratem recuperatâ, eum tranſgreſſi non ſunt. Poſt- 204.
modò Syriam quoque invaſerunt, non magno tamen
exercitu, quòd in ea neque milites, neque Impera-
torem ab Romanis eſſe putabant. Verùm Caſſius Craſſi
Quæſtor, collectis ex fuga militibus paucis, intumeſ-
centem Syriam egregiâ animi virtute ac moderatione
preſſit. *Dio lib.* 40. *&* *Oroſius lib. 6. cap.* 13.

Orodes verò non multò poſt Surenam, invidiâ
gloriæ ejus, occîdit. Sic ille dignas perjurio pependit
pœnas. *Plut. in Craſſo.*

Primo vere Syriam Parthi invaſerant, non magno ARSAC.
tamen, ut diximus, exercitu; quòd in ea neque mi- 205.
lites, neque Imperatorem ab Romanis eſſe exiſtima-
bant: itaque Caſſius, qui, neceſſitate rerum adductus,
adminiſtrationem Syriæ ſuſceperat, eos non magno
negotio repulit. *Dio. lib.* 40.

Dolentes autem Parthi, quòd éx Syria ejecti fuiſ- ARSAC.
ſent, eam rursùs invadere conati ſunt. Pœcorus, Oro- 206.
dis filius, cum maximis Parthorum copiis, multarum-
que præterea gentium magnâ manu Euphratem tran-
ſiens, bellum in hanc Romanorum provinciam iterùm
intulit. Certè Cicero *in Epiſt.* 21. *lib.* 15. *Epiſtolarum ad
Familiares*, ait: „ Maximum bellum impendet. *Nam*
„ *&* *Orodes, Regis Parthorum filius*, in provincia noſtra
„ eſt, &c. Quo in loco ſcribendum eſt omninò:
„ *Nam &* *Orodis Regis Parthorum filius, &c.* Pacoro
enim nomen Ducis gerente, re verâ autem Duce
Oſace geſtum eſt hoc bellum. Quippe nondum ex
Ephebis Pacorus exceſſerat. *Dio lib.* 40. Tybæ poſt Eu-
phratis tranſitum caſtra poſuiſſe Parthos teſtatur Ci-

Arsac. 206. cero *eod. lib.* 15. *Epiſtolarum ad Familiares, Epiſtolâ Iª: ad Conſules.*

Parthi, in itinere poſitis locis omnibus in poteſtatem redactis, ad Antiochiam uſque progreſſi ſunt, cum ſpe reliquorum etiam potiundorum. Nam neque Romani juſtis copiis eam provinciam tenebant, & populi Romanorum Dominationem moleſtè ferentes, ad Parthos tanquam vicinos cognatoſque ſuos inclinabant. *Dio ibid.*

Bibulus Syriæ Proconſulatum Senatus conſulto ſortitus, in eam nondum provinciam advenerat, cùm Parthi Cyrrheſticam regionem ingreſſi ſunt. Quin etiam magnus eorum equitatus in Ciliciam, cui præerat Cicero, irrupit; ſed ab equitibus Romanis, & à cohorte Prætoriâ Epiphaniæ à Cicerone conſtitutâ fortiter repulſus eſt: undè animus Caſſio Antiochiæ tum degenti acceſſit: quam urbem Parthi mox obſidere tentaverunt, *ut ex Cicerone in Epiſt. ad Atticum* 20. *&* 21. *lib.* 5. *diſcimus.*

Verùm enimverò cùm Antiochiæ capiendæ ſpe dejecti eſſent, Caſſio magnâ vi eos repellente: (ipſi autem ad oppugnationem locorum ineptiſſimi erant) Antigoniam contenderunt; cujus urbis ſuburbana cùm eſſent arboribus conſita; atque eò ipſi accedere neque auderent, neque poſſent; arbores ſuccidêre, locumque ſylvâ deſpoliare inſtituerunt, ut audacter tutóque urbem eà aggredi poſſent. Cùm ne hoc quoque ſuccederet, quia & magni laboris negotium erat, & tempus incaſsùm terebatur, & Caſſius palantes ab ipſis affligebat: aliò arma verſuri, Antigoniâ diſceſſerunt. Intereà Caſſias, collocatis in via, quâ tranſituri erant, inſidiis, ſe iis cum paucis oſtendit, atque eâ ratione

ipſos ad inſequendum ſe pertraxit : tùm ſuos circumjecit, Parthorumque cùm alios, tùm ipſum Oſacem occîdit. *Dio lib.* 40. Caſſius de victoria ex Parthis delatâ ad Senatum ſcripſit. Arsac. 206.

Bibulus in Syriam ſibi decretam advenit, cùm Parthi montem Amanum tentare vellent. Quos aggreſſus Cicero Ciliciæ Proconſul, magnâ ex iis editâ ſtrage profligavit. Poſtea Bibulus ad Amanum montem veniens, cohortem ibi primam totam perdidit, ut refert *Cicero lib.* 5. *Epiſtolarum ad Atticum Epiſt.* 20. Deindè Parthi in Cyrrheſticam abiêre regionem, in qua hiemarunt. *Id. Epiſt.* 21. *lib.* 5. *ad Atticum.* Arsac. 204.

Bibulus, *teſte Cæſare lib.* 3. *de Bello Civili*, à Parthis obſeſſus fuit, ſeque oppido munitiſſimo & copioſiſſimo tamdiù tenuit, quamdiù in Provincia Parthi fuerunt. *Cicer. lib.* 12. *ad Famil. Ep.* 19. *ad Cornificium.* Bibulus enim Parthos contra ſeſe invicem concitavit: Orñodapante quodam Satrapâ, qui Orodi infenſus erat, ſibi adjuncto, perſuaſoque per internuntios, ut Pacorum Regem conſtitueret, atque ejus auxilio Orodi bellum inferret. *Dio. lib.* 40. Pacorus indè patri ſuſpectus, in patriam revocatus eſt, *ut docet Juſtin. lib.* 42. *cap.* 4.

Bellum Romanorum contra Parthos, & Parthorum contra Romanos, quarto, quàm incœperat, anno deſiit, M. Marcello & Sulpicio Rufo Coſſ. *Dio lib.* 40. Quapropter legiones, quas Senatus decreverat in Syriam mittendas, liberatâ jam à Parthorum metu provinciâ, detentæ ſunt. *Cicero lib.* 2. *Epiſt. ad Famil. Ep.* 17.

Bello civili inter Pompeium & Cæſarem exorto, Pompeius ad Orodem Parthorum Regem, Legatos Arsac. 208.

Arsac. 208. miſit, qui eum ad ſocietatem pertraherent. Legatis Orodes, ſi Syria ſibi concederetur, auxilium promiſit; at cùm eam pro votis non eſſet adeptus, ſuppetias Pompeio non tulit. *Dio lib.* 41. Porrò, *ait Juſtin.* Parthi Pompeianarum partium fuere, & propter amicitiam cum Pompeio bello Mithridatico junctam, & propter Craſſi necem: cujus filium in partibus Cæſaris eſſe audierant. quem ultorem patris, victore Cæſare, futurum non dubitabant. *Lib.* 42. *cap.* 5.

Tanta fuit Cæſaris poſt devictum & interfectum Pompeium clementia & æquitas, ut non modò illos, qui eum adjuviſſent, laudaverit, omniaque iis ab eo tributa conſervaverit: ſed etiam Pharnacem Mithridatis filium, Orodemque Parthorum Regem odio habuerit, quòd amico ipſorum Pompeio opem non tuliſſent: quorum alteri paulò pòſt bellum intulit, in alterum verò expeditionem parabat. *Dio lib.* 44.

Cæterum Pompeius, poſt Pharſalicam pugnam, ex regnis Parthicum cenſuit pollentiſſimum, tùm ad ipſos excipiendos in præſenti, & tegendos infirmos; tùm ad confirmandos iterùm, & magnis viribus ſtipandos. Alii in Africam, & ad Jubam animum convertebant. Verùm Theophani Lesbio inſanum videbatur, Ægypto, quæ trium dierum iter abeſſet, relictâ, & Ptolemæo ætate adulto, atque amicitiæ causâ, & beneficiorum apud patrem collocatorum ei obſtricto, Parthis ſe ſubjiceret infidiſſimæ genti: & cùm Viri Romani, ſoceri quondam ſui, nollet ſecundarius eſſe & primus aliorum, neque moderationem experiri illius: arbitrio ſe permittere Arſacis Orodis; qui ne in Craſſo quidem potuiſſet jus habere vivente: & mu-

lierem juvenem ex Scipionis familia ad barbaros, qui Arsac.
licentiam dirigant libidine & laſciviâ, deportare: quæ, 208.
ut nullam injuriam accipiat, attamen putari accepiſſe, cùm in manu fuerit eorum, qui facere poſſent, indignum eſſe. Unum hoc, uti ferunt, ab itinere versùs Euphratem eum avertit: Si quod tamen Pompeii conſilium, & non factum, hâc eum duxit viâ. *Plut. in Pompeio pag. 659. & 660.*

Cæſar, conſtitutis in Ægypto rebus, venit in Syriam, & populo Antiocheno multas immunitates conceſſit. *Joan. Macella.* Eam verò civitatem Sexto Cæſari propinquo ſuo commiſit, legione in ipſa ab eo, jam tùm de bello Parthico cogitante, relictâ. *Appian. lib. 3. Bell. Civ. pag. 575.* Nam Parthi malum Syriæ minitabantur; quâ de re, inquit Horatius ad Auguſtum: Ille ceu Parthos Latio imminentes eſſe.

Debellato, victo, fugatoque Pharnace, qui Pontum occupaverat, cùm ſe ad convertenda confeſtim in Parthos arma jam jam pararet, iterùm quorundam in urbe ſeditionibus coortis, contra animi ſui ſententiam Romam profectus eſt. *Dio lib. 4. pag. 264.*

Ab Antiſtio vetere Romam è Syria miſſæ ſunt litteræ, Arsac.
prid. Kalend. Januar. cùm Parthi à Cæcilio Baſſo 211.
evocati, in Syriam ipſi auxiliaturi advenissent. Hic equeſtris vir ordinis ſub Pompeio militaverat, hoſtiſque Cæſaris, Syriam abalienare tentabat, Pacorùmque Parthorum Regis filium, ad ferendam ſibi opem invitaverat. Sed, ut inquit Dio *lib. 47. pag. 343.* Parthi ob hiemem non diu adfuerunt, neque memorabile quicquam egerunt.

Magna hoc anno Populum Romanum cupiditas

inceſſit, Craſſum, amiſſumque cum eo exercitum ul-
Arsac. 212. ciſcendi, ſpeſque Parthos debellandi. Hoc igitur bel-
lum Cæſari unanimi conſenſu decreverunt, ſummoque
ad illud ſtudio ſeſe comparaverunt. Ac, præter cætera,
quæ ejus belli causâ agebant, ut & Adminiſtrorum
copia Cæſari eſſet, & eo abſente, neque ſine Magi-
ſtratibus urbs eſſet, neque ſi ipſa eos delegiſſet civi-
tas, res ad motus inteſtivos rediret; Magiſtratus jam
antè ad totum triennium (tantum enim temporis
Parthicæ expeditioni impendendum exiſtimabant:)
conſtituere intenderunt. Qui tamen non omnes tùm
ordinati ſunt. Horum dimidiam partem Cæſar, quod
lege quâdam ei conceſſum fuerat, re autem ipſâ om-
nes deſignabat. *Dio lib. 43. pag. 271.*

Ceterùm Cæſar, ut urbem propter inimicos ſuſpe-
ctam relinqueret, cogitavit expeditionem longinquam
contra Getas & Parthos; Getas, duram & bellicoſam,
vicinamque gentem, volens prior aggredi: de Parthis
verò pœnas ſumere, propter ea, quæ in Craſſum
contra fœdus patraverant. Præmiſit ergo trans ſinum
Hadriaticum Legiones ſedecim, & equitum decem
millia. Moxque alius rumor ſparſus eſt Sibyllinum ex-
ſtare oraculum, niſi Regis ductu à Romanis Parthos
non poſſe ſubigi. *Appian. de Bell. Civ. lib. 2. pag. 497.*
Arsac. 213. Forſan ob id M. Antonius, Cæſaris in Conſulatu Col-
lega, diadema capiti ejus impoſuit Lupercalibus; quod
bis ille renuens detraxit; undè tamen in ſuſpicionem
venit, quaſi ex compoſito id feciſſet, Regiſque no-
men appeteret. *Plutarch. in Antonio.* Verùm quatriduò
ante diem profectioni deſtinatam confoſſus eſt ab ini-
micis in Curia. *Appian. de Bell. Civ. lib. 2. pag. 497.*

Dolabella,

Dolabella, qui Cæſari mortuo Conſul ſuffectus fuerat, ambitioſus juvenis, petiit mitti ſe in Syriam, poſthabito Caſſio, & ad exercitum contra Parthos conſcriptum: petiit autem non à Senatu, nec enim licebat, ſed rogatione apud populum: qui lætus & nihil cunctatus, rogationem tulit. Senatu verò cauſante, eum diſcedere à decretis Cæſaris, reſpondit Parthicum bellum nemini deſtinatum à Cæſare: verùm Syriam Cornificio ab illo deſtinatam fuiſſe, ut patet *ex Cicerone*. Attamen, agente Aſprenate Tribuno plebis, Dolabellæ Syria obvenit provincia, ſimulque bellum Parthicum, Legioneſque ad id deſtinatæ à Cæſare, unà cum his, quæ in Macedoniam præceſſerant. *Appian. lib. 3. de Bell. Civ. pag. 530. & 531.* ARSAC. 213.

Intereà, lege de permutatione Provinciarum per vim latâ, Brutus & Caſſius, Julii Cæſaris percuſſores, qui ex urbe fugerant, antequàm in decretas ſibi provincias eſſent profecturi, ſtatuerunt Syriam Macedoniamque, ut à Senatu adſignatas ſibi priùs, quàm Antonio Dolabellæque, per vim invadere. Quod conſilium poſtquàm detectum eſt, Dolabella properavit in Syriam, *Appian. lib. 3. de Bell. Civ. pag. 541.* obiter inviſurus Aſiam; cujus Præſidem Trebonium obtruncavit; undè hoſtis à Senatu judicatus eſt, Syriaque Caſſio iterum decreta eſt, qui in eam profectus, Legiones à Cæcilio Baſſo, & Statio Murco accepit, Dolabellamque Laodiceæ obſeſſum fame, & rerum deſperatione ad mortem adegit. Auctus eſt etiam in illa expeditione nonnullis Parthorum equitibus ſagittariis, apud quam gentem in præclara exiſtimatione fuit; jam indè, ex quo Craſſi Quæſtor, viſus eſt eis Impe-

ARSAC. 213. ratore ipſo prudentior. *Idem lib. 4. de Bell. Civ. pag. 624. & 625.*

Damnatis lege Pediâ Julii Cæſaris percuſſoribus, ad bellum contra Triumviros Reip. conſtituendæ Lepidum, Antonium & Cæſarem, paraverunt ſeſe Caſſius & Brutus: Labienus autem junior ab illis auxilia petiturus à Parthis, ad Orodem eorum Regem miſſus eſt, qui auxilia ipſis promiſit. *Juſtin. ex Trogo lib. 42. cap. 4.* Sagittariorum equeſtrium ex Arabiâ, Mediâ, Parthiâ quatuor millia. *Appian. de Bell. Civ. lib. 4. pag. 640.* At apud Dionem *lib. 48.* Labienus hic, miſſus, ad petendum auxilium, ad Orodem, ante pugnam Philippenſem, aliquandiu apud eum dicitur eſſe commoratus, cùm nulla ſui haberetur ratio; quòd & adjuvare Caſſium ac Brutum Regi in animo non erat, & negare auxilium verebatur. Paulò poſt tamen Caſſius & Brutus victi ſunt ad Philippos, urbem Macedoniæ.

Labienus, annuntiatâ Caſſii & Bruti nece, cùm adverſariorum nemini victores Antonium & Cæſarem, qui jam provincias partiti erant, veniam daturos putaret; potiùs ſibi cum Parthis vivendum ratus, quàm in patria pereundum, apud illos remanſit. *Dio lib. 48.* Antonius autem, cui ceſſerat Oriens, in Aſiam tranſivit.

ARSAC. 215. Ubi primùm Labienus Antonii deſidiam, nimiumque ejus in Cleopatram amorem, & profectionem in Ægyptum intellexit; Parthis inferendi Romanis belli auctor fuit; prætexens quòd eorum exercitus partim periiſſent, partim damnum accepiſſent; reliqui autem inter ſe diſſiderent, ac denuò ad bellum venturi inteſtinum eſſent. Quare Orodi ſuaſit, ut, dùm in

Italia Cæſar, Sexti Pompeii causâ, detineretur, Antonius autem in Ægypto amori indulgeret; ipſe Syriam, & vicinas ei regiones ſubigeret: ſe autem Ducem belli futurum; ac ita multos populos, qui Romanis, propter damna, quibus ab iis continuis affligebantur, infenſi erant, ad defectionem permoturum pollicitus eſt. *Dio lib.* 48. *pag.* 424. *Edit. H. Steph.* Arsac. 215.

Hoc ſermone cùm Regem ad bellum gerendum adduxiſſet, acceptis ab eo magnis copiis, filioque Regis Pacoro, in Phœniciam irruit, ac Apamæam aggreſſus, à muro rejectus, præſidia quæ erant in ea regione poſita, deditione voluntariâ accepit. Ea ex militibus Caſſianis & Brutianis conſtabant, quos Antonius in ſuum exercitum allectos, Syriæ tùm, regionis nimirum ejus peritos, cuſtodiendæ reliquerat. Igitur Labienus eos facilè, tanquam familiariter ſibi notos, ſui juris fecit: Saxâ, qui tùm iis præerat, excepto. Is enim, frater Decidii Saxæ Legati Antonii, & ipſe Quæſtor, ſolus Labieno ſe non adjunxit. *Id. ibid. pag.* 425. *Edit. Henr. Steph.* Arsac. 216.

Interim hunc Saxam Antonii Legatum, Labienus prælio congreſſum, multitudine ac virtute ſuorum equitum vicit, ac noctu ex caſtris aufugientem inſequutus eſt: jaculatus etiam ante libellos in ejus caſtra, ad perducendos ad ſuam ſocietatem ejus milites. Quod ne fieret, veritus Saxa, fugæ ſe dedit: aſſequutuſque eum Labienus, pleroſque, qui cum eo erant, interfecit. *Id. ibid.*

Saxa autem Antiochiam cùm perfugiſſet, ipſe Apameam, jam non ampliùs repugnantem, quòd opinio de morte Saxæ inſinuaverat, accepit; ac poſt

ARSAC. 216. Antiochiam ipſam, à Saxa deſertam: denique ipſum etiam Saxam in Ciliciam fugientem conſectatus, occîdit *Id. ibid.* Attamen, ſi fides Floro ſit adhibenda, Saxa Legatus, ne veniret in poteſtatem hoſtium, à gladio ſuo impetravit. *lib.* 4. *cap.* 9.

Mortuo Saxa, Syriam Pacorus ſubegit univerſam, Tyro Phæniciæ urbe excepta: nam claſſem Parthi nullam ſecum habebant. Itaque Syriâ reliquâ omni Pacorus acceptâ, in Palæſtinam profectus eſt. *Id. ibid.*

Intereà Pacorus ipſe quidem per maritima loca perrexit, Barzapharnem autem Satrapam itinere Mediterraneo juſſit irrumpere. Sed maritimorum Tyrii Pacorum excluſerunt; cùm Ptolemaïdenſes eum & Sidonii recepiſſent. Ille autem quendam Regium Pincernam, cognominem ſuum, Equitatus ei parte attributa, ad Judæam juſſit accedere, & exploraturum hoſtium conſilium; & ubi uſus exegiſſet, præſidio futurum Antigono. *Joſephus de bell. Jud. lib.* 1. *cap.* 11.

Lyſanias, Ituræorum Rex ab Antonio factus, patris ſui mortui ſucceſſor Ptolemæi Minnæi filii, mille Satrapæ talenta pollicitus, & mulieres quingentas, ei perſuadet, ut Antigonum in Regnum Judææ Parthi inducerent, Hyrcanumque patruum ejus deponerent. Dum autem Parthi Equites Carmelum populantur, multi Judæi ultrò ad Antigonum confluunt, ad expeditionem adverſùs Hyrcanum alacriter animati. Ille autem ad locum, qui *Drymos* dicitur, occupandum, eos præmiſit: ubi commiſſâ pugnâ, depulſiſque hoſtibus & effugatis, Hieroſolymam curſu petivit. *Id. ibid.*

Verùm, inſtante jam die feſto, qui Pentecoſte vo-

çatur, Antigoniani oppugnare Regiam cœperunt. Intereà pacis arbitrum Pacorum Antigonus petit admitti. Exoratus autem Phaſaëlus, Hyrcani filius, & civitate & hoſpitio cum quingentis equitibus Parthum excepit, prætextu quidem componendæ ſeditionis venientem; re autem vera, ut adjuvaret Antigonum. Denique Phaſaëlum dolo perpulit, ut ad Barzapharnem Legatus de pace proficiſceretur, quamvis multa diſſuadente Herode fratre; atque ut inſidiatorem occideret, neve ſe ejus fallaciis dederet, admonente: naturâ enim Parthos fidem negligere. Exiit etiam Pacorus cum Hyrcano, quominus ſuſpectus eſſet, relictiſque apud Herodem ducentis ac decem equitibus, quos Eleutheros vocant, cum cæteris Legatos proſequebatur. *Id. ibid.* ARSAC. 216.

Sed ubi ad Galilæam venerunt, indigenas quidem diſſidentes atque armatos offendunt; Satrapam verò conveniunt ſatis callidè & officiis dolos tegentem. Denique poſtquàm dona eis dedit, redeuntibus inſidias poſuit. Illi autem in maritimum quendam locum deducti, cui nomen eſt *Ecdippon*, fraudem intelligunt. Et tamen Phaſaëlus Hyrcanum deſerere non ſuſtinuit: ſed convenire Satrapam maluit; atque in os exprobrare, quòd ſe inſidiis appetiſſet. Ad hæc Parthus ſubdola ſatisfactione jureque jurando ſuſpicionem deprecatus, perrexit ad Pacorum: ſtatimque à Parthis qui remanſerant, quibuſque juſſum erat, Phaſaëlus atque Hyrcanus comprehenduntur, perjurium ſimul ac perfidiam execrantes. *Id. ibid.*

Herodes de iis quæ acciderant certior factus, nocte cum propinquiſſimis ſibi ad Idumæam, ignaris hoſti-

ARSAC bus proficiſcitur. Sequenti autem die Parthi Hieroſo-
216. lymam diripuêre: nec ea re contenti, omnem terram illam bello implacato replevêre: Mariſa quoque opulenta civitate devaſtata. *Id. Joſeph. ibid.*

Intereà Antigonus à Parthis in Judæam reducitur, qui non ſolùm eum Regem conſtituunt; verùm etiam Phaſaëlum & Hyrcanum vinctos ei tradunt. At ille veritus, ne ſolutus Hyrcanus tandem aliquando in Regnum reſtitueretur, ejus auriculas dentibus truncat; ut membris ita captus & debilitatus Pontificatui fieret prorſus inutilis. Phaſaëlus verò neci ſe deſtinatum accipiens, alliſo ad ſaxum capite, vitam ſibimet eripuit. Parthi autem, rebus cum Antigono apud Hieroſolymam compoſitis, abiêre; vinctumque in Parthiam Hyrcanum ſecum abduxêre. *Id. ibid.*

Eodem tempore Labienus Ciliciam & Aſiæ urbes in continenti ſitas (ejus enim metu in inſulas trajecerat Plancus, Syriæ Rector ab Antonio conſtitutus) præter, Stratoniceam omnes pleraſque ſine bello; Mylaſſa autem & Alabanda vi occupavit. Hæ namque urbes, cùm præſidium à Labieno accepiſſent, iis die feſto quodam necatis, defecerunt. Igitur Labienus, Alabandis captis, cives ſupplicio affecit, Mylaſſa autem relicta ab incolis diruit; Straconiceam verò cùm diu obſediſſet, nullo tamen pacto potiri urbe ea potuit. Proindè pecuniâ confectâ, ac ſpoliatis fanis, Parthicum ſeſe Imperatorem nominavit; ratione à more Romano diverſiſſima. *Dio lib. 48. pag. 425. & 426. Edit. Henr. Steph.*

In ejus rei memoriam nummos etiam argenteos percuſſit Labienus, eo titulo inſignes; è quorum nu-

mero rariſſimus iſte denarius hic oculis ſubjicitur. Arsac. 216.



Ex Thesauro Regio.

Q. Labienus ex Atia familia oriundus, T. Atium Labienum habuit patrem, Julii Cæſaris in Gallia Legatum; qui ſub initio belli civilis, ad Pompeium tamen digreſſus, eum adhuc dubitantem potiſſimùm impulit ad arma contra Cæſarem capienda. Tandem Pharſalica affectos clade ſocios, animoque perculſos, ut in Africam ſe reciperent perpulit: teſte Frontino. Rebus autem in Africa poſtea malè quoque geſtis, Labienus in Hiſpaniam tranſiit, ibique in prælio Mundenſi periit. Filius à quibuſdam confunditur cum patre, ob nomen Titi à Dione illi impoſitum; cùm ejus tamen nummus eum Quintum fuiſſe appellatum planè nos edoceat. Percuſſorum Cæſaris partes ſequutus eſt; ideòque eum adoleſcentem irritabilem & ſtolidiſſimum adulatoriè vocat Strabo *lib.* 14. *pag.* 660. qui imperante Tiberio ſcripſit.

Cùm auxilium petiturus ad Parthos tranſiiſſet Labienus, iis auctor fuit, ut bellum contra Romanos gererent, ſeque illis ductorem præbuit. At poſtquam Brutum ſe Imperatorem appellaſſe, & in denariis caput ſuum expreſſiſſe comperit, ipſe quoque Imperatorem ſe Parthicum nominavit; ratione, ut ait Dio, à more Romano diverſiſſima. Quos enim adverſùm Romanos ducebat, ab iis nomen ſibi ſumebat, quaſi verò eos, ac non cives ſuos, viciſſet.

ARSAC. 217. In averſa parte equus cum ſtrato dorſo impoſito conſpicitur, Parthorum more. Romanos enim eo non uſos fuiſſe, docet nos equeſtris M. Aurelii ſtatua Romæ in areâ Capitolii erecta: quod ex Auguſtorum monetis etiam confirmatur. Sed ut ſe Parthicum verè Imperatorem deſignaret Labienus, ita in ſuo numiſmate exhibere equum voluit, quo maximè Parthi utebantur: ut innuit Ovidius I. *de arte amandi.*

Ut celer averſis utere Parthus equis.

Hybreas, qui tunc Mylaſſis, Cariæ urbi, præerat, dicto quodam exaſperavit Labienum. Cùm enim hic ſe Parthicum Imperatorem appellaſſet; proindè aiebat Hybreas; Caricum ego me Imperatorem nuncupo. Exindè Labienus urbem invaſit, cohortes ſecum ducens Romanorum, qui in Aſia erant. Et Hybream quidem non arripuit, qui jam Rhodum conceſſerat; domum autem ipſius ſumptuosè apparatam corrupit ac diripuit, totamque urbem malè mulctavit. *Strab. lib.* 14. *pag.* 660.

Dum hæc aguntur, Antonius in Ægypto amore temulentiâque detentus, deſidebat. Vix tandem ad Parthorum inſultus conſurgere coactus, ad Tyrum navigâvit, tanquam auxilium urbi laturus. Sed cùm occupatam jam ab hoſte omnem circum regionem inveniſſet, Pompeii bellum prætendens, eam deſeruit, & in Græciam perrexit: atque in itinere de caſu Fulviæ uxoris & Lucii fratris nuntios accepit. Sed hâc Sicyone demortuâ, Antonius cum Cæſare in gratiam rediit, ductâ ſorore ejus Octaviâ. Hoc pacto, pace inter eos redintegratâ, Antonio Parthicum obtigit bellum, Cæſari verò bellum adverſus Sextum Pompeium obvenit.

Intereà

Intereà Parthi ſub auxilii ſpecie ſibi vincentes, ab Euphrate & Syria uſque ad Ioniam excurrerant, latronibus tamen ſimiliores quàm hoſtibus. *Florus lib. 4. cap. 9.* Ad quorum progreſſum impediendum Antonius Legatum P. Ventidium Baſſum in Syriam præmiſit. ARSAC. 218.

Ventidius antè ad Labienum pervenit, quàm is id futurum cognoſceret; territumque repentino adventu exercituque ſuo, (ſolus enim tùm cum collectis ex Aſia militibus Labienus ibi agebat, abſque Parthis) indè ne auſum quidem congredi profligavit; fugientemque in Syriam inſecutus eſt, cum expeditiſſimis ſui exercitûs militibus: deprehenſumque apud Taurum montem, ulteriùs progredi prohibuit. Eo loco complures dies oppoſitis invicem caſtris quieverunt; Labieno Parthos, Ventidio Legiones expectante. *Dio lib. 48. pag. 434. & 435. Edit. Henr. Steph.*

Cùm iiſdem diebus utrique id quod opperiebatur adveniſſet; Ventidius, quia equitatum Parthorum metuebat, in ſublimi loco (ibi enim caſtra poſuerat) perſtitit: Parthi verò ſua multitudine freti, hoſtemque olim à ſe ſuperatum contemnentes, antequàm ſe Labieno conjungerent, ſummo mane ad tumulum acceſſerunt: ac nemine contra exeunte, ſubire ad ipſum collem intenderunt. Cùmque jam in ſublime evaſiſſent, Romani decurrentes, haud magno labore eos per declive præcipites egerunt. Ita Parthi, pars à Romanis trucidati, major pars in receptu ſe invicem perdiderunt; cùm alteri jam fugerent, alteri tum primùm colli ſuccederent. *Id. ibid.*

Ventidius Parthos non ad Labienum, ſed in Ciliciam fugam capeſſentes, uſque ad caſtra inſequutus,

viſo ibi Labieno, ſubſtitit. Labienus, cùm ſe ad pugnam compoſuiſſet, videns militum ſuorum animos fugâ Parthorum conſternatos, non auſus confligere, ſub noctem aufugere aliquò inſtituit. Ventidius, re è profugis præcognitâ, multos in ipſo diſceſſu per inſidias interfecit; reliquos omnes à Labieno deſertos ſibi adjunxit. *Id. ibid.*

ARSAC. 218.

Labienus, veſte mutatâ, effugit; ac aliquandiu in Cilicia cùm latuiſſet, à Demetrio, (fuerat hic ſuperioris Cæſaris libertus, ac tùm Cyprum, ab Antonio præpoſitus ei inſulæ, regebat;) qui, poſteaquàm ubi deliteſceret, cognoverat, indagatus ac captus eſt. *Id. ibid.*

His ita geſtis, Ventidius Ciliciam recepit ac conſtituit; Upedium autem Silonem cum equitibus ad Amanum præmiſit. Amanus mons eſt in confinio Ciliciæ & Syriæ; tantæque ſunt in ejus tranſitu anguſtiæ, ut quondam portæ fuerint in iis cum muro conſtructæ; ac loco nomen indè inditum. Eas Silo obtinere non valuit; quin imò à Pharnapate, Pacori Legato, qui eum tranſitum cuſtodiebat, in ſummum diſcrimen conjectus periiſſet; niſi fortè fortunâ Ventidius pugnantibus ſuperveniens, ſuos conſervaſſet. Is Parthos & ex improviſo, & numero ſibi impares adortus, Pharnapatem ex eo loco expulit. Hic verò ſe recepit ad montem Trapezum, à ſimilitudine menſæ dictum, qui vallo Meleagri imminet, & flumini Oenoparæ: ibique à Ventidio deletus occiditur. *Strab. lib.* 16. *pag.* 751. Pharnapates autem iſte potiùs dicitur *Phra-Nipates*, quem tamen ipſemet Geographus Νιχάτην vocat; ſed emenda Νιπάτην meo periculo. Antonius ad bellum Parthi-

cum Româ profectus, Athenas venit, quâ in urbe hiberna ſibi delegerat, & Furnium in Africam miſit, ut Sextii quatuor Legiones contra Parthos duceret. Nondum enim audierat Lepidum eas ademiſſe Sextio. *Appian. pag.* 715. & 716. Hibernanti autem Athenis Antonio, primæ Ventidii res proſperè geſtæ nuntiantur, Parthis fuſis, Labienum & ſummum Orodis, quem Hyrodem vocat Plutarchus, Ducem Pharnapatem ab eo interfectos. Hujus victoriæ gratiâ, Græcis epulum præbuit, & populo Athenienſi ludos gymnicos edidit. *Plutarch. in Antonio pag.* 930. ARSAC. 218.

Ventidius itaque Syriam à Parthis relictam jam citra prælium recepit, Arado tantum exceptâ, quanquam ab eo aliquandiu oppugnatâ. In Palæſtinam deindè profectus, eam quoque cepit, Antigono ejus Rege perterrefacto. Quibus perfectis, pecuniam multam à ſingulis aliis, multam verò in primis ab Antigono, Antiochoque Commageno, & Malcho Nabatæo exegit; quòd ii Pacorum auxilio juviſſent. *Dio lib.* 48. *pag.* 436. *Edit. Henr. Stephani.*

Cùm Pacorum colligere exercitum, & in Syriam reverti audiiſſet Ventidius, in Melum pervenit, cùm neque urbes eſſent adhuc conſtitutæ, & exercitus in hibernis etiamnum diſperſi: utque & moram Pacoro injiceret, & tarditati ſuarum copiarum mederetur, Regulum quemdam Chaunæum, notum quidem ſibi familiariter, ſed quem certò ſciebat Parthis magis cupere; cùm alioquin, tanquam fidiſſimum ſibi, in honore habuit; tùm conſilium quoque nonnullis in rebus ab eo petiit; ita ut citra ſuum tamen detrimentum, hanc ei de ſe opinionem præberet, quaſi conſcium ARSAC. 216.

ARSAC. eum ſuorum arcaniſſimorum conſiliorum faceret. Eò-
219. re deductâ, ſimulavit metuere ſe ne Parthi conſueto ſuo Euphratis tranſitu, qui eſt apud urbem Zeugma, omiſſo, aliâ viâ infra eum locum flumen tranſirent, quòd hîc campi Parthis, ibi verò colles ſibi commodi eſſent: idque & perſuaſit Chaunæo, & per eum etiam Pacorum decepit; ita ut campeſtri itinere, (quà Ventidius finxerat ſe nolle eum venire:) prolixiori delecto, ſpatium copias ſuas cogendi Ventidio daret. *Dio lib.* 49. *pag.* 461. *Edit. Henr. Steph.*

Ventidius intereà Upedium Silonem ad ſe accerſit, mandato ei per epiſtolam, ut, compoſito priùs Judææ ſtatu, provinciales reliquos auxiliares ad Parthicum bellum ſecum adduceret. *Joſeph. de bell. Jud. lib.* 1. *cap.* 12.

Pacorus igitur cum magnis Parthorum copiis in Syriam deſcendit, omiſſoque ad Zeugma breviore Euphratis trajectu, varios per anfractus circumeundo, inferiore itinere tranſducit exercitum: dumque fuſiores ripas tranant, & ob hoc operoſiores pontes jungunt Parthi, inſtrumentaque moliuntur, ut in regionem Cyreſticam tranſeant, quadraginta ampliùs dies impenderunt. Quo temporis ſpatio Ventidius ad contrahendas uſus eſt copias, quas triduo antequam Parthi advenirent, recepit.

Cùm autem Ventidius paſſus eſſet Parthos fluvium tranſire, neque ſecundùm tranſitum eos adortus eſſet, in eam ipſos opinionem adduxit, ut effœminatos ac imbecilles eſſe Romanos judicantes, caſtra quoque eorum, quamvis edito loco poſita, magnâ mole aggrederentur: ſpe ea primo impetu capiendi: *Dio lib.*

49. *pag.* 461. *Edit. Henr. Steph.* At Ventidius, ſimulato timore, diù ſe continuit, & inſultare Parthos aliquantiſper paſſus eſt. Ad poſtremum in ſecuros lætoſque partem Legionum emiſit: quarum impetu fuſi Parthi, in diverſa abiere. Pacorus autem, cùm fugientes ſuos abduxiſſe ſecum Legiones Romanas putaret; caſtra Ventidii incluſi ſine defenſoribus, aggreditur. *Juſtin. lib.* 42. *cap.* 4. ARSAC. 219.

Hæc autem caſtra, quamvis edito loco poſita, cùm alacriter aggrederentur Parthi, ſpe, uti jam diximus, eà primo impetu capiendi: ſtatim à Romanis repentinâ eruptione factâ, non magno labore per declive depulſi ſunt. *Dio ut ſuprà.* Reliquam verò partem Legionum in campeſtria adversùs Parthos Ventidius non antè eduxit, quàm illi quingentis non ampliùs paſſibus abeſſent: atque ita procurſione ſubitâ, adeò ſe removit, ut ſagittas, quibus ex longinquo uſus eſt, cominùs applicitus eluderet. Quo conſilio, quia quandam fiduciæ etiam ſpeciem oſtentaverat, celeriter Parthos debellavit. *Front. Stratag. lib.* 1. *&* 2. Maximè funditoribus victoriam adjuvantibus; qui eminùs violentis ictibus Parthos impetentes, ſummoperè affligebant. *Dio ut ſuprà.*

Parthi tamen, quorum plures cataphracti erant, fortiter admodum pugnaverunt. Ipſe quoque Pacorus fortiſſimè dimicans, in prælio eſt interfectus. Quem ſimul atque Parthi cecidiſſe viderunt, pauci pro ejus cadavere alacriter, ſed fruſtra certavêre. Quibus ipſis quoque conciſis, reliqui omnes celeri ſeſe fugæ commiſêre. *Dio ut ſuprà.* Cæterùm Parthorum exercitum omnem latè inter Orontem & Euphratem in-

ARSAC. 219. ternecione deletum à Ventidio fuiſſe, vigintique amplius hominum millia interfecta eſſe teſtatur Paulus Oroſius *lib. 6. cap. 18.* Nec certè ullo bello Parthi unquam magis vulnus acceperunt. *Juſtin. lib. 42. cap. 4.* Siquidem, partim per Pontem domum confugere conati, præventi à Romanis, perierunt; partim in Commagenem ad Antiochum profugerunt. *Dio lib. 49. ibid.* Atque ita Ventidius Parthos rurſus intra Mediam & Meſopotamiam repreſſit: ulterius perſequi eos nolens, invidiam Antonii veritus. *Appianus in Partic.*

Inſignis illa victoria eodem anni die relata eſt, (menſe ſcilicet Junio) quo ante annos 14. Orodes per Surenam Craſſum interfecerat. *Plutarch. in Anton. & Dio ut ſuprà.* Intereà Ventidius Syriam, quæ ſuſpenſo animo eventum belli expectabat, (nam juſtitiæ ac clementiæ nomine, Pacorum Syri ſummo amore proſequebantur; ita ut majori nullum unquam Regem) circum urbes miſſo Pacori capite, cùm facilè pacaviſſet; exercitum duxit contra Antiochum Commagenum. *Dio lib. 49. pag. 462. Edit. Henr. Steph.*

Hæc cùm nuntiata in Parthia eſſent, Orodes Pacori pater, qui paulò ante vaſtatam Syriam, occupatam Aſiam à Parthis audierat, victoremque Pacorum Romanorum gloriabatur, repentè filii morte & exercitûs clade intellectâ, ex dolore ad furorem vertitur. Multis diebus non alloqui quemquam, non cibum ſumere, non vocem mittere; ita ut mutus factus videretur. Poſt multos deindè dies, ubi dolor vocem laxaverat, nihil aliud quàm Pacorum vocabat. Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur: cum illo lo-

qui, cum illo conſiſtere; interdum quaſi amiſſum flebiliter dolebat. *Juſtinus lib.* 42. *cap.* 4. Arsac. 219.

Romæ Antonio, quòd per ejus Legatum Ventidium victoria Parthica eſſet relata, ſupplicationes decretæ ſunt, decretuſque triumphus: tum ob ejus eminentiam, tum ſecundùm leges; quia ea provincia ipſiûs fuerat. Nihilominus tamen Ventidio quoque eadem conceſſa ſunt, quia videbatur Craſſi calamitatem Pacorus abundè compensâſſe: præſertim cùm eâdem anni die utraque res eveniſſet. *Dio lib.* 49. *pag.* 462.

Antonius ob victoriam Parthicam nummos cum effigie ſua, & P. Ventidii nomine ſignari juſſit in perpetuam rei memoriam: è quibus unum hîc Lectorum oculis ſubjiciendum curavimus.



Antonius Triumvir, cùm in Syriam veniſſet, Samoſata Antiochi CommagenesRegis Metropolim oppugnavit: eò quòd Antiochus Parthos juviſſet; (nam filiam ſuam Orodi in matrimonium conceſſerat.) Ventidium autem in auxilium Herodis primùm, deindè ad triumphandum de Parthis Romam miſit: Soſio Syriæ & Ciliciæ Præſide conſtituto. *Joſephus, Plutarchus & Dio.* Arsac. 219.

V° Kal. Decembris anno V. C. 716. Ventidius Pro-

Arsac. 219. conſul de Tauro monte & Parthis triumphavit, ut referunt *Faſti Conſulares.* Primus, inquit Dio, inter Romanos Ventidius de Parthis triumphum duxit. *Lib.* 49. *pag.* 462. Vir obſcuro quidem natus loco, ſed qui per amicitiam Antonii magnarum rerum gerendarum accepit materiam, quâ pulcherrime uſus eſt. *Teſte Plutarcho in Antonio.*

Cæterùm poſt longum deindè luctum alia ſollicitudo Orodem miſerandum ſenem invadit; quemnam ex numero triginta filiorum in locum Pacori Regem conſtituat. Multæ pellices, ex quibus generata tanta juventus erat, pro ſuis quæque ſollicitæ, animum ſenis obſidebant. Sed fatum Parthiæ fecit, in qua jam quaſi ſolemne eſt Reges parricidas haberi; ut ſceleratiſſimus omnium, & ipſe Phrahates nomine, filius Orodis primogenitus, Rex ſtatueretur. *Juſtinus lib.* 42. *cap.* 4.

Dum hæc aguntur, Parthorum Rex ſenior Orodes ex luctu in hydropiſim incidit; ideoque, citiùs quàm deſtinârat, Phrahati, filiorum ſuorum maximo, regnum tradidit. Hic autem, vix dum accepto regno, omnium ſe mortalium ſceleratiſſimum geſſit. Namque fratres ſuos, quos ex Antiochi Commagenes Regis filia ſuſceperat pater, quòd ſe & virtute & materno genere præſtantiores eſſent, dolo necavit. Sed & patri ipſi morbo aquæ intercutis laboranti, ad maturandam ejus mortem, aconitum miſcuit. Quod cùm vis morbi per alvum dejeciſſet, adeò ut jam meliùs haberet: ad celerrimam converſus viam Phrahates, miſſis ſicariis, patrem præfocavit: poſtquàm ſeptemdecim annos ſolus, à patris verò Mithridatis morte duos & viginti regnaviſſet. *Plutarch. in Craſſo, pag.* 565. *Appian. in Parthicis, pag.* 157.

NUMMUS

NUMMUS ARSACIS ORODIS.



Ex Museo nostro.

Caput Regis tiarâ multiplici unionum ordine inſigni, ut & diademate ornati, cum trabea ſolita: ex altera parte figura Regis mitrati & diademati ſedens, dextrâ arcum gerit, cum inſcriptione: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ: id eſt, Regis Regum, Magni Arsacis Theopatoris Nicatoris.

Isti omnes *tituli in averſa hujus* Parthorum Regis nummi parte exarati, nulli alii Arſacidæ magis conveniunt, quàm Arſaci Orodi; quapropter hunc ipſi nummum fidenter aſſignámus Nam ſi primum Magni Arsacis, quem ſibi adaptat, expandamus, exemplum hic prædeceſſorum ſuorum ſequutus videtur, qui res præclarè in aliquo bello geſſerant. Quod cognomen quoque ab iis uſurpatum eſt, quoties regnum contra hoſtium impetus defenderant: quemadmodum & ejus pater Phrahates III, qui contra Syllam, Parthis dira

minitantem, ſuum fortiter regnum tutatus eſt. Alterum verò Theopatoris, in parentis memoriam, qui Deus apud Phlegontem, ut diximus, appellatur; eâ præſertim de causâ ſibi adſcivit, ut parricidii ſuſpicionem à ſe remotam in fratrem omninò rejiceret. Hinc eſt, quòd, quaſi patrem ulturus, fratrem ſuum coram ſe interfici juſſerit. Quod autem ad Theopatoris cognomen attinet, illud jam Phrahates II, & Sinatrockes fratres in Mithridatis I. parentis memoriam, ut ſuprà retulimus, ſibi arrogaverant. Tertiam tandem Nicatoris, ſeu Victoriosi appellationem ſibi hic aſſumit Orodes, propter victoriam illam inſignem, quam per Surenam de Romanis, duce M. Craſſo, in Meſopotamia reportaverat. Sed hîc gratias Horatio debitas prætermittere nequeo, qui *lib.* 3. *Od.* 6. nos docet hujus Surenæ nomen fuiſſe Monœſem.

Jam bis Monœſis & Pacori manus,
Non auſpicatos contudit impetus
Noſtros.

Itaque Orodes, cùm bis Romanorum impetus contudiſſet, meritò Victoris ſumpſiſſe cognomen videtur.

Quemadmodum autem Arſacidæ Principes Perſarum Monarchas, à quibus originem ſe traxiſſe jactabant, imitari voluerunt, ita & Orodes tiaram ceu cidarim uſurpavit. De tiara loquitur Curtius *lib.* 3. Cidarim Persæ Regum capitis vocabant insigne. Hoc cerulea fascia albo distincta circuibat. Ceterùm tiaræ illæ non idem ſemper ornamenti genus habuere; ut ſparſim in iſta Arſacidarum ſerie videre licebit. Nempe Orodis tiara non modò tribus ornata eſt unionum ordinibus, ſed etiam uno emblemate, quod gemmas pretioſas continet. Ad latera verò videtur inſerta aliqua prægrandis gemma in cornu figuram elaborata.

Ut nihil in figura Regis ex averſa parte ſedentis deſcribenda prætermittatur, illam calceos geſtare notandum eſt: Calceus autem à calce dictus, pedis indumentum eſt, quod fit ex pellibus animalium. Eum verò Regis calceum, quem exhibet nummus, tæniis religatum obſervamus; quæ quidem, ornamenti causâ, ſursùm ſeſe ſubrigunt atque attollunt.

ARSACES XV.

ARSACES PHRAHATES IIII
REX PARTHORVM XV.



In museo D. Vaillant D.M.
ex num arg. drach.

PHRAHATES, hujus nominis IV, Orodis filius, patre necato, regnum Parthorum occupat, ac per ſcelera in Regiam perrumpens, fratres, quos habebat triginta, contrucidat; ſed nec in illis ceſſant parricidia. Nam, cùm infeſtos ſibi optimates

ARSAC. ob tot crimina videret, ne quis ſupereſſet, qui ad
219. regnum, ſe amoto, poſſet acciri; adultum quoque filium ſuum interfici jubet. Poſteà etiam nobiliſſimum euemque occîdit, ac prætereà tam multa flagitioſè egit, ut primorum permulti ab eo, partim alio, partim ad Antonium, (in quibus etiam fuit Monœſes vir illuſtris & potens) conceſſerint. Nummi Arſacidarum duplicantes litteram N. Monneſem ſemper inſcriptum habent. *Dio lib. 49. pag. 464. Edit. Henr. Steph.*

Antonius exercitum contra Parthos comparaverat, jamjamque erat moturus, cùm ad eum Monnœſes advenit. Is ſe ducem belli futurum, ac ſine ullo labore pleraſque Parthiæ partes occupaturum promiſit. Antonius Partho fidens, bellum Parthicum ei gerendum injunxit: atque inter alia præmia, ei trium Romanis ſubditurum urbium reditus fruendos uſque ad finem belli conceſſit, regnumque Parthiæ promiſit. *Dio ut ſuprà.*

Triumvir autem Monnœſis fortunam Themiſtoclis aſſimilans fortunæ, ſuam verò opulentiam magnificentiamque comparans Regibus Perſarum, tres urbes donavit ei, Lariſſam, Arethuſam & Hierampolim, quam antè *Bambicem* nuncupaverunt. *Plutarch. in Anton. pag. 932.*

Interim Parthorum Rex Phrahates Hyrcanum Regem Judæorum captivum ad ſe perductum, propter claritatem generis comiter habuit, & vinculis ſolutum permiſit Babylone degere. Poſtquam autem Antonius Antigonum, qui ejus regnum occupaverat, ſecuri in Antiochena urbe percuſſit; Herodes ad regiam dignitatem evectus, Hyrcano ſcripſit, rogaret

Phrahatem, & ejus regni Judæos, ne ſibi inviderent communem cum genero futuram poteſtatem. Nunc enim adeſſe tempus referendæ ſuo quondam & altori & ſervatori gratiæ; ſimulque etiam ad ipſum Phrahatem Legatum miſit Saramallam cum multis muneribus, eblanditurum, ne obſtaret cupienti referre gratiam homini de ſe optimè merito. Hyrcanus igitur à Phrahate dimiſſus eſt. *Joſeph. è lib. 15. Antiq. Jud. cap. 2.* ARSAC. 220.

Cæterùm Phrahates, audito fœdere, quod inter Antonium & Monœſem initum erat, cùm ejus rei causâ ſibi metueret, præſertim quia fugam Monœſis Parthi moleſtè ferebant, Legatos ad Monœſem miſit, de pace; ſummiſque pollicitationibus, ut retrocederet, perſuaſit. Quod cognitum etſi, ut par erat, ſtomachum Antonio movit, tamen Monœſem, quem in ſua adhuc poteſtate habebat, non occîdit: (quia, ſi id feciſſet, neminem barbarum deinceps ad ſuam amicitiam acceſſurum putabat.) Sed fraudem contra hoſtem ſtruens, eum dimiſit, tanquam ejus operâ cum Parthis amicitiam facturus; miſitque cum eo Legatos ad Phrahatem, qui verbis pacem componerent, ſiquidem Rex ſigna & captivos, quæ Craſſi calamitate Parthi ceperant, Romanis reddidiſſet. Sperabat autem ſe Regi ſpe pacis imparato ſuperventurum. *Dio lib. 49. pag. 464. Edit. Henr. Steph.*

Antonius interim ad bellum reipſâ ſe comparans, uſque ad Euphratem proceſſit, exiſtimans eum nullo præſidio teneri. Quod ubi eo loco vidit diligentiſſimè poſitum, averſo indè itinere, in Armeniam ſtatim ire inſtituit, ad bellum Artavaſdi Medorum Regi inferendum, ab Artavaſde Armeniæ majoris Rege, inimico ejus, impulſus. *Idem pag. 465.*

ARSAC. 220. Iter per Arabiam & Armeniam fecit Antonius : ubi coactis copiis & ſociis Regibus, (multi erant hi ; maximus autem omnium Armeniæ Rex Artavaſdes, qui ſex millia equitum, & ſeptem peditum dedit) luſtravit exercitum. Erant peditum Romanorum LX. millia ; Hiſpanorum Gallorumque inter equitatum Romanum recenſitorum decem millia ; cæterarum Nationum cum equitibus ſimul & levi armatura XXX. millia. *Teſte Plutarch. in Anton.*

Bellum illud cum Legionibus octodecim, & ſexdecim millibus equitum Parthis intuliſſe Marcum Antonium refert Livius *in Lib.* 130. *Epitome.*

Artavaſdes, itineris dux, ſpatium omne emenſus, quod à Zeugmate ad Euphratem eſt uſque ad ingreſſum Atropatenæ ; (quam Araxes fluvius ab Armenia dividit ;) octo millium ſtadiorum iter effecit, duplo amplius, quàm recta fuiſſet via : nimirum exercitum per devios montes, perque continuos anfractus circumducendo. Cùm autem debuiſſet Antonius in hibernis Armeniæ quiete reficere ſuum exercitum, attritum horum octo millium ſtadiorum itinere, &, priuſquam Parthi è ſuis hibernis moverent, ineunte vere Mediam invadere : moras illas non tulit. *Appianus in Parthicis, pag.* 158. *& Plutarchus in Antonio.* Inſuper fidendum non erat Artavaſdi Armeniorum Regi, cujus ſoror Orodis Parthorum Regis filio nupſerat ; ut patet *ex Epiſt.* 3. *Libri XV. Epiſt. M. T. Cicer. ad Famil.*

Verùm, cùm intellexiſſet Antonius Regem Mediæ, ad opem Parthis ferendam, procul domo abiiſſe, impedimentis ac parte exercitûs cum Oppio Statiano relictis, ſubſequique ſe juſſis, ipſe cum equitibus ac pe-

ditatûs optimâ parte feſtinatò profectus eſt: ſperans ſe primo impetu omnem Mediam ſubacturum. *Dio lib.* 49. *pag.* 465. Arsac. 220.

Poſtquàm Araxem tranſmiſit Antonius Atropatenam regionem populatus eſt: deindè *Phrahata* Straboni, Dioni verò *Praaſpa*, magnam urbem, à fluvio 2400. ſtadiis remotam, in quâ Regis Medorum conjuges cum liberis erant, obſidione cinxit. Ubi protinùs quantùm peccati admiſiſſet, relictis retrò machinis cum Statiano, oſtendit uſus. Itaque, quò milites ſui poſſent cum hoſtibus manus conſerere, duxit ad urbem aggerem; quem lentè & magnis ſudoribus excitavit. Intereà cum magnis copiis advenit Phrahates. Qui ubi relicta machinamentorum plauſtra accepit, fruſtrà laborare Antonium in oppugnanda urbe, validis muris ac multis defenſoribus munitâ, libentiſſimè paſſus eſt. Ipſe verò Statianum in itinere fatigatum improviſò adortus, tùm ipſum occidit, tùm ad unum omnes, qui cum eo erant, internecione delevit. *Plutarch. in Anton. pag.* 933. & *Dio lib.* 49. *pag.* 465. In eo prælio decem millia hominum occiſa fuiſſe, narrat *Plutarch. in Anton. pag.* 933. Duas verò periiſſe legiones, tradit *Paterculus*, machinaſque omnes atque omnia impedimenta, in Parthorum fuiſſe poteſtatem redacta.

Ex acie ſolus evaſit Polemo, Ponti Rex, Antonii ſocius, qui captus à Parthis, pecuniâ datâ, dimiſſus eſt. Fuit autem hoc Parthis factu facile, quia Armeniæ Rex Artavaſdes ei pugnæ non intererat: qui cùm poſſet Romanis ſubvenire, non modò id non fecit; ſed ne ad Antonium quidem, verùm in regnum ſuum diſceſſit. *Dio ut ſuprà lib.* 49. *pag.* 465.

ARSAC. 220. Cæterùm, etſi ad primum Statiani nuntium feſtinârat Antonius, ut ſuis auxilium ferret; tamen tardiùs venit, ac præter mortuos neminem invenit. Itaque, tametſi clade hâc terrebatur, tamen quia nemo Barbarorum ſibi occurrebat, cenſens eos propter metum aliquò abiiſſe; animum reſumpſit: ac non multò poſt cum eis congreſſus, funditorum operâ (quorum magnus erat numerus, jaculaque ipſorum ſagittis hoſtium longiùs procedebant: ita ut armaturæ quoque gravis miles ab iis tutus non eſſet) in fugam eos conjecit; ſed propter celeritatem equitandi Parthorum, non magnam ſtragem eorum edidit. *Id. ibid. pag. 465.*

Porrò iterum Phrahatorum oppugnationem aggreſſus, hoſtibus quidem (cùm & præſidium magnâ vi eum repelleret, & qui foris erant, hoſtes congrediendi facultatem non darent) damni nihil admodùm intulit: ſuorum autem permultos in quærendis ac ſupportandis commeatibus amiſit. *Id. ibid. pag. 466.*

Interim obſidentibus cùm alacres oſtenderent ſe Parthi, & contumelioſas jacerent minas; Antonius, ne cedenti exercitui deſperatio & pavor inhæreret, increſceretque; eduxit frumentatum decem Legiones, tres cohortes Prætorias gravis armaturæ & totum equitatum: ita potiſſimùm eliciturum ſe expectans hoſtem, ac ſignis collatis, dimicaturum. Progreſſus unius diei iter, ut Parthos vidit undique circumfuſos; & irrumpere in ipſum quærentes, ex via propoſuit in caſtris ſignum pugnæ. *Plutarch. in Anton. pag. 933.*

Detractis igitur tentoriis, tanquam non pugnaturus, ſed reducturus retrò exercitum, præterivit Parthorum

thorum aciem formâ lunari inſtructam: imperavitque cùm prope anteſignanos viderentur Legionarii veniſſe, ut infeſtos equos in hoſtem admitterent. At Parthis in procinctu ex adverſo conſiſtentibus ſtupenda acies viſa Romanorum, ſpectabantque prætereuntes paribus intervallis ſine confuſione ordinum, & ſilentio pila vibrantes. *Id. ibid. pag.* 933. Arsac. 220.

Ut ſignum datum eſt pugnæ, circumagentes ſe equites cum clamore intulerunt ſe: quos exceperunt Parthi, ſemet adversùs eos defendentes; quamvis ſtatim intra teli jactum veniſſent. At ubi Legionarii cum clamore & crepitu armorum incurrerunt; cùm equi Parthorum pavore ſunt perculſi, tùm ipſi priuſquàm ad manus ventum eſt, in fugam ſeſe effuderunt. Quorum tergis inhæſit Antonius, atque in magnam ſpem venit, univerſum ſe bellum, aut majore ex parte, illo patraſſe die. Ubi conſectati hoſtem pedites ad 50. ſtadia; equites ad ter totidem; recenſuerunt eos, qui ceciderant aut in poteſtatem venerant; atque invenerunt captos 30. cæſos 80. tantùm. Tum verò perplexitas & deſperatio omnium animos inceſſit, durum eſſe reputantes, ſi victores tam paucos occiderent; victi verò amitterent tam multos quàm deſideraverant apud plauſtra. *Id. ibid. pag.* 933. *&* 934.

Inſequenti die, vaſis collectis, moverunt ad Phrahata & caſtra ſua. Ubi inciderunt in via primùm in paucos hoſtes; deindè in plures; denique in cunctos, tanquam non antè fuſos, & recentes, qui laceſſebant eos, & irrumpebant undique ægrè & laborioſè in caſtra ſeſe receperunt. Quia verò Medi excurſionem in aggerem fecerant, & propugnatores terrore conſter-

Arsac. 220. naverant; inflammatus Antonius, eos, qui loco ceſſerant, decimatione animadvertit: diviſis enim per denos Legionibus, decimum quemque ſorte ductâ, interfecit; cæteris pro tritico admenſus eſt hordeum. *Id. ibid. pag.* 934.

Cæterùm, initio quidem obſidionis cùm cibaria ex vicinia Romani haberent, & obſidioni urbis & commeatibus parandis facilè ſuffecerant. Poſtquam autem propinquis omnibus abſumptis, milites frumentatum longiùs abire opus habuerunt: eveniebat, ut ſi pauci emitterentur, non modò nihil apportarent, ſed ipſi quoque perirent. Sin multi oppugnatoribus nudabantur Phrahata, ac Parthis erumpentibus, multi milites, multæ machinæ Romanorum perdebantur. Igitur Antonius, omnibus ſuis militibus hordeum pro frumento dedit: omninò autem cùm videretur alios in obſidione habere, ea patiebâtur, quæ obſeſſis uſu venire ſolent. Nam & Oppidani diligenter tempus eruptionibus idoneum obſervabant: & qui foris erant, Romanos ſicubi diſperſos intelligerent, celeriter eos adoriendo, ac ſtatim ſe recipiendo, plurimùm vexabant. Frumentatores verò in pagos exire illæſos ſinentes, in reditu palantes ſubitò invadebant. Eam ob cauſam erat bellum utrique grave; atque id quod inſtabat eo formidabilius, Antonio quidem famem exſpectanti. Non ultrà enim ſine vulneribus & ingenti cæde licebat ei frumentari. *Dio lib.* 49. *pag.* 466. & *Plutarch. in Anton. pag.* 934.

Cùm nihilominùs obſidionem produceret Antonius; veritus eſt Phrahates, ne ſi ea diutiùs continuaretur, Antonius, vel per ſe, vel auxilio etiam aliquo auctus,

urbem incommodo aliquo afficeret: quin & aliundè cognoſcens Parthos quidvis priùs quàm hyemem extrà tecta tolerare, vel in ſtativis poſſe contineri; meritò ſuſpicabatur fore ut perdurantibus in obſidione & perſiſtentibus Romanis, ipſe à ſuis deſereretur, cœlo jam poſt æquinoctium autumnale nubibus obducto. Ergo dolum fabricat hujuſcemodi. *Dio lib. 49. pag. 466. & Plutarch. in Anton. pag. 934.* Arsac. 220.

Parthorum nobiliſſimi in frumentationibus & aliis concurſibus lentiùs fatigabant Romanos, permittebantque iis quædam capere, & virtutem laudabant eorum, ut fortiſſimorum virorum: qui meritò in admiratione apud Regem ſuum haberentur. Hinc propiùs advecti, atque ſenſim admoventes equos, Antonium conviciis proſcindebant, quòd cupienti pacem Phrahati, & tot talibuſque viris parcere non præberet ad id occaſionem; ſed duros ac graves deſideret hoſtes, opperiens famem & hyemem, per quas arduum ipſis ſit vel proſequentibus effugere Parthis. *Id. Plutarch. ibid.*

Multis hæc ad Antonium referentibus, ſpe emollitus, non antè tamen miſit ad Phrahatem Legatos, quàm blandos illos rogaſſet Parthos, eane ex Regis ſententia referrent? Affirmantibus id illis, hortantibuſque, ne formidaret vel diffideret: miſit certos ex amicis iterùm poſtulatum, ne omninò acquieſcere exiſtimaretur, modò ſalvus eſſet & elaberetur, ut ſibi ſigna militaria & captivi redderentur. *Id. Plutarch. ibid.*

Talibus deceptus colloquiis, Legatos Antonius, ejus rei causâ, ad Phrahatem mittit; qui aureâ ſellâ ſedens,

ARSAC. 220. ac nervum arcûs pulſans, multiſque verbis in Romanos invectus, tandem pacem eâ conditione promiſit, ut continuò exercitum abducerent. Hoc audito Antonius, cùm & faſtum Regis metueret; & ſi diſceſſiſſet aliquò, pacem ſe habiturum crederet, à Phrahatis recepit. *Dio. lib.* 49. *pag.* 466.

Antonius, qui facundus ad populum erat, atque ad exercitum dicendo mulcendum ſuprà omnes comparatus æquales, rubore & mœrore ipſe vulgus militum confirmare prætermiſit, delegavitque id muneris Domitio Ænobarbo. Ibi aliqui ſtomachati ſunt, quaſi deſpicerentur. Maxima pars tamen infracta eſt, cauſamque perſpexit: atque ideò magis reverendum viciſſim Imperatorem, eique duxit parendum. *Plutarch. in Anton. pag.* 934.

Intra paucos igitur dies Antonius, collectis vaſis abiit. *Id. ibid.* Operibus quæ ad oppugnandam urbem fecerat, tanquam in ſociorum terra jam verſans, integris relictis; quæ omnia diſjectis aggeribus, Medi mox incenderunt. *Dio ut ſupra pag.* 467.

Cùm autem Antonius recipere ſe retrò eâdem viâ campeſtri & nudâ inſtitueret, quidam Mardus genere, morum Parthicorum ex diutino uſu peritus, cujus in Romanos fides in prælio ad machinas fuerat probata; adit Antonium, monetque ita fugiat, ut montes teneat ad dextram, neque gravem armis exercitum in planicie nudâ apertâque tanto æquitatui & ſagittariis objiciat: quòd ſanè fabricantem Phrahatem benignis pollicitis reduxiſſe ipſum ab obſidione: ducem ſe viæ compendiſioris, magiſque neceſſariis abundantis fore. *Plutarch. in Anton. pag.* 935.

His perceptis, deliberavit Antonius. Parthis nolebat diffidere poſt inducias videri; compendium tamen viæ, atque iter per vicos frequentatos laudans, pignus fidei poſtulavit à Mardo. Ille vinciri juſſit ſe, quoad exercitum reduxiſſet in Armeniam. Duxit eum vinctus duos dies pacatè. Tertio die, cùm nihil minùs Antonius, quàm Parthos exſpectaret, atque ex ſecuritate progrederetur diſſolutè; advertens Mardus aggerem, quo arcebatur amnis, recèns diſſipatum, undaſque latè in viam, quà pergendum erat, effuſas: Parthorum id conjecit factum eſſe ad ipſos implicandos & morandos fluminis impedimentum objicientium; monuitque Antonium provideret, & eſſet intentus. Nam propè eſſe hoſtes. *Id. Plutarch. ibid.* ARSAC. 220.

Dum ergo aciem legionum inſtruit, ac per ordines jaculatoribus ac funditoribus excurſiones parat in hoſtes; ſuperveniunt Parthi, circumvehunturque ad circumveniendum & conturbandum undique exercitum. Procurrente in illos levi armatura, ac multis illatis per miſſilia, nec paucioribus glandium & jaculorum jactu acceptis vulneribus, pedem retulêre; mox ex integro irruêre: quo uſque equites Galli, globo facto, impreſſionem dederunt, disjecêruntque eos, ut eo die non ultrà oſtenderint ſe. Ex eo quid faciendum eſſet, Antonius doctus, magnâ manu jaculatorum & funditorum non noviſſimum modò agmen; ſed utramque etiam alam prætexens; proceſſit quadrato agmine. Equitibus imperatum, ut incurſu facto, propellerent hoſtes; propulſos non longè conſectarentur. Itaque cùm Parthi proximis quatuor diebus, nihilò plus intuliſſent mali, quàm accepiſſent; redditi ſunt

ARSAC. ſegniores: cauſatâque hyeme, diſcedere deliberave-
220. runt. *Plutarch. in Antonio pag. 935.*

Quinto die Flavius Gallus, vir fortis & ſtrenuus, qui præfecturam obtinebat, adit Antonium, petitque majorem manum levis armaturæ à poſtremo agmine, & à fronte aliquot equites dari ſibi, rem magnificam ſeſe editurum promittens. Quibus ab Antonio datis, propulſavit invehentem ſe hoſtem: non, ut antè, pedem referens ſenſim & ad gravem ſe recipiens armaturam; ſed ſubſiſtens, & confligens cum Parthis animoſiùs. Hunc cùm viderent noviſſimi agminis duces avulſum à reliquis; miſſis certis revocaverunt eum: cæterùm non obtemperavit Gallus. *Id. ibid.*

Titium Quæſtorem aiunt etiam ſigna arripuiſſe, ac retrò convertiſſe; Gallumque increpaſſe, quod multos & fortes milites perditum iret. Increpante eum viciſſim illo, ac præcipiente his, qui circa ipſum erant, ut conſiſterent; recepit ſe Titius. Gallum impreſſionem in frontem hoſtium facientem incurrentes multi à tergo incautum circumdedêre. Cùm undique peteretur, miſſo nuntio, flagitavit opem. Legionum autem ductores, in quibus erat Canidius, qui ſummâ apud Antonium gratiâ valebat, non parùm videntur hîc offendiſſe. Nam cùm convertenda confeſtim ſigna eſſent, dùm catervatim mittunt ſubſidia, atque his rursùs fuſis, alios ſubmittunt; imprudentes totum penè clade & fugâ complêviſſent exercitum, niſi properè cum gravi armatura Antonius ex prima acie hoſtibus occurriſſet; properè etiam tertiam legionem per medios fugientes in hoſtes rapiens inſtantes repreſſiſſet. *Id. Plutarch. ibid.*

Duas Legiones in hoc certamine occidiſſe tradit *Florus lib.* 2. *cap.* 10. Si autem Plutarcho adhibenda eſt fides, cecidêre non amplius tria millia; ſauciorum verò quinque millia in caſtra reportata. Inter hos Gallus fuit, quatuor ſagittis, quas adverſo corpore exceperat, trajectus: verùm hic non convaluit ex vulneribus, cæteros circumivit Antonius inviſens, conſolatuſque eſt eos lachrymarum plenus & dolore percitus. Illi alacres dexteram ejus apprehendentes, oravêrunt, iret ſemetipſum curatum, nec ſeſe affligeret. Appellabant eum Imperatorem, &, modò ipſe valeret, ſalvos ſe dicebant. *Plutarchus in Antonio, pag.* 93. ARSAC. 220.

At hoſtes, quantumvis fatiſcentes & defatigatos, adeò erexit hæc victoria, ac tantoperè Romanos deſpexerunt, ut etiam pernoctarent ad caſtra, exſpectantes tentoria jamjam deſerta, & impedimenta ſe fugientium direpturos. *Id. ibid.*

Hac nocte Romanus quidam, ex clade Craſſianâ ſuperſtes, Parthico habitu caſtris adequitavit, &, ſalute latinè datâ, cùm fidem ipſo feciſſet; quid immineret, edocuit: jam adfuturum cum omnibus copiis Phrahatem, irent retrò, peterentque montes: ſic quoque hoſtem fortaſſe non defuturum. *Florus, lib.* 4. *cap.* 10.

Primâ luce longè plures affluxerunt, aiuntque equites fuiſſe non minus 40000: quòd Rex cohortem quoque, quæ corpus ſuum ſtipabat perpetuò, ſicut ad indubitatam certamque victoriam miſiſſet. Ipſe enim nulli interfuit pugnæ. Antonius verò appellaturus milites, togam pullam, quò appareret miſerabilior, popoſcit. Quod quia prohibuerunt amici, progreſſus eſt ad concionem habendam paludatus. Laudavit eos,

Ant. C. 220. qui vicerant; illos, qui terga dederant, caſtigavit; quorum ſuperiores animum addidêrunt ei: hi excuſantes ſe, paratos oſtenderunt, ſive decimare ipſos, ſive alio modo ſtatueret punire. Tantùm rogaverunt, moleſtiam & mœrorem animi deponeret. Sub hæc manus ad cœlum tendens, deos precatus eſt, ſi qua priores fortunæ ſuæ ſerenitates divina invidia maneret, in ſe ut ea verteret, reliquo exercitui incolumitatem tribueret & victoriam. *Plutarchus in Antonio, pag.* 936.

Poſtero die agmine progreſſi ſunt meliùs ſepto, inferentibuſque ſe Parthis res oblata multùm inopinata eſt. Nam qui pergere ad rapinam & prædam, non ad pugnam arbitrabantur, cùm in multa tela incurrerent, valenteſque & recentes animis cernerent Romanos, rursùs obtorpuêre. *Id. ibid.*

Ut verò deſcendentes ex declivibus tumulis adorti ſunt Romanos, & lentè digredientes telis inſtituerunt figere; converſis ſignis, Legionarii levem armaturam texerunt armis ſuis, atque ipſi ſe in genu ſubmittentes, objiciebant ſcuta ſua. Qui à tergo horum ſtabant, arma tenebant ſuper hos, ac ſuper illos pari modo alii. Ea figura tecto aſſimilis ſpeciem præbet theatri, & munimentum eſt ad jacula arcenda, quò delabantur, denſiſſimum. *Id. ibid.*

At Parthi, procumbentibus in genu Romanis, fatigationem & laſſitudinem eſſe arbitrantes, depoſuerunt arcus, haſtiſque arreptis, in eos incurrerunt. Ibi Romani, ſublato clamore, ſubitò exſilierunt, piliſque cominùs ferientes trucidavêrunt anteſignanos; ac cæteros verterunt omnes in fugam. *Plutarch. in Anton. pag.* 936. & 937.

Adeoque

Adeoque res miraculo fuit, ut unus ex Parthis mi- Arsac.
ſerit vocem: „ Ite, & benè valete Romani. Meritò 220.
„ vos victores gentium fama loquitur, qui Parthorum
„ tela fertis. *Florus, lib. 4. cap.* 10.

Idem cùm ageretur ſequentibus diebus, parum admodum itineris perfecerunt. *Plutarchus in Antonio, pag.* 937.

Cùm autem Romani, quoties primâ luce moverent, toties urgentibus Parthorum ſagittis infeſtarentur: Antonius abeuntium agmen in quintam horam continuit, ſuiſque fidem conſtantiorem fecit: quâ perſuaſione digreſſis indè Parthis, juſtum iter reliquo die ſine interpellatione confecit. *Frontinus, lib.* 2. *Stratag. cap. ultimo.*

Dùm hæc geruntur, tentavit fames exercitum Romanorum, quòd parum frumentari, idque non ſine certamine poſſent; & deficerentur molis. Magnâ enim ex parte relictæ fuerant, jumentis partim mortuis, partim ægrotos & ſaucios ferentibus. Chœnicem tritici Atticam quinquaginta drachmis aiunt vænîſſe; panes hordeaceos ad argenti pondus diſtrahebant. Ad olera verò & radices cùm verterunt ſe, pauca reperêre familiaria. Coacti etiam inſolita antè guſtare, herbam attigerunt; quæ afferebat per inſaniam, mortem. Qui eam ſumpſerat, nullius alterius rei meminerat, vel notitiam habebat. Unum agebat, ut omnem lapidem moveret & verſaret, quaſi rem efficeret magni momenti. Plenus campus fuit humi inclinatorum, lapideſque eruentium & transferentium. Poſtremò bilem vomentes, emoriebantur, quando unicum remedium deficiebat, vinum. *Plutarchus in Antonio, pag.* 937.

ARSAC. 220. His incommodis ut & fame multi perierunt: jamque ad hoſtem perfugere cœptum eſt: ac, niſi perfugas Parthi, in reliquorum conſpectu, ſagittis confeciſſent, videbantur omnes ad illos tranſituri; ſed Parthorum crudelitas eam defectionem inhibuit. Hoc quoque ipſis fortuna interitûs ſui effugium dedit. *Dio lib. 49. pag. 467.*

Cùm autem è Romanis exſpirarent multi, nec Parthi abſcederent; tradunt Antonium identidem exclamaſſe: O decem millia! admirantem Xenophontis copias: quòd illi, cùm longiore viâ ex Babylone recepiſſent ſe, atque cum hoſtibus dimicaſſent longè pluribus, evaſiſſent tamen incolumes. *Plutarch. in Anton. pag. 937.*

Parthi autem, quia perrumpere agmen Romanorum non valebant, neque diſſipare ordines; frequenter verò jam victi fuerant & pulſi, egerunt denuò pacatè cùm aquatoribus & frumentatoribus; ac nervos oſtendentes arcuum ſuorum remiſſos, retrò ſe abire dixerunt, & hunc finem facere eos conſectandi: paucos Medos ſolùm unius aut alterius adhuc diei iter ſequuturos: ſed nihil ipſos fatigaturos, tantùm protecturos remotiores vicos. His dictis ſalutationes & benevolentiæ demonſtrationem adjunxerunt: undè perquàm alacres redditi ſunt Romani; atque Antonius eo nuntio campeſtria potiùs cupivit petere, quòd via montana diceretur arida eſſe. *Idem Plutarchus ibidem, pag. 937.*

Cùm in eo eſſet, ut id exſequeretur, venit quidam ex hoſtium caſtris, Mithridates nomine, conſobrinus Monæſis illius, qui ad Antonium confugerat, & tria illa oppida acceperat dono. Hic petiit, ut aliquis ſe-

cum colloqueretur, qui linguam Parthicam aut Syriacam calleret. Congreſſo cum eo Alexandro Antiochenſi, cui familiaritas intercedebat cum Antonio, indicans qui eſſet, & Monœſi hoc beneficium tribuens, rogavit Alexandrum; videretne procul ex adverſo colles contiguos & excelſos? Sub illis, inquit, ſtruunt vobis Parthi cum omnibus copiis inſidias. Quippè ſubjacent his collibus ſpatioſi campi, & deluſos ab ipſis vos exſpectant illuc deflexuros, relictâ viâ montanâ. Habet hæc quidem vobis conſuetam ſitim & laborem: at illac ſi pergat Antonius, ſcito Craſſi eum manere fortunam. Hæc ille fatus, abſceſſit. *Idem Plutarchus ibidem.* Arsac. 220.

Quibus nuntiatis, convocavit Antonius amicos, & ducem viæ Mardum, qui ejuſdem erat ſententiæ. Etenim noſſe oſtendit ſe vel ſine hoſtibus iter invium per planitiem eſſe, & flexus longos habere, atque inventu difficiles. Alteram aſperam docuit nihil tædii præter unius diei habere ſqualorem. Mutatâ igitur ſententiâ, nocte hac viâ duxit, juſſitque aquam quemque ſecum ferre; ſed deficiebantur multi vaſis. Ita galeas aquâ impletas portârunt; pars utres impleverunt. Jam progredi Antonium nuntii venerunt Parthis, qui, præter morem, etiam ſunt nocte eum inſectati. *Idem ibidem pag. 938.*

Orto ſole noviſſimum agmen cœperunt carpere vigiliis & labore confectum: quandoquidem quadraginta & ducenta ſtadia fuerant eâ nocte emenſi; & incurſus hoſtium tam ſubitus nec opinantes perculit, ſitimque intendit Mars. Simul enim inter progrediendum pugnabant ad repellendum hoſtem. Primum agmen

Arsac. 220. pervenit ad amnem, cujus erat gelidus & lympidus liquor, ſed ſalſus medicatuſque; qui hauſtus, mox alvo concitatâ & inflammatâ ſiti, excitabat dolores. Quod quamvis præmoneret Mardus, nihilominus repulſis, qui prohiberent, potaverunt. Orabat Antonius circumcurſitans, pauliſper ut ſuſtinerent. Alterum enim oſtendit non procul potabilem fluvium abeſſe, indè reliquam inequitabilem & confragroſam viam, ut nequaquàm ſequi ultrà poſſit hoſtis. Simul prælîantibus receptui cani juſſit, ſignumque dedit metandis caſtris, quò ſaltem umbrâ potirentur milites. *Id. ibid.*

Dum tentoria ſtatuuntur, & Parthi protinùs, pro conſuetudine ſua, recedunt; venit iterùm Mithridates; ad quem progreſſo Alexandro, monuit, ut cùm pauliſper dediſſet ſe exercitus quieti, ſurgeret & properaret ad amnem: non trajecturos eum Parthos, ſed eatenùs inſequuturos. Hæc ubi ad Antonium retulit Alexander, tradita ſunt ei ab Antonio pocula permulta aurea & phialæ; ex quibus Mithridates quantum occulere veſte poterat, accepit, atque indè digreſſus eſt. *Idem. Plutarchus, in Anton. pag.* 938.

Luce adhuc caſtra movente Antonio, perrexerunt, nihil negotii faceſſentibus Parthis. Verùm noctem ſibimet ipſi omnium illam effecerunt laborioſiſſimam & terribiliſſimam. Nam eos, qui aurum vel argentum haberent, interficiebant, ſpoliabantque; & pecuniam, quæ jumentis portabatur, diripiebant. Poſtremò impedimenta Antonii adorti, pateras & menſas pretioſas diſſecabant, partiebanturque. Ingenti tumultu & errore univerſum occupante exercitum: (incurſu enim hoſtili fugam fieri, & divulſionem ordinum arbitra-

bantur) accitum Antonius, unum ex liberis ſuis, qui eum ſtipabant, Rhammum nomine, adegit jurejurando, ut, ubi præcepiſſet, confoderet ſe gladio, caputque detruncaret; ne veniret vivus in hoſtium poteſtatem, neque cognoſceretur mortuus. *Id. Plutarch. ibid.*

Effuſis in lachrymas amicis ejus, allevavit Mardus Antonium, propè eſſe docens fluvium (quippe aura indè emanans liquidior, atquè gelidior aër afflans, lætiorem reddebat ſpirationem) & itineris tempore ita oſtendit finiri ſpatium. Neque enim multum noctis reſtabat. Simul alii turbam nuntiârunt ex propria injuria & avaritia militum natam. Itaque, ut componeret agmen confuſum & divulſum, ſignum dari caſtris metandis imperavit. *Id. ibid.*

Jam illuceſcebat dies, &, cùm cœpiſſet aliquatenùs componi exercitus, & ſedari tumultus; poſtremum agmen infeſtarunt tela Parthorum. Itaque ſignum pugnæ levi armaturæ eſt datum. Gravis armatura ſcutis itidem ſeſe mutuò contegens, jacula excepit. Parthi verò non audebant propiùs gradum admovere. Ita, principiis paulatim progredientibus, flumen in conſpectu fuit: atque, ubi inſtruxit in ripa infeſtum hoſtibus equitatum; primos Antonius infirmos tranſportavit. Jam præliantes quoque ſecurè & quietè potare poterant. Ut enim conſpexêre Parthi flumen, arcus remiſerunt, dixeruntque Romanis, ut tranſmitterent audactèr, in cœlum virtutem eorum efferentes. *Idem ibidem.*

Igitur trajecto tranquillè fluvio, refecerunt ſe, atque indè proceſſerunt haudquaquàm Parthis fidentes. Sexto à noviſſimo prælio die pervenerunt ad Araxem

Arsac. amnem, quo Media & Armenia diſterminantur. Hic al-
220. titudine & violentiâ difficilis viſus trajectu; increbruitque rumor ſubſidere ibi in inſidiis Parthos, ut tranſeuntes aggrederentur. Poſtquàm tamen tutò traducti, Armeniam iniêre, ut ſi tunc terram illam ex pelago conſpexiſſent, adoraverunt eam; atque in lachrymas ſe & mutuos complexus præ gaudio effudêre. Quia verò iter faciebant per affluentem regionem, utebanturque omnibus, ex magna inopia, effusè; evaſerunt hydropici & cœliaci. *Idem Plutarchus in Antonio, pag.* 938. & 939.

Ibi, recenſito Antonius exercitu, deſideravit viginti millia peditum, & quatuor equitum: qui non interierunt vi omnes hoſtili, ſed ſupra dimidium ejus morbo. *Id. ibid.* De quibus Legionibus, totoque exercitu, haud minus pars quarta, militum, calonum, ſervitiique deſiderata eſt: impedimentorum vix ulla ſuperfuit. Hanc tamen Antonius fugam ſuam, quia vivus exierat, victoriam vocabat. *Paterculus, lib.* 2.

A Phrahatis viginti ſeptem diebus iter fecerunt, & Parthos præliis octodecim fudêre. Cæterùm non fuerunt omnes iſtæ victoriæ integræ vel ſolidæ; quòd parùm, neque uſquequaque inſectati Parthos fuiſſent. Quâ maximè re conſtitit Armenium Artavaſdem illius belli Antonium effectu fraudaſſe. Nam, ſi quos è Media abduxit, equitum ſex & decem millia adfuiſſent, pariter ac Parthi inſtructi, ac cum illis aſſueti pugnare, Romanis pugnantes pellentibus, illis in fugam effuſos perſequentibus, haud valuiſſent toties recolligere ſe profligati, & denuò repetere pugnam. Quare Antonium omnes infeſti ad vindicandum in Armenium

concitabant. *Plutarchus in Antonio, pag.* 939. Arsac. 220.

Antonius Parthis jam non ampliùs urgentibus, frigore magnopere conflictatus eſt. Jam enim hyems inierat, & montes Armeniæ, per quos ſolos facere iter tutò poterat, nunquam non glacie integuntur. Idcircò igitur Regi Armeniæ, quanquam ei, quòd ſe deſeruiſſet, ſuccenſeret, ac ulciſci eum in animo haberet; adblanditus eſt tamen, atque eâ ratione demeruit, ut ab eo pecuniam ac alimenta acciperet. Denique ipſum adulando ac pollicitando identidem permovit, ut ſibi in ſuo regno hyemandi poteſtatem faceret, vere iterùm contra Parthos exercitum ducturo. *Dio lib.* 49. *pag.* 468. & 469. In Syriam, *teſte Oroſio, lib.* 6. *cap* 19. venit Antonius cum tertia vix parte de ſedecim Legionibus reliquâ: ac deindè in Ægyptum abiit, ut *Plutarchus in Antonio, & Dio lib.* 49. teſtantur.

Per idem fermè tempus Regi Medorum Artavaſdi cum Phrahate Parthorum & Artavaſde Armeniorum Regibus ſimultas haud levis intercesſit. Armenio enim ſuccenſebat Medus, propter inductos ſibi ab eo Romanos: Partho verò, quòd neque prædæ magnâ parte, neque ullo alio honore fuiſſet ab eo præditus; atque inſuper, ne regno ſpoliaretur, valdè pertimeſceret. His omnibus de cauſis Rex Medus, Polemone Ponti Rege, Legato ad Antonium miſſo, amicitiam & ſocietatem ejus expetivit, copiarum prætere ſuarum auxilium ei pollicitus. Quæ legatio Imperatori Romano admodum grata fuit; (nam quæ una res ad debellandos Parthos videbatur ei defuiſſe, quòd minùs ab equitatu & ſagittariis firmus veniſſet, eam accedere ſibi putabat, danti magis, quàm accipienti benefi- Arsac. 221.

ARSAC. 220. cium:) indeque magnâ inflatus ſpe, paravit iterùm per Armeniam pergere, conventoque ad Araxem amnem Medo, tùm bellum movere. *Dio lib.* 49. *pag.* 470. *& Plutarchus in Antonio pag.* 940.

Sub initium veris ingreſſus in Armeniam Antonius Nicopolim Pompeii venit: (Hæc eſt urbs Armeniæ minoris) eòque Artavaſdem Regem ad ſe excivit; ſcilicet ut operâ & conſilio ejus in bello Parthico uteretur. Cùm Artavaſdes, inſidias eſſe ſuſpicatus, non veniret: iterùm Dellium, (hic totum bellum Parthicum, cui præſens interfuerat, ſcripſit) ad eum miſit, colloquii causâ: ipſe interim celeriter ad Artaxata progreſſus eſt. Sic eum partim ſociorum operâ perſuadendo, partim copiis terrendo; cùm & ſcriptis & actis ejus ſe amicum omninò oſtendiſſet; eò vix tandem adduxit, ut in caſtra ſua veniret. Tùm comprehenſum, primùm abſque vinculis circum caſtella, in quibus theſauri erant repoſiti, circumduxit: ſpe eorum ſine certamine potiundi: mox deindè catenis vinxit argenteis: nimirum turpe reputans Regem ferreis in catenis haberi. *Dio lib.* 49. *pag.* 474.

Dum hæc geruntur, arma ſtatim capeſſunt Armenii; Artaxe, filiorum Artavaſdis natu maximo, in ejus locum Rege priùs conſtituto. Sed hic prælio congreſſus & victus ad Parthos conceſſit. Poſt hæc Antonius univerſam Armeniam, partim vi, partim deditione, in ſuam poteſtatem redegit: necnon propter initam cum Medo pacem, præmium legationis Polemoni Armeniam minorem poſtea dedit. *Dio lib.* 49. *pag.* 470. 474. *&* 475.

His perfectis, Antonius, Mediæque Regis filiâ,

arctioris

arctioris amicitiæ cauſâ, filio ſuo in matrimonium impetratâ; relicto in Armenia exercitu, magnam prædam, Artavaſdemque cum conjuge & liberis ſecum abducens, in Ægyptum reverſus eſt, eoſque inter alios captivos, ante ſe in triumpho Alexandriam introduxit, curru ipſe invectus. *Id. ibid. pag.* 475. ARSAC. 221.

Intereà copias undique colligens, in Mediam parabat ineunte vere expeditionem; cùm Athenas veniſſe Octaviam ipſi nuntiatum eſt: cui ille mandavit, ibi ut præſtò laxetur; ſignificans ei expeditionem ſuam. Quæſivit autem Octavia per litteras, quò mitti vellet quæ ei ſecum attulerat. At Cleopatra timens ne cum illâ rediret Antonius in gratiam; mori ſe velle ſimulabat. Inſervientes autem aſſentatores Cleopatræ in tantum molliverunt & effemâinrunt Antonium, ut, verens, ne ipſa mortem ſibi conſciſceret, Alexandriam regrederetur; Medumque in æſtatis horam, quamvis nuntiarentur res Parthorum agitari ſeditione, rejiceret. *Plutarchus in Antonio pag.* 940. ARSAC. 222.

Hoc tempore uſque ad Araxem profectus, quaſi Parthis bellum illaturus, ſatis habuit cum Medorum Rege ſocietatem junxiſſe; cujus ratione mutua ſibi auxilia, Antonius Medo contra Parthos, Medus Antonio civili bello jam intento, adversùs Cæſarem ſpoponderunt, militeſque nonnullos ejus rei cauſâ permutaverunt: & Antonius Medo parte Armeniæ recèns occupatæ tradita, filiam ejus Jotapen, admodùm parvulam, ut Alexandri ſui ex Cleopatrâ filii (cui Armeniam cum Media magna & Parthorum regno, poſtquam ſubactum foret, attribuerat) conjugem futuram & ſigna militaria, quæ amiſſa in Oppii Statiani pugnâ fuerant, recepit.

ARSAC. 223. Secundùm hæc Polemonem Ponti Regem Armeniâ minore donavit in præmium, uti jam diximus, ejus legationis. *Dio lib.* 49. *pag.* 477. & 478.

Ubi primùm Parthi Antonium ex Armenia diſceſſiſſe, & in Ioniam ac in Græciam, belli contra Cæſarem adornandi causâ, profectum eſſe cognoverunt, cum Artaxe è ſuo regno pulſo, & cum iis commorante, adverſus Artavaſdem Mediæ Regem moverunt. Sed hic initio, Romanorum ab Antonio relictorum uſus auxilio, illos devicit. *Dio ut ſuprà, pag.* 478.

ARSAC. 224. Phrahates verò, ut bellùm inter Cæſarem & Antonium exortum, & Romanos hunc milites ex Mediâ non ſolùm evocaſſe, ſed nec Medos ipſos, quos ſecum habebat, Medorum Regi reddidiſſe accepit: mox in Mediam cum totis viribus profectus eſt; deſtitutum copiis Artavaſdem oppreſſurus. Ita à Partho Rege Medus viciſſim ſuperatus, in poteſtatem ejus venit. Ad hunc modum Armenia ſimul cum Media amiſſa eſt. Phrahates Armeniæ regnum Artaxi reddidit, & ipſe ſibi Mediam reſervavit. *Dio ut ſuprà, lib.* 49. *pag.* 478.

Interjecto deinde temporis ſpatio coorta eſt inter Parthos diſcordia: ac quidam Tiridates contra Phrahatem inſurrexit. Ambobus autem, & primùm quamdiù res Antonii adhuc ſalvæ erant, atque etiam poſt navale prælium, auxilium Cæſaris petentibus, nihil aliud quàm deliberaturum ſe, reſpondit Auguſtus; occupationem Ægyptiam prætendens. Ea verò diſcordia Mediam recuperandi opportunam Artavaſdi præbuit occaſionem. *Dio lib.* 51. *pag.* 522.

Poſteaquàm die 23. Septembris anni V. C. 723. ad Actium ſuperati devictique ab Auguſto Antonius & Cleopatra fuere : hæc ingentem *pecuniam confecit*, copias comparavit, auxilia quæſivit : *utque Mediæ Regem* Artavaſdem ad ſuam ſocietatem *pertraheret*, Armeniæ Regis Artavaſdis, Alexandriæ *captivi*, caput amputatum ei miſit. *Dio lib. 51. pag. 510.* Sed Medus ad Cæſarem, poſt devictum *Antonium*, confugere maluit. *Id. ibid. pag. 520.* ARSAC. 225.

Cùm Antonius violentas ſibi manus intuliſſet, ac deindè Cleopatra aſpidis morſu ſibi quoque vitam Cæſar Alexandriæ apud Antonium eripuiſſet ; invenit permultos Principum ac Regum liberos, quorum partem domum remiſit, partem conjugio invicem copulavit ; alios retinuit. Inter quos Jotapen Artavaſdis Medorum Regis filiam, Alexandro Antonii & Cleopatræ filio, ut ſuprà diximus, deſponſatam, Regi Medorum, qui victus ad ſe confugerat, ultrò reddidit : Artaxi autem Armeniæ Regi, quia is Romanos qui in regno ſuô ſuperfuerant, occidiſſet, fratres ſuos quantumvis petenti, non remiſit. *Dio ut ſuprà pag. 520.* ARSAC. 226.

Phrahates, commiſſo ingenti prælio, Tiridatem fugavit : qui victus in Syriam confugit. At victor mox ad Cæſarem hyberna, rebus Ægypti compoſitis, agentem Legatos miſit : quibus Cæſar amicè reſpondit, atque ita negotium Parthicum compoſuit, ac Tiridati quidem auxilium nullum promiſit, ut tamen in Syria verſaretur, conceſſit. *Dio ibid. pag. 522.*

Hâc de Tiridate relatâ victoriâ, inſolentior Phrahates redditus, cùm multa crudeliter conſuleret, (id eſt, cùm plurimos, qui Tiridatis partes ſecuti, au- ARSAC. 227.

ARSAC. 227. xilium ei tulerant, morte plexiſſet:) in exilium à populo ſuo pellitur. *Epiſt. Trogi, lib.* 42. *cap.* 5. Interim Parthi Tiridatem Regem conſtituunt, quem è Syria advocant. *Id. ibid.* De quibus Horatius, *lib.* 3. *Od.* 8.

Medus infeſtus, ſibi luctuoſis
Diſſidet armis.

ARSAC. 228. Itaque cùm Phrahates magno tempore finitimas civitates, & ad poſtremum Scythas precibus fatigaſſet, Scytharum maximo auxilio in regnum reſtituitur. *Epiſt. Trogi, lib.* 42. *cap.* de quo Horatius memorat, *lib.* 2. *Od.* 2.

Redditum Cyri ſolio Phrahatem.

ARSAC. 229. Tiridates, audito Scytharum adventu, (jam enim à Phrahate, ut ſuprà dictum eſt, victus fuerat) magnâ amicorum manu, ad Cæſarem, cum Hiſpanis bellum tunc temporis gerentem, profugit; obſidem Cæſari minimum filium Phrahatis ferens; quem negligentiùs cuſtoditum rapuerat. *Juſtinus ut ſuprà.* En Auguſti nummus argenteus in iſtius obſidis à Tiridate huic Imperatori oblati memoriam percuſſus.



Caput Auguſti laureatum cum epigraphe AUGUSTI DIVI F. In averſa parte, Auguſtus ſellæ eburneæ inſidet.

Tiridates verò ſtans, barbatus & chlamyde regiâ indutus, puerulum faſciis involutum Imperatori porrigit. In imo IMP. XIIII. ARSAC. 229.

Dubium non eſt, quin hic nummus argenteus fuerit ab Auguſto ſignatus, in memoriam pueruli Phrahatis ſibi à Tiridate in Hiſpania oblati. Quapropter nummum ipſum hîc exhibere, dùm Phrahatis hiſtoriam deſcribimus, rem haud injucundam facturos nos eſſe exiſtimavimus; ſi ipſum heic Auguſti nummum exhiberemus: licèt eo ipſo tempore non fuerit percuſſus. Tunc enim, erat tantùm Auguſtus IMP. VIII. ob Salaſſos, Aſtures & Cantabros ſuperatos: Imperatoris verò XIIII. titulo auctus deindè fuit, ob eoſdem Cantabros, iterùm rebellantes per Tiberium domitos anno V. C. 746. Quo ſanè titulo adhuc inſigniebatur; quando bellum Parthicum incœpit; Partho Armeniæ regnum invadente anno V. C. 752. Quapropter ad hanc rei memoriam renovandam huncce nummum, ut & alium inſcriptum DE PARTHEIS hoc anno de quo ibi dicturi ſumus, haud dubiè cudendum curavit Auguſtus.

Auguſtus parvulum Phrahatis filium à Tiridate beneficii loco acceptum, Romam ſecum adduxit, & obſidis loco habuit. *Dio lib.* 51. *pag.* 522. Quod à Dione ordine præpoſtero relatum eſt. Quo cognito, Phrahates legatos ſtatim ad Cæſarem mittit, ſervumque ſuum Tiridatem, & filium remitti ſibi poſtulat. *Juſtin. Epiſt. lib.* 42. *cap.* 5. Ita, cùm ipſe Tiridates ac Legati Phrahatis Romam adveniſſent, ſuarum controverſiarum cauſâ, in Senatum eos Auguſtus introduxit: ſed à Senatu litis cognitio ipſi eſt demandata *Dio lib.* 53. *pag.* 519. ARSAC. 231.

Cæſar Auguſtus, & legatione Phrahatis auditâ, & Tiridatis poſtulatis cognitis, (nam & ipſe reſtitui in

Arsac. 231. regnum deſiderabat, *Juris Romanorum futuram Parthiam* affirmans, *ſi ejus regnum numeris eorum fuiſſet*) *neque Tiridatem dediturum ſe Parthis*, dixit; *neque adverſus Parthos Tiridati auxilia* daturum. Ne tamen à Cæſare nihil per omnia obtentum videretur, Phrahati filium ſine pretio remiſit: *Epit. Trogi ibid.* Sed ut pro eo, captivos, ſignaque militaria Craſſi & Antonii, cladibus amiſſa reciperet. *Dio lib. 53. pag. 594.* Tiridati verò, quoad manere apud Romanos vellet, opulentum ſumptum præberi juſſit. *Trogi Epit. ut ſuprà.*

Arsac. 232. Auguſtus ancillam generis Italici, Thermuſam nomine, inter alia munera Phrahati dedit. *Joſeph. Antiq. lib. 18. cap. 3.* forſan ut in itinere parvuli Phrahatis filii curam haberet.

Thermuſa iſta primùm in concubinarum numero habita eſt; procedente deinde tempore, Rex obſtupefactus præcellenti formâ mulieris, ſuſcepto jam ex ea Phrahatace filio, legitimo thoro eam ſibi conjunxit. *Joſephus ut ſuprà.*

Arsac. 236. Artaxe Armeniæ Rege à propinquis dolo occiſo; (ut ex *Taciti Libro Ann. 2.* diſcimus) Artabazes ejus filius regnum occupavit: ſed cùm Armeniæ majoris populus illum accuſaret, Tigranemque fratrem ejus, qui tùm Romæ erat, evocaret; Auguſtus Tiberium accerſivit, ut Artabazem regno pelleret, Tigranemque ei præficeret. Tiberius, ab Armeniis ante ejus adventum occiſo Artabaſe, nihil ſuo apparatui reſpondens, perfecit. *Dio lib. 54. pag. 602.* ſed regnum Armeniæ Tigrani reſtituit, eique pro tribunali diadema impoſuit. *Sueton. in Tiberio cap. 8.*

Eam ob cauſam Auguſtus plurimos nummos argen-

teos ſignavit *Armeniâ receptâ*, & *Armeniâ captâ* inſcrip- ARSAC.
tos. En Lectori duo ad manus cetypa id genus nu- 236.
miſmata.



Interim Phrahates, quia nihil dum eorum, quæ pactus fuerat, perfeciſſet, veritus ne bello ab Auguſto impeteretur, ſigna ei militaria, & captivos omnes, paucis demptis, qui ſe ipſos pudore moti interemerant, aut in Parthiâ occultè remanſerant, miſit; eaque Auguſtus, quaſi bello aliquo Phrahatem viciſſet, accepit. Nam hanc rem magnæ ſibi laudi ducebat, quòd prœliis priùs amiſſas res, citrà ullum certamen recepiſſet. *Dio ut ſuprà, pag.* 601 & 602. Quâ de re Horatius, *lib.* 1. *Ep.* 12.

Armenius cecidit, jus Imperiumque Phrahates
Cæſaris accepit genibus minor.

Tiberius, dum in Armenia eſſet, ſigna militaria Auguſto remiſſa recepit. *Suet. in Tiberio cap.* 8. De quibus idem Scriptor iſta ait in Auguſto: „ Parthi quoque & Armeniani vindicanti facilè ceſſerunt: & ſigna mi- «
litaria, quæ M. Craſſo & M. Antonio ademerant, «

ARSAC. 236. „ repoſcenti reddiderunt ; obſideſque inſuper obtule-
„ runt ; denique, pluribus quondam de regno concer-
„ tantibus, non niſi ab ipſo electum comprobaverunt.
„ *Suetonius in Auguſto, cap.* 21.

ARSAC. 237. Auguſtus, Romam reverſus, ſacrificia, ob ſigna militaria à Parthis recuperata, decerni ; & templum Martis ultoris in Capitolio, in quo ſigna ea ſuſpenderentur, exſtrui juſſit ; ac deindè perfecit. *Dio lib.* 54. *pag.* 602. Quin etiam multos aureos & argenteos nummos, ne illius facti memoria excideret ; cudi præcepit. Duos hîc oculis Lectoris ſubjicimus.



In priore viſitur Parthus veſtitu patrio ornatus, genu flexo ſignum militare dextrâ gerens. In poſteriore verò Arcus Triumphalis tribus conſpiciendus fornicibus cernitur, in cujus faſtigio Auguſtus ipſe in Quadrigis ſtat, à duabus hinc & indè adſtantibus Victoriis coronandus. De Arcu autem iſto nullus meminit Scriptor : etſi certè triumphanti ob cives recuperatos Principi erectus eſt Romæ, tanquam æternum tem præclaræ rei monumentum.

De ſignis iſtis à Parthis recuperatis, atque in Templo Martis, ejus rei causâ, tribus poſteà annis conſtructo, ſuſpenſis loquitur Horatius *Epiſt. lib.* 1. *Epiſt.* 18. *ad Lollium.*

Sub

Sub duce, qui Templis Parthorum ſigna refixit. ARSAC. 243.

Intereà Thermuſa, quæ, quidquid vellet, Phrahati perſuadebat, cogitans filio ſuo Parthorum regnum adſtruere, intellexit ſe nihil effecturam, niſi ablegarentur legitimi Phrahatis filii. Perſuaſit igitur marito, ut Romam eos obſides mitteret: quod illis ſine cunctatione faciendum fuit, patre voluntati Thermuſæ tam obnoxio. *Joſephus Antiq. lib.* 18. *cap.* 3. Quod quidem Rex Parthus fecit, voluntati Thermuſæ nimiùm obtemperans; non autem metu Tiberii, qui tunc ad id adductus, ut vult Velleius Paterculus nimius Tiberii adulator. Joſephum enimverò confirmat Strabo, *lib.* 16. *pag.* 748. ut ex ſequentibus mox patebit.

Phrahates, vocato ad colloquium Titio, qui per id tempus Syriæ præerat, (ut ex eodem Joſepho liquet. ARSAC. 244. *Antiq. lib.* 16. *cap.* 12. & 13. nempè anno V. C. 742. poſtquàm ex Oriente Romam Agrippa reverſus eſt) quatuor ei filios legitimos obſides tradidit Seraſpadonem Cheroſpadem, (aut potiùs Rhodaſpem ex inſcriptione apud Gruterum, *pag.* 288.) Phrahatem & Vononem, duas eorum uxores, & filios quatuor: ſeditionem enim metuens, & ne ſibi inſidiæ ſtruerentur. Intelligebat enim neminem adverſum ſe prævaliturum, ſi neminem ex Arſacio genere metuendum haberet: propterea quòd Parthi valdè Arſaciorum ſunt amantes: filios itaque à medio amovit, volens ſpem omnem inimicis [illegible]erre. *Strabo ut ſuprà.*

[illegible]rè, ut inquit Tacitus *Annal. lib.* 2. ,, Phraha- [illegible]quam depuliſſet exercitus, duceſque Ro- " [illegible]os, cuncta venerantium officia ad Auguſtum "

Arsac. „ verterat : partemque prolis, firmandæ amicitiæ cau-
245. „ ſâ, miſerat; haud perindè noſtri metu, quàm fidei „ popularium diffiſus.

„ Auguſtus quodam muneris die Parthorum obſides „ tunc primùm miſſos per arenam mediam ad ſpecta- „ culum induxit; ſuperque ſe ſubſellio ſecundo collo- „ cavit. *Sueton. in Auguſto, cap.* 43.

Arsac. Tigrane Armeniæ Rege defuncto, Armenia à Ro-
250. manis defecit. Armenii autem è *Tigranis filiis* quemdam exoptabant. Itaque eam Auguſtus Provinciam Tiberio mandavit, Tribunitiâ priùs poteſtate ei in quinquennium conceſsâ. Attamen Tiberius Caii & Lucii filiorum Auguſti iram veritus, in eam non abiit; ſed in Inſulam Rhodum ſe contulit. *Dio lib.* 55. *pag.* 634. *&* 635.

Arsac. Juſſu Auguſti impoſitus eſt Armeniæ Rex Artavaſ-
251. des. *Tacit. Annal.* 1. (Is erat Artaxis & Tigranis defunctorum Regum frater minor.) Etenim, victo Rege Tigrane, Armenios in hoc unum ſervitutis genus Pompeius aſſueverat, ut rectores à Romanis acciperent. *Florus, lib.* 4. *cap.* 12.

Arsac. Tigranes verò Tigranis filius, paternum regnum
254. recuperare cupiens, à Phrahate auxilium popoſcit; eodemque tempore Armenii in ejus gratiam iterùm rebellarunt. Qua de re Velleius *lib.* 2. Parthus deſciſcens à ſocietate Romana, adjecit Armeniæ manum: & non ſine Romanorum clade Artavaſdes dejectus eſt. *Tacitus Annal.* 2.

Cùm Armenii defeciſſent, & à Parthis ju[illegible] ea redolens Auguſtus, quid ageret, ambigebat: [illegible] enim propter ſenectutem bellum gerere per ſe pote[illegible]

rat, neque alium ex potentioribus mittere audebat. Arsac.
Solus, cui bellum iſtud mandandum fuiſſet, Tibe- 254.
rius tunc Rhodi degebat: Caius verò & Lucius ado-
leſcentes adhuc erant, ideoque rerum imperiti. At-
tamen, urgente neceſſitate, Caium delegit Auguſtus;
datâ ei prius Proconſulari poteſtate; additoque, ut ait
Zonaras ex Dione, comite & rectore M. Lollio, viro
Conſulari, atque Orientis provinciis notiſſimo.

Caius Cæſar, ad Parthicum bellum profectus, cùm Arsac.
in Syriam adveniſſet, primùm contra Arabas movit, eâ 255.
potiſſimùm de causâ, ut gente iſtâ, quæ minùs belli-
coſa eſt, armis devictâ, Parthorum animi, illius vic-
toriæ nuntio frangerentur, Armeniique, finitimorum
auxiliis deſtituti, ad obſequium citiùs reverterentur.
Plinius hujus expeditionis mentionem facit. *lib. 6. cap.* 28.

De bellico Caii apparatu nuntio ad Parthos perla-
to, Phrahates ad Auguſtum miſit, apologiâ ſuper his,
quæ geſta erant, factâ, pacem poſtulans; cui per lit-
teras reſpondens Auguſtus, Armeniâ eum cedere juſſit.
Tigranes verò Armenius legationem tunc nullam ad
Auguſtum miſit. *Dio Leg. 39. Excerpt. ab Urſino Edit.*
Caius Arabiam tantùm proſpexit: deindè in Ægyptum
deſcendit, & per Palæſtinam in Syriam reverſus, ibi
Conſulatum iniit anno U. C. 754. Collegâ L. Æmilio
Paullo; ut teſtantur *Faſti Conſulares.*

Auguſtus Phrahati reſcribens, omiſſo *Regis Regum* Arsac.
titulo, eum Phrahatem tantùm nominaverat. Ille ni- 256.
hil territus, imò ſuperbè reſcribens, ſibi ipſi *Regis Re-
gum* titulo dato, Auguſtum ſolummodò Cæſaris vo-
cabulo affecit. *Dio lib. 55. pag. 636.*

Ex Cenotaphiis Piſanis ab Emin. Cardinale Noriſio,

Arsac. in lucem datis, eruitur Caium in hoſtili Parthorum
256. bellum geſſiſſe, ſuperato Euphrate, & eorum ditionem invaſiſſe. De quo Ovidius 1. *de remed. amoris*, mentionem facit: Caio victoriam augurans his verſibus.

Ecce fugax Parthus, magni nova cauſa triumphi,
Jam vidit in campis Cæſaris arma ſuis
Vince Cupidineas pariter, Parthaſque ſagittas:
Et refer ad patrios bina trophæa Deos.

Artavaſdes, quem ab Armeniis ejectum Caius, Auguſti juſſu, in regnum reducere conabatur, morbo oppreſſus, interiit. Tunc Tigranes, qui ab Armeniis
Arsac. vocatus, Parthis auxilia mittentibus, regnum invaſe-
257. rat; æmulo ſublato, Legatos cum muneribus ad Auguſtum miſit; nec Regis titulo in litteris uſus, ſupplex Imperatorem rogavit, ut, mortuo jam Artavaſde, regnum ſibi permitteretur. *Dio leg. 39. in Græc. à Fulv. Urſino edit.*

Cùm autem Caio injunctum fuiſſet, ut Artavaſdem, expulſo Tigrane, in Armeniæ regnum reduceret: defuncto Artavaſde, Caius dubius quid conſilii caperet, litteras ad Auguſtum dedit, quibus ſignificabat Parthorum Regem ad pacem inclinare: neſcire tamen ſe, quemnam Armeniis Regem præficeret. *Id. ibid.*

Auguſtus, donis à Tigrane acceptis, ac ſimul dubiam Parthici belli fortunam veritus, bona cum ſpe Tigranem in Syriam proficiſci juſſit ad Caium: ſperabat enim cuncta, quæ ex Republica fore [illegible]ſe facturum. Ille tamen in caſtra C. Cæſaris de[illegible] recuſavit; ſuſpicatus, ne, cùm ejus belli auctor [illegible]

ſet, quidpiam acerbius contra ſe à Cæſare ſtatueretur. Itaque ſatius duxit Armeniæ urbes, aucto præſidio munire: cùm Romani procul à regni finibus à Parthis in Syria diſtinerentur. *Id. ibid.*

Arsac. 257.

Phrahates, ſenio gravatus, (duo de quadraginta enim annis Parthis imperitabat) cùm ſe pleriſque primatibus odio eſſe intelligeret, veritus, ne per externi belli occaſionem domeſticum bellum à ſeditioſis conflaretur, conſilia de pace reſtauranda ſecum agitare cœpit. Artavaſdis autèm mors, ac miſſæ utrinque de pace litteræ, expeditioni jam contra Parthos feliciter ſuſceptæ, moras injecerunt. *Id. ibid.*

Cùm Caius litteras ab Auguſto recepiſſet, quibus ſignificabat ſe pacem cum Rege Parthorum conficiendam eâ lege probare, ut ex Armenia copias revocaret, ac omnem ejus regni curam Romanis dimitteret: limites verò utriuſque Imperii eoſdem ſtatui, qui antè fuiſſent. *Id. ibid.* Quamvis res contra Parthos ſuperiori æſtate geſtæ, ſpem prolatandi in Oriente Imperii multis injeciſſent.

Poſtquam pacis conditiones ab Auguſto tranſmiſſas Phrahati Caius ſignificavit, convenerunt ambo Principes, ut Rex Parthorum ad ripam Euphratis accederet, ad quam etiam Caius Cæſar deſcenderet; ac uterque æquato ſtipatorum numero ad colloquium veniret. Qua de re Velleius Paterculus teſtis oculatus inquit *lib.* 2. “Cùm Rege Parthorum juvenis excelfiſſimus in inſula, quam amnis Euphrates ambiebat, “
“ æquato utriuſque partis numero coiit. Quod ſpecta- “
“ culum ſtantis ex diverſo hinc Romani, illinc Par- “
“ thorum exercitus, cùm duo inter ſe eminentiſſima “

ARSAC. 257. „ Imperiorum & hominum coirent capita, perquàm „ clarum & memorabile, ſub initia ſtipendiorum „ meorum, Tribuno militum mihi viſere contigit..... „ Prior Parthus apud Caium in ripa Romana, poſ- „ terior hic apud Regem in hoſtili epulatus eſt. Quo „ tempore M. Lollii quem veluti moderatorem juventæ „ filii ſui Auguſtus eſſe voluerat; perfida & plena ſub- „ doli ac verſuti animi conſilia, per Parthum indi- „ cata Cæſari, fama vulgavit: cujus mors intra pau- „ cos dies fortuita an voluntaria fuerit, ignoratur. *Paterc. ibid.* Utut res eſt, menſe Maio pax cum Parthis redintegrata eſt.

ARSAC. 258. Caius de pace cum Parthis initâ, ad Auguſtum ſcripſit. Qui ubi primùm de morte M. Lollii certior eſt factus, alterum juventæ Caii moderatorem Publ. Sulpicium Quirinum ſtatim in Syriam miſit. Intereà Parthi ex Armeniâ receſſerunt: Caius verò in Syria hiberna egit. Quo tempore uſus Tigranes, cum ſuis ad bellum propulſandum ſe comparavit.

Vere Caius Armeniam ingreſſus, primo aditu res proſperè geſſit. *Paterculus ut ſuprà.* Eamque non incruento nec inulto tamen certamine, occupavit. *Teſte Floro lib. 4. cap. 12.* Pulſo autem vel capto Tigrane, (illud enim incertum eſt) Armenii devicti ſe ſubmiſerunt, ut narrat Tacitus *Annal.* [illegible]. his verbis: „ Tum „ Caius Cæſar componendæ Armeniæ deligitur. Is „ Ariobarzanem origine Medum, ob inſignem cor- „ poris formam & præclarum ani[illegible] [illegible]ntibus „ Armeniis præfecit.

Addus verò Artageræ urbis poſt Artaxata[illegible] puæ præfectus, ægrè ferens Tigranis Magni ſtirp[illegible]

à Regni Armeniæ poſſeſſione depulſatam, & Medum Arsac. 258.
hominem à Romanis Regem impoſitum; cives & alios
qui id non probarent, ad ſeditionem ſollicitavit.
Igitur palàm omnes ab Ariobarzane defecerunt. Caius
Cæſar Artageram urbem, rebellione intellectâ, cum Le-
gionibus Romanis obſidio cinxit. At cùm Addus illud
impigrè urgere Romanos animadvertiſſet, Cæſarem per
dolum occidere ſtatuit; ut Romani amiſſo duce, ab
urbe recedere cogerentur. Rem diverſo modo narrant
veteres Hiſtorici.

Paterculus in hoc exercitu Tribunus militum,
ita rem refert. „Armeniam deindè ingreſſus, primâ
parte introitus rem proſperè geſſit: mox in collo- "
quium, cui ſe temerè crediderat, circa Artageram "
graviter à quodam, nomine Adduo, vulneratus, ex "
eo, ut corpus minùs habile, ita animum minùs uti- "
lem Reipublicæ habere cœpit. *lib.* 2. Dio autem in- "
quit; Addus, qui Artageram tenebat, eum ad mœ-
nia pellectum, tanquam arcani aliquid dicturus, vul-
neravit. Ac is quidem urbe expugnatâ, captus eſt.
In excerptis à Zonara. Strabo autem, qui tunc tempo-
ris florebat, hæc ait. Artageras ad defectionem per-
duxit Ador, oppidi præfectus: Cæſaris autem duces
diuturnâ oppugnatione id ceperunt, muroſque deje-
cerunt. *lib.* 11. *pag.* 529. Florus verò rem aliter nar-
rat; ſed huic ſuperiores Scriptores ſunt præferendi.

Id ineunte Arſacidarum anno 259. accidiſſe vide- Arsac. 259.
tur ex diuturnâ obſidione. Caius autem ex vulnere in
parum firmam valetudinem incidit: ideòque relictâ
Armeniâ in Ariobarzanis poſſeſſione, Romam rever-
tens, Limyræ in Lyciâ pridie Kal. Martias obiit anno

ARSAC. 259. V. C. 757. Sex. Ælio Cato. C. Sentio Saturnino Coſſ.

Phrahataces, Phrahatis ex Thermuſâ filius, qui eâ inſtigante, Rex à patre fuerat deſignatus; tædioſum ratus expectare, dum ab ipſo decedente Imperium ſibi tradatur, unà cum ſceleratiſſimâ matre impiè adverſus parentem ſuum conjuravit. Atque ita Phrahates, per inſidias ſublatus, pœnam talionis luit, cum annos quadraginta regnaviſſet.

NUMMUS
ARSACIS PHRAHATIS IV.



Ex Museo nostro.

Caput Regis tiarâ unionibus ornatâ & diademate cincti, cum trabea : ex averſa parte figura cernitur Regis more ſolito ſedentis, arcumque dextrâ gerentis, cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ: id eſt, REGIS REGUM MAGNI ARSACIS ILLUSTRIS.

IDEM oris, qui in ſuperiore Rege Arſacidâ, habitus; quemque ad Orodem ſpectare ex ejus titulis diximus; præſertim verò naſi iſtius cum naſo hujus Principis ſimilitudo, nummum hunc Phrahati IV. ejus filio tribuendum eſſe, omnino perſuaſerunt. Opinionem noſtram confirmare admodùm videtur eadem tiara Perſica, unionibus triplice ordine intertextis, aliiſque retrò pendulis ornata; quam Orodem inter Parthos Reges primum uſurpaſſe obſervamus. Nihil eſt igitur cur filium imitari parentem voluiſſe demiremur.

Parthorum Reges, relicto nomine proprio, ut nos docet

Strabo *lib.* 15. *pag.* 702. omnes, in fundatoris Imperii memoriam, ſeſe *Arſaces* appellârunt. Solâ igitur ΑΡΣΑΚΟΥ appellatione in monetis exaratâ adprimè tunc noſcebantur: parùm ſolliciti, ſi olim à poſteris ex imagine ſolâ dignoſci facilè poſſent. Attamen noſtrum eſt ex diverſo oris habitu, ex barbâ, aut criſpâ, aut oblongâ, ex diademate, ex tiarâ, ex mitrâ, ex propriis atque illuſtribus epithetis, ac deníque ex Arſacidarum epochâ, alios ab aliis Principes diſcernere; in quantum diuturnus noſter in pertractandis antiquis nummis uſus nos edocuit.

Phrahates IV. cùm plurimis titulis inſigniendus fuiſſet, tùm ob ingentem M. Antonii Triumviri exercitum magna ex parte deletum, tùm ob Romanos in bello captos, ſignaque eorum militaria ſublata: ſolâ tamen *Magni* appellatione, quaſi hoc uno verbo omnia dixiſſet, contentus fuit. Cætera verò cognomina, velut Arſacidis propria, tantùm uſurpavit.

Duo ſunt in hujus Regis nummo obſervanda; alterum, quòd illa moneta adulterina ſit, nempè argenteâ laminâ æri ſuperinductâ; ad inſtar denariorum Antonii, quorum plùrimi ita adulterati occurrunt. Alterum quòd vox ΟΥΑΑΤƎΜ ita inverſo ordine exarata ab adulteratore ignaro, forſitan inſcripta fuerit.

Ut ſermonem de figura ſedente in averſa parte abſolvamus, hîc locus eſt de arcu, quem dextrâ extenſâ tenet, diſſerendi. Inſtrumentum eſt ex corio animalium confectum, quo ſagittæ emittuntur. Arcus autem dicitur ab arcendo, quòd eminùs arceat hoſtem, non cominùs propulſet, quemadmodum enſis, aut haſta.

Arcûs inventorem fuiſſe Apollinem ferunt, cui Neptunum ſagittas dediſſe, ut Pythium ſerpentem interficeret, narrat Hyginus *Fab.* 140. Eo armorum genere uſos fuiſſe Parthos nos docet Ovidius *Eleg.* 1. *lib.* 2. *Triſt.*

Num porrigit arcum
Parthus eques.

Certè Dio Phrahatem IV. cum ipſo arcu depingit, cùm ad eum, Praaſpis obſidione cinctis, Legatos miſit Antonius. AUREA enim SELLA SEDENS AC NERVUM ARCUS PULSANS Rex barbarus Antonii Legatos dicitur exceptiſſe.

ARSACES PHRAHTAEES V.

REX PARTHORUM XVI.



ARSACES XVI.

PHRAHATACES autem iſte hujus Regis filius erat ex Thermuſa Italici generis ancillâ Regi Partho ab Auguſto miſſâ, ut pueruli, quem Tiridates, è Regno Armeniæ expulſus, rapuerat, curam in itinere ſuſciperet. Phrahates, mulieris formoſæ amore captus, ipſam in uxorem duxit. At tanti beneficii immemor, fœmina regnandi cupida, contra maritum unà cum filio conſpiravit. Atque ita Phrahataces, annos circiter quinque & viginti natus, dum fratres ejus natu majores, Thermuſæ artibus, obſides Romæ detinentur; Parthorum regnum occupavit. ARSAC. 260.

Verùm cùm Regii parricidii à Phrahatace perpetrati paulatim increbuiſſet rumor; ipſeque inſuper ſtupri conſuetudinem cum matre Thermusâ habere crederetur: parricidio ſimul & inceſto exoſus popularibus; priuſquam ſuas confirmare vires poſſet, per tumultum pulſus interiit. *Joſephus Antiquit. Jud. lib.* 18. *cap.* 3.

Tùm verò nobiliſſimi Parthorum animadvertentes non poſſe ſine Rege, ipſorum Rempublicam conſiſtere; nec tamen volentes eligere alienum ab Arſacidarum ſanguine; putanteſque ſatis eſſe ſemel violatam regiam majeſtatem Italicæ mulieris libidinibus: Orodem per Legatos acciverunt. *Id. ibid.*

Igitur Phrahataces, ut ex Joſephi verbis conſtat, brevi temporis ſpatio, hoc eſt, per aliquot tantùm menſes, Parthorum regno potitus fuiſſe videtur. Quod quidem contigit ineunte, ut ſuprà diximus, anno

ARSAC. V. C. 757. anno verò Arſacidarum, ab Autumno
260. prioris anni Romani inchoante, 259. quo impiiſſimus iſte filius in tumultu populari ſimul cum Thermuſa matre occiſus eſt.

Breviſſimum Phrahatacis imperium nummos ejus rariſſimos reddit, quamvis novam vultu ejus inſignem monetam regni initio percuſſam fuiſſe, non dubitemus. Attamen inter Arſacidarum Regum, quos vidimus, nummos Rex facie adeò *juvenili nullus hactenùs* in noſtras incidit manus.

ARSACES XVII.

ORODES hujus nominis ſecundus, Arſacida quidem fuit, & regii generis; ſed quis fuerit ejus pater, quâque oriundus ſtirpe, planè ignoratur. Neque ampliùs liquet, quâ in regione degeret ipſe Orodes; cùm poſt Phrahatacis cædem, nobiliſſimi Parthorum ad eum Legatos miſêre, qui ad capeſſendum Parthicum Imperium ipſum à populis accerſitum eſſe nuntiarent. Arsac. 261.

Ubi primùm Parthici Regni habenas Orodes II. ſuſcepit; cùm vir eſſet intractabilis, & ad iram proniſſimus; ad ſubditorum cædes ſe convertit. Itaque propter nimiam crudelitatem multitudini, cujus parentes occiderat, inviſus, ab aliquot conjuratis eſt interfectus; & ut quidam tradunt, in convivio: ſolent enim perpetuò geſtare gladios. Ut verò à pluribus fertur, in venatione occiſus fuit.

Ità Orodes brevi admodùm tempore, ut innuit Joſephus, nimirum paucis tantùm menſibus, Parthorum Imperium occupavit. Quod itidem eruitur ex Suetonio *in Tiberio cap.* 16. his verbis. „ Data rurſùs poteſtas “ Tribunitia in quinquennium: delegatus pacandæ “ Germaniæ ſtatus: Parthorum Legati, mandatis Au- “ guſto Romæ redditis, eum quoque adire in Provin- “ ciam juſſi. “

Tiberius 5. Kal. Jul. ejuſdem anni V. C. 757. quo ineunte C. Cæſar & Phrahates defuncti fuerant, adoptatus ab Auguſto, Tribunitiam poteſtatem accepit. Itaque Phrahataces & Orodes non plus quàm an-

ARSAC. 261. num integrum ambo, ſcilicet, alius poſt alium, regnant: cum Legati Parthorum vere anni V. C. 758. Romam profecti, ab Auguſto in Germaniam ad Tiberium, in quâ hiemem tranſegerat, miſſi ſint, ut ab eo Imperii conſorte per Tribunitiam poteſtatem effecto etiam reciperentur.

Tacitus Annalium *lib.* 2. quâ de causâ illi Parthorum Legati ad Auguſtum miſſi fuerint, apertè ſatis exponit, dum ait: „Poſt finem Phrahatis & ſequentium Regum, ob internas cædes, venêre in urbem „Legati à primoribus Parthis; qui Vononem vetuſtiſ„ſimum liberorum ejus accirent. Magnificum id ſibi „credidit Cæſar; Vononem auxit opibus, & dimiſit.

ARSACES XVIII.

ARSACES VONONES. I.
REX PARTHORVM. XVIII.



In cim. Ill.æ Com.sæ de Verue ex num. arg. drach.

VONONEM, Phrahatis IV. Regis fi- Arsac.
lium ſeniorem, Romæ obſidem, quem 262.
per legationem ab Auguſto Regem ſibi dari expopoſcerant, Parthi accepere lætantes, ut fermè ad nova imperia. *Tacit. Ann. lib.* 2. nempè Arſacid. anno 260. Videbatur enim

ARSAC. 262. capax ejus fortunæ, quam ei duo maxima in terris offerebant imperia; externum ſimul & domeſticum. *Joſeph. Antiq. Jud. lib.* 18. *cap.* 3.

„ Attamen mox ſubiit pudor, degeneraviſſe Par-
„ thos, petitum alio ex orbe Regem, hoſtium artibus
„ infectum. Jam inter Provincias Romanas ſolium Ar-
„ ſacidarum haberi, darique. *Ubi illam gloriam trucidan-*
„ *tium Craſſum, exturbantium Antonium; ſi mancipium*
„ *Cæſaris, tot per annos ſervitutem perpeſſum, Parthis im-*
„ *peritet?* Accendebat dedignantes ſubditos & ipſe Vo-
„ nones, diverſus à Majorum inſtitutis; raro venatu,
„ ſegni equorum curâ; quoties per urbes incederet,
ARSAC. 263. „ lecticæ geſtamine, faſtuque erga patrias epulas.
„ Irridebantur & Græci comites, ac viliſſima utenſi-
„ lium anulo clauſa. Sed promti aditus, obvia co-
„ mitas, ignotæ Parthis virtutes, nova vitia; & quia
„ ipſorum Majoribus aliena, perindè odium pravis &
„ honeſtis. *Tacit. Annal. lib.* 2.

ARSAC. 265. Brevi igitur pœnitentia ſubiit Parthos naturâ mutabiles, & indignitatum impatientiſſimos. Dedignabantur enim facere imperata mancipii, ſic vocantes obſidem, & hâc appellatione exaggerantes ignominiam. Non enim belli jure ſibi Regem impoſitum; ſed, quod turpius ſit, per pacis contumeliam. *Joſephus Antiquit. Jud. lib.* 18. *cap.* 3.

His omnibus de cauſis inviſo deſpectoque Vonone,
„ Artabanus, Arſacidarum è ſanguine, apud Dahas,
„ Aſiæ populos Scythiam verſus mare Caſpium inco-
„ lentes, adultus excitur. Is tunc, Joſepho teſte, Mediæ Rex erat, at forſitan potiùs Scythiæ.

Paruit libenter Artabanus, & præſto fuit cum exer-

citu.

citu. Cui cùm occurriſſet Vonones primùm, manente etiam tùm in officio vulgo Parthorum; prælio victus Artabanus, retrò in Mediam repulſus eſt. Sed paulò poſt inſtauratus copiis, denuoque Parthorum ingreſſus fines, Vononem auſum confligere vicit egregiè; ita ut cum paucis equitibus in Seleuciam confugeret. Artabanus autem magnâ cæde graſſatus in profligatos Parthos, & clade attonitos, in Cteſiphontem ſe recepit cum victricibus copiis. Hoc igitur modo regnum adeptus eſt. *Joſephus Antiq. Jud. lib.* 18. *cap.* 13. Arsac. 268.

Hoc eodem, ut videtur, tempore „ Ariobarzane “
Rege morte fortuitâ aſſumto, ſtirpem ejus haud to- “ Arsac. 270.
leraverunt Armenii, tentatoque fœminæ imperio, “
cui nomen *Erato*; eâque brevi pulsâ; incerti, ſolu- “
tique, & magis ſine domino, quàm in libertate, “
profugum Vononem in regnum accipiunt. *Tacit. lib.* “
2. *Annal.* “

NUMMUS ARSACIS VONONIS I.



Ex Museo Ill^{æ} Com^{ssæ} de Verue.

Caput juvenile Regis barbati, & diademate cincti, ponè quod aquila ſurſum ſeſe attollens: ex aversâ parte, Rex imberbis ſedet, dextrâ arcum gerens, cum epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ; hoc eſt, Regis Regum Arsacis justi, benefici, illustris, amici Græcorum.

Parthorum Regum nummi, licèt omnes *Arſacis* appellatione prodeant, perſæpè tamen plurima præ ſe ferunt ad dignoſcendos ab invicem Reges adeò conducibilia, ut vel indè ſuus unicuique nummus adſignari facilè queat. Cùm autem in eo, de quo hîc agitur, nummo eadem prorsùs occurrant epitheta, quæ primi Arſacidæ, eorumque ſucceſſores, quoties egregium aliquod facinus edidiſſent, uſurpare ſoliti erant; ideoque peculiari hujuſce Regis nomini lucem afferre nullatenùs poſſint: ad juvenilem ejus vultùm, ut & ad aquilam, diademati ipſius velut inſiſtentem, confugiendum eſt.

Nemo erit, opinor, qui reclamandum putet, ſi ex juvenili Arſacidæ illius facie nummus hic Vononi, Phrahatis Romæ obſidis filio, adſignetur: quem pater, poſtquam Auguſto ſigna militaria, Craſſo atque Antonio erepta, reſtituiſſet; cum aliis tribus filiis, amicitiæ & fidei pignus, Romam miſit. Quòd ſanè aquila, diademati ejus quodammodo inſiſtens, videtur omninò denotare.

Ex Tacito ſuprà jàm obſervavimus poſt mortem Phrahatis IV. & ſequentium Regum, ob internas cædes, primores Parthos ad Auguſtum Legatos miſiſſe, oratum, ut Vononem Phrahatis Regis filium natu majorem, Romæ obſidem, ſibi Regem imponeret. Quòd cùm libenter Auguſtus annuiſſet, Vononem auxit opibus, & dimiſit.

Tot & tantis Imperatoris Romani beneficiis devinctus Vonones, ac præſertim eò quòd ejus conſenſu & gratiâ avitum recuperaſſet imperium; rei memor, Aquilam, Romani inſigne Imperii, ponè caput in nummis ſuis curavit apponi; ut regnum ſe à Romanis accepiſſe teſtaretur. Quod ſummoperè Parthis diſplicuit; cùm jam alioquin ipſum Romanorum moribus ferè omnibus imbutum ægrè admodùm ferrent. Ejus igitur imperata facere dedignati, pœnitentiâque ducti, alium ad ſe Regem accerſere decrevêrunt.

Rex ille imberbis ſedens in omnibus Parthorum Regum nummis drachmalibus argenteis ſemper occurrit, tanquam perpetuus Parthicæ monetæ typus. Quemadmodum enim in Ptolemæis Ægypti Regibus Aquila fulmini inſiſtens, ad Imperii eorum fortitudinem deſignandam obſervatur: ita & Arſacidæ Principes ad ſuam ex antiquis Regibus originem denotandam, hunc juniorem Regem appoſuerunt.

Arcum Rex tenet, quemadmodum omnes Parthi, cùm equites, tùm pedites; de quibus ſic Dio loquitur, *lib.* 40. *pag.* 142. Armatura eorum, uſuſque armorum talis eſt. Scuto nihil tribuunt, ſed ſagittis jaculiſque ipſi equites utuntur, armatique majori ex parte. Pedites inter eos pauci ſunt, iique infirmiores: ſed & ipſi ſagittarii, ad quod à pueritia exercentur: cœlo ipſis ſuo ac regione ad utrumque conducente. Regio enim plana ut plurimùm eſt, & cùm ad alendos equos, tùm ad equitandum aptiſſima.

ARSACES XIX.

ARSACES ARTABANVS . III.
REX PARTHORVM . XIX.



In Collectione Morelliana
ex num. arg. drach.

Arsac. 270. ARTABANUS maternâ origine Arſacida, ut ex *lib. 6. Annal. Taciti* diſcimus, apud Dahas primùm commoratus, deindè Mediæ Rex factus, teſte *Joſepho lib. 18. Antiq. cap. 3.* (Ibi tamen Scythiæ potiùs legendum; cùm Mediæ Atropatenæ Reges

adhuc ſucceſſores haberent, ut notat *Strabo pag.* 523.) ARSAC.
ad Regnum Parthicum adultus à primoribus accîtus, 270.
poſt Vononem ingenti clade profligatum, illud occupavit.

Ubi primum accepit Artabanus Vononem ab Armeniis receptum fuiſſe, atque etiam, miſſis Romam Legatis, Regnum illud affectare: potentiores Armeniorum Niphatem, montem inter Armeniam majorem & Meſopotamiam ſitum, incolentium ſollicitavit.

Ut vero Vonones repulſam paſſus eſt à Tiberio ARSAC.
pertæſo ignaviam hominis, & moto Parthi commi- 271.
nationibus bellum jam intentantis: cùm parum ſubſidii ſibi in Armeniis ſupereſſe; &, vel ſi Romanorum armis defenderetur, bellum adversùs Parthos neceſſariò ſibi ſuſcipiendum fore animadverteret, à Rectore Syriæ Cretico Silano excitus eſt. Deſtitutus ergo omni ſpe regnandi Vonones, quòd potentiores Armeniorum Niphatem incolentes ſequerentur factionem Artabani, huic Syriæ Præſidi Silano ſe dedidit. Is, reſpectu educationis, quæ illi Romæ contigerat, hominem apud ſe in Syria aſſervavit, cuſtodiâ circumdatum, manente tamen luxu & nomine regio. Armeniis autem Orodem unum è filiis ſuis Artabanus Regem impoſuit. *Joſephus lib.* 18. *Antiq. Jud. cap.* 3.

Cæterùm Tiberio haud ingratum accidit, turbari ARSAC.
res Orientis; ut eâ ſpecie Germanicum ſuetis Le- " 272.
gionibus abſtraheret, noviſque Provinciis impoſitum "
dolo ſimul & caſibus objectaret. *Tacit. Ann.* 2. *pag.* "
43. *Edit. Antuerp. in fol.* "

Tiberius igitur de Armenia apud patres diſſeruit, "
nec poſſe motum Orientem, niſi Germanici ſapien- "

ARSAC. 272. „ tiâ, componi. Nam ſuam ætatem vergere; Druſi „ nondum ſatis adoleviſſe. Tunc decreto Patrum, „ permiſſæ Germanico Provinciæ, quæ mari dividun„ tur, majuſque Imperium quoquò adiſſet, quàm his „ qui ſorte aut miſſu Principis obtinerent. Sed Tibe„ rius demoverat Syriâ Creticum Silanum, per adfi„ nitatem connexum Germanico. *Taci ibid. pag.* 58.

ARSAC. 273. Intereà Germanicus ad componendum Orientis ſtatum miſſus, Orodem Armeniæ Regem devicit. *Sueton. in Calig. cap.* 1. „ Armenii autem, maximis Im„ periis interjecti, ſæpiùs diſcordes ſunt, adverſus Ro„ manos odio, & in Parthum invidiâ. Fortè fortunâ „ Regem illâ tempeſtate non habebant, amoto Vono„ ne: ſed favor nationis inclinabat in Zenonem Pole„ monis Regis Ponti filium, quòd is primâ ab infantiâ in„ ſtituta & cultum Armeniorum æmulatus, venatu, epu„ lis, & quæ alia Barbari celebrant, proceres, ple„ bemque juxtà devinxerat. *Tacit. lib.* 2. *Ann. pag.* 64. „ Igitur Germanicus in urbe Artaxata, adprobanti„ bus nobilibus, circumfusâ multitudine, inſigne re„ gium capiti ejus impoſuit. Cæteri venerantes Regem, „ Artaxiam conſalutavêre, quod illi vocabulum indi„ derant ex nomine urbis. *Tacit. ibid. pag.* 64.

ARSAC. 274. „ Dùm hæc geruntur, ab Rege Parthorum Artaba„ no Legati ad Germanicum venerunt. Miſerat ami„ citiam ac fœdus memoraturos, & cupere renovari „ dextras; daturumque honori Germanici, ut ripam „ Euphratis accederet: petere interim ne Vonones in „ Syria haberetur, neu proceres gentium propinquis „ nuntiis ad diſcordias traheret. Ad ea Germanicus, „ de ſocietate Romanorum Parthorumque, magnificè:

de adventu Regis & cultu ſui, cum decore ac mo- " ARSAC.
deſtiâ reſpondit. " 274.

Vonones Pompeiopolim Ciliciæ, maritimam urbem, amotus eſt. Datum id non modò precibus Artabani, ſed contumeliæ Piſonis Syriæ Præfecti, cui gratiſſimus erat ob plurima officia & dona, quibus Plancinam ejus uxorem devinxerat. *Idem Tacitus pag. 65.*

In Ciliciam relegatus Vonones, corruptis custo- " ARSAC.
dibus, effugere ad Armenios, indè in Albanos He- " 275.
niochoſque & conſanguineum ſibi Regem Scytharum conatus eſt, ſpecie venandi. Omiſſis maritimis locis, avia ſaltuum petiit, mox, pernicitate equi, ad amnem Pyranum contendit, cujus pontes accolæ ruperant, auditâ Regis fugâ: (neque enim vado penetrari poterat.) Igitur in ripa fluminis à Vibio Frontone Præfecto equitum vincitur. Mox Remmius evocatus, priori cuſtodiæ Regis adpoſitus, quaſi per iram gladio eum tranſigit. *Idem Tacitus ibid. pag. 68.*

Suetonius de morte hujus Vononis ſic loquitur. Tiberius procedente mox tempore etiam ad rapinas convertit animum. Sat conſtat Cn. Lentulum Augurem, cui cenſus maximus fuerit, metu & angore ad faſtidium vitæ ab eo actum...... Sed & Vononem, Regem Parthorum, qui pulſus à ſuis, quaſi in fidem P. Romani cum ingenti gaza Antiochiam ſe receperat, ſpoliatum perfidiâ & occiſum. *In Tib. cap. 49.*

Germanico in Syria defuncto, Rex Parthorum Artabanus, & exercitatione venandi, & convictu Megiſtanum [*Megiſtanes ſunt Regni Proceres*] abſti-

Arsac. 276. „nuit : quod apud Parthos juſtitii inſtar eſt. *Id. Sueton. in Calig. cap.* 5.

Inciderunt in ea tempora graves motus Judæorum apud Meſopotamiam ac Babyloniam habitantium; cædeſque & calamitates innumeræ; quorum omnium malorum fons atque origo fuêre Aſinæus & Anilæus fratres, Neerdenſes patriâ, orbati patre, & à matre ad Textrini opificium adhibiti. Hos officinæ magiſter, apud quem artem didicerant, quod ſerius aliquando ad operandum acceſſiſſent, caſtigavit verberibus. Illi affectos ſe injuriâ credentes, detractis armis, quæ in ejus domûs pariete aſſervabantur, in quemdam ſe locum contulerunt, ubi fluvius ſcinditur, uberem paſcuis, & frugum cæterorumque fructuum, qui in hiemem reponuntur, valdè feracem. Ad eos mox confluxit juvenum quiſque egentiſſimus; quorum armis ſtipati, pro ducibus ſe gerebant; nemine maleficia cohibente. *Joſephus Antiquit. lib.* 18. *cap.* 12.

Arsac. 278. Cùm enim facti eſſent inexpugnabiles, & arcem ſibi conſtruxiſſent, dimiſſis exactoribus, tributa ab accolis colligebant. Quo factum eſt, ut, auctâ eorum potentiâ, ad quoſlibet incurſandos validiſſimi evaderent; nemoque vicinorum eos offendere, aut armis cum illis congredi auderet: adeò ut ad Parthorum quoque Regem rumor hæc detulerit. *Id. ibid.*

Arsac. 279. Satrapa autem Babyloniæ poſtquàm hæc audivit, malum, antequàm magis ac magis increſceret, opprimere exoptans, collecto quantum poterat è Parthis ac Babyloniis exercitu, properavit contra eos, cupiens ex improviſo opprimere; obſeſſâque palude, ſuos juſſit aliquantiſper quieſcere. Poſtridie verò, Ju-

dæis Sabbaticas ferias otio publico celebrantibus, ratus non auſurum hoſtem in certamen deſcendere, ſed nullo negotio vinctos ſe omnes abducturum; paulatim procedebat; ut derepente in eos irrueret. Verum Aſinæus correptis primus armis, ſuo exemplo ad ſimilem ſuos excivit audaciam, ad conſerendas tum hoſte manus eos animans. Et quia contemptim Satrapa veniebat, rem factam ſe habere putans; multis eorum cæſis; reliquos terga vertere coëgit. *Joſephus Antiquit. Jud. Lib.* 18. *cap.* 12. Arsac. 279.

Ejus pugnæ poſtquam ad Parthorum Regem fama pervenit; admiratus fratrum audaciam, adſpectum eorum colloquiumque concupivit, ac confeſtim ad eos miſit fidiſſimum è Satellitibus, qui, fide datâ, impunitatem & amicitiam eis offerret ipſius nomine: modò tamen venire ad ſe vellent. Tùm Aſinæus ipſe quidem profectionem diſtulit: fratrem verò Anilæum cum muneribus ad Regem miſit. Artabanus autem ſolum veniſſe Anilæum videns, rogavit, curnam domi reliquiſſet Aſinæum: cognitoque hunc metu intra paluſtria ſeſe continêre, porrectâ juveni dextrâ, ſecuritatem promiſit. Atque hoc pacto remittit Anilæum, perſuaſurum fratri, ut ſimul veniat. Hoc autem agebat Artabanus volens, conciliatis ſibi his fratribus, per Judæorum virtutem illas Satrapias in officio continere, quæ, occupato alibi Rege, videbantur ad defectionem ſpectare. Verebatur enim, ne, dum ipſe rebelles perdomat, Aſinæus, auctis apud Babyloniam viribus, ſive volentibus provincialibus, ſive invitis; à maleficiis non temperaret. *Idem Joſephus ibidem.*

ARSAC. 279. Paucis diebus interjectis, ambo fratres fidenter ad Artabanum perveniunt: quos ille perlibenter excepit; oſtenſumque inter epulas magiſtro militum Abdagaſi Aſinæum prædicavit, denarrans, quantâ fortitudine bella gerere ſoleat. Is cùm rogaſſet, ut, bonâ Regis veniâ, liceret illum interficere, pœnaſque tot maleficiorum de eo ſumere, quibus Parthos læſerat, negavit ſe Rex hoc permiſſurum in hominem, qui ſe credidiſſet ſuæ fidei, datâ dextrâ confirmatæ, & jurejurando adhibito. *Id. ibid.*

ARSAC. 280. Intereà Rex, datis mox muneribus, Aſinæum dimittit. Ille domum reverſus, caſtella partim nova condidit, partim, quæ prius habuerat, firmavit munitionibus:
ARSAC. 281. brevique in tantum auctus eſt, ut Meſopotamia tota ab ipſius penderet nutibus. *Id. ibid.*

ARSAC. 282. Artabanus, domitis rebellibus, bellum adversùs circumjectas nationes geſſit ex Tacito. *Annal. lib.* 6. quòd illos haud dubiè copiis adjuviſſent: interim Aſi-
283. næus dominatum ſuum in dies adaugebat, confirma-
284. batque; quantum ânte eum nemo alius, à talibus exorſus initiis: nec contentus honoribus Babyloniorum; à Parthorum quoque obſervabatur Ducibus, qui in vicinas Provincias cum imperio mittebantur.

Venerat fortè in Babylonicam regionem Parthorum
285. quidam dux cum conjuge, tam aliis dotibus, quàm inſigni formâ, laudatâ uſque ad miraculum. Hanc, ſive adſpectu, ſive famâ, cognitam adamavit Aſinæi frater Anilæus: &, cùm neque ſuis imperare poſſet cupidinibus, neque ulla alia ſpes eſſet potiundi muliere; bello maritum ejus petiit: primoque conflictu cæſo Partho, uxor in victoris poteſtatem & thalamum per-

venit : quod quidem magnarum calamitatum tam ipſi, quàm fratri fuit principium.. *Id. ibid.* Arsac. 286.

Et certè de tali connubio ambos fratres meritò objurgabant amici utriuſque primarii; indignum facinus dictitantes, contra Hebraïcæ gentis ritus ac leges ductam uxorem barbaram, deditam impiis patriæ ſuæ ſuperſtitionibus. Quare videndum, ne, dum corporis voluptati nimium indulgent, à Principatu excidant, quem divino favore conſecuti ſint.. Sed adeo nihil profectum eſt his admonitionbus, ut præcipuus quidam confoſſus ſit, dum liberiùs invehitur. Attamen, cùm majores in dies concurſus ad Aſinæum & vociferationes fierent, tandem hic ſuper ea fratrem admonuit, antè acta objurgans; & jubens, ut inpoſterum reſipiſcat, mulieremque domum ad cognatos ipſius remittat. Nihil tamen hâc admonitione effectum eſt : quia mulier ſentiens propter ſe murmur eſſe in populo; & verita ne Anilæo propter amorem ſui durius aliquid accideret; veneno Aſinæum ejus fratrem ſuſtulit; ſecura, quod ſub amatore judice impunè auferret hoc facinus. *Id. ibid.*

Cæterum Anilæus, ad ſe unum jam principatu redacto, cum exercitu impetum fecit in vicos Mithridatis, viri apud Parthos nobiliſſimi, qui in matrimonio habebat Artabani filiam; eoſque magnâ prædâ abactâ, populatus eſt : nam & pecuniam multam, & mancipia reperit, pecoraque, & res alias, quibus fortunæ poſſunt auctiores fieri. *Id. ibid.* Arsac. 287.

Mithridates vero, qui fortè non procul aberat, auditâ vicorum expugnatione, indignè ferens ultrò ſe ab Anilæo laceſſitum injuriâ; habitamque ludibrio ſuam dignitatem, judicans; excitâ juvenum manu, collectoque

ARSAC. 287. equitatu, quàm potuit, maximo, obviam profectus eſt, conflicturus cum Anilæo; &, cùm ad vicum quemdam ex ſuis perveniſſet, ibi quievit: quòd decreviſſet poſtridie Judæos aggredi Sabbato inſtante, quod illis religioſo otio colitur. *Id. ibid.*

Quâ de re præmonitus Anilæus à barbaro natione Syro, alterius cujuſdam vici incolâ, & inter cætera diligenter edoctus, quo loco Mithridates celebraturus eſſet cum ſuis convivium: juſſo curare corpus milite, noctu contra hoſtes properavit, ut inopinos opprimeret. Quò delatus circa quartam vigiliam, partim ſopitos occîdit, partim attonitos fugâ coëgit ſalutem quærere. Mithridatem etiam vivum captum ſecum abduxit, nudum ſuper aſinum impoſitum, quæ apud Parthos graviſſima habetur contumelia. Quem cùm ſic ad ſylvam quandam perduxiſſet, hortantibus amicis, ut illum interficeret; ipſi diverſum viſum eſt, neganti occidendum virum genere apud Parthos præcipuum, & honoratum affinitate regiâ. Atque ita Mithridates dimittitur. *Id. ibid.*

ARSAC. 288. Hic domum reverſus, ab uxore exceptus eſt convitio, quòd Regis gener, poſt acceptas à Judæis tot tam inſignes injurias, nunc captivus etiam vitam eis debere ſuſtineret precariam. Aut igitur, inquit, priſtinam virtutem recipe; aut Deos teſtor, quibus curæ eſt Regum dignitas, me tuâ conditione poſteà non uſuram. Mithridates partim non ferens quotidianum opprobrium, partim timens mulieris elatum animum, ne divortium faceret; invitus quidem, coëgit tamen quantas potuit copias; indignum ſe ipſe vitâ exiſtimans, ſi homo Parthus Judæis victoriam cederet. *Id. ibid.*

Anilæus verò, ubi cognovit adventare cum valido exercitu Mithridatem, turpe ducens continere ſe intra paluſtria, & ſperans fortunam contra hoſtes priori ſimilem, fretuſque milite jam aſſueto vincere; & ipſe contrà eduxit copias, cui, præter veteranos, multi tum etiam, prædæ cupidine, ſe adjunxerant, rati profligandum hoſtem, quàm primùm in conſpectum venerit. *Id. ibid.* Arsac. 288.

Progreſſos autem meridiano tempore per regionem inaquoſam ad 90. ſtadia; Mithridates adoritur æſtu & ſiti, laboreque itineris adeò feſſos; ut arma ægrè ſuſtinerent, ipſe recentibus viribus. Confeſtimque Anilæi militibus in fugam verſis; tanta ſecuta eſt cædes, ut multa virorum millia caderent. Anilæus autem, ſtipatus globo juvenum, effuſiſſimâ fugâ ſe in quandam ſylvam recepit, relictâ Mithridati lætiſſimâ victoriâ. *Id. ibid.*

Verùm ad Anilæum brevi confluxit magna multitudo perditorum hominum, qui licentiam pluris quàm propriam ſalutem facerent: itaque detrimentum, quod acceperat in prælio, ſuppletum eſt duntaxat numero. Neque enim conferendi erant cum illis, qui ceciderant; eò quòd eſſent rudes militiæ. Duxit tamen eos contra Babyloniorum caſtella, latèque omnia devaſtavit. *Id. ibid.* Arsac. 289.

Tùm Babylonii, reliquique hoſtes miſerunt Neerdam (hæc urbs erat Babyloniæ regionis) ad Judæos, qui Anilæum ad ſupplicium depoſcerent: quod cùm non impetrarent, neque enim illis integrum erat hominem dedere; ad pacem eos invitaverunt. Quibus tractationem de conditionibus pacis admittentibus, miſſi

ARSAC. ſunt, tam ab illis, quàm à Babyloniis Legati ad Anilæum.
289. Tùm Babylonii, perluſtrato diligenter loco, in quo ſe continebat Anilæus: clàm noctu irruunt in ſopitos & gravatos crapulâ; & impunè quotquot adepti ſunt, interficiunt, atque in iis ipſum Anilæum: cùm in tanta ille felicitate florentior in dies, annos amplius octodecim exegiſſet. *Id. ibid.*

ARSAC. Nunc ad Parthorum Regem Artabanum reverta-
291. mur. „ Is metu Germanici, fidus Romanis, æquabilis „ in ſuos; mox ſuperbiam in Romanos, ſævitiam in „ populares ſumpſit. Fretus bellis, quæ ſecunda adver- „ ſum circumjectas nationes excreverat; & ſenectutem „ Tiberii, ut inermem, deſpiciens; aviduſque Arme- „ niæ, cui defuncto Rege Artaxiâ, Arſacem libero- „ rum ſuorum veterrimum impoſuit, additâ contume- „ liâ. Et miſſis, qui gazam à Vonone relictam in Sy- „ ria Ciliciaque repoſcerent, ſimul veteres Perſarum „ ac Macedonum terminos, ſeſeque invaſurum poſſeſ- „ ſa Cyro, & poſt Alexandro; per vaniloquentiam ac „ minas jactabat. *Tacit. Ann. lib. 6. pag.* 156. Addit verò Dio Artabanum, cùm id à Tiberio impunè tuliſſet, Cappadociam quoque attentaviſſe, & ſuperbiùs tractaviſſe Parthos. Quâ de cauſâ non pauci ab eo defecerunt. *Lib. 58. pag.* 731.

ARSAC. „ Igitur C. Ceſtio, M. Servilio Conſulibus nobiles
292. „ Parthi Romam venere, ignaro Rege Artabano..... „ Parthis mittendi ſecretos eos nuntios validiſſimus „ auctor fuit Sinnaces, inſigni familiâ, ac perindè opi- „ bus; & proximus huic Abdus, ademtæ virilitatis. „ Non deſpectum id apud Parthos, ultròque poten- „ tiam habet. Ii adſcitis & aliis primoribus, quia ne-

minem gentis Arſacidarum ſummæ rei imponere poterant, interfectis ab Artabano pleriſque, aut nondum adultis; Phrahatem Regis Phrahatis filium Româ poſcebant. Nomine tantum & auctore opus, ut ſponte Cæſaris, ut genus Arſacis, ripam apud Euphratis cerneretur. Cupitum id Tiberio. Ornat Phrahatem, accingitque paternum ad faſtigium: deſtinata retinens; conſiliis & aſtu res externas moliri, arma procul habere. *Tacitus Annal. lib. 6. pag. 156.* ARSAC. 292.

Intereà cognitis inſidiis, Artabanus tardari metu, modò cupidine vindictæ inardeſcere. Et barbaris cunctatio, ſervilis: ſtatim exſequi, regium videtur. Valuit tamen utilitas, ut Abdum, ſpecie amicitiæ vocatum ad epulas, lento veneno illigaret: Sinnacem diſſimulatione ac donis, ſimul per negotia, moraretur. *Id. ibid.*

Phrahates apud Syriam, dum omiſſo cultu Romano, cui per tot annos inſueverat, inſtituta Parthorum ſumit, patriis moribus impar, morbo abſumptus eſt. Sed non Tiberius omittit incœpta. Tiridatem ſanguinis ejuſdem, æmulum Artabano, recuperandæque Armeniæ Hiberum Mithridatem deligit, conciliatque fratri Pharaſmani, qui gentile imperium obtinebat: & cunctis quæ apud Orientem parabantur, L. Vitellium præfecit. *Id. ibid.*

Ex regulis, prior Mithridates Pharaſmanem fratrem perpulit, dolo & vi conatus ſuos juvare; repertique corruptores, miniſtros Arſacis Armeniæ Regis, & Artabani filii, multo auro ad ſcelus cogunt; ſimul Hiberi magnis copiis Armeniam irrumpunt, & urbe Artaxatâ potiuntur. *Id. ibid.*

Arsac. 293.

Quæ poſtquàm Artabano cognita; filium Orodem ultorem parat, datque Parthorum copias, & mittit, qui auxilia mercede facerent. Contrà, Pharaſmanes adjungere Albanos, accipere Sarmatas, quorum Sceptruchi utrinque donis acceptis, more gentico diverſa induêre. Sed Hiberi locorum potentes, Caſpiâ viâ Sarmatam in Armenios raptim effundunt. At qui Parthis adventabant, facilè arcebantur, cùm alios inceſſus hoſtis clauſiſſet, unum reliquum, mare inter & extremos Albanorum montes, æſtus impediret. Quia flatibus Eteſiarum implentur vada, hibernus auſter revolvit fluctus, pulſoque introrsùs freto, brevia litorum nudantur. *Id. Tacit. ibid. pag.* 157.

Interim Orodem ſociorum inopem, auctus auxilio Pharaſmanes vocare ad pugnam, & detrectantem inceſſere, adequitare caſtris, infenſare pabula; ac ſæpè, in modum obſidii, ſtationibus cingebat; donec Parthi, contumeliarum inſolentes, circumſiſterent Regem, poſcerent prælium. Atque illis ſola in equite vis: Pharaſmanes & pedite valebat. Nam Hiberi Albanique ſaltuoſos locos incolentes, duritiæ patientiæque magis inſuevêre.

Cæterùm directâ utrimque acie, Parthus Imperium Orientis, claritudinem Arſacidarum: contraque ignobilem Hiberum, mercenario milite, diſſerebat. Pharaſmanes, integros ſemet à Parthico dominatu: quantò majora peterent, plus decoris victores; aut, ſi terga darent, flagitii atque periculi laturos: ſimul horridam ſuorum aciem, picta auro Medorum agmina: hinc viros; indè prædam oſten-

dere

dere. Enimverò apud Sarmatas non una vox Ducis: Se quiſque invicem ſtimulant, ne pugnam per ſagittas inirent; impetu & cominùs præveniendum. *Id. ibid.* Arsac. 292.

Variæ hinc bellantium ſpecies. Cùm Parthus ſequi vel fugere pari arte ſuetus, diſtraheret turmas, ſpatium ictibus quæreret: Sarmatæ, omiſſo arcu, quo breviùs valent, contis gladiiſque ruerent. Modò equeſtris prælii more, frontis & tergi vices: aliquando, ut conſerta acies, corporibus & pulſu armorum pellerent, pellerentur. Jamque & Albani Hiberique prenſare, detrudere, ancipitem pugnam Parthis facere. Quos ſuper eques & propioribus vulneribus pedites adflictabant. *Id. Tacit. ibid. pag.* 158.

Inter quæ Pharaſmanes Orodeſque, dum ſtrenuis adſunt, aut dubitantibus ſubveniunt, conſpicui eoque gnari, clamore, telis, equis concurrunt: inſtantiùs Pharaſmanes. Nam vulnus per galeam adegit; nec iterare valuit, prælatus equo; & fortiſſimis ſatellitum protegentibus ſaucium. Fama tamen occiſi falsò credita exterruit Parthos; victoriamque conceſſere. *Id. Tacit. ibid.*

Quo facto (addit Joſephus) & Armeniam denuò amiſerunt; &, pervadente totam eorum ditionem bello, nobiliſſimi quique ejus gentis ceciderunt unà cum Regis filio, & multis popularium millibus. *Antiq. lib.* 18. *cap.* 6.

Mox Artabanus totâ mole regni ultum iit. Peritiâ locorum ab Hiberis meliùs pugnatum. Nec ideò abſcedebat, nî, contractis Legionibus, Vitellius & ſubdito rumore, tanquam Meſopotamiam invaſurus, Arsac. 292.

Arsac. 292. metum Romani belli feciſſet. Tùm, omiſſa Armenia, verſæque Artabani res: inliciente Vitellio deſererent Regem ſævum in pace, & adverſis præliorum exitioſum. *Tacit. Annal. 6. pag.* 158.

Igitur Sinnaces, quem anteà infenſum memoravi, patrem Abdageſem, alioſque occultos conſulit, & tunc continuis cladibus promptiores ad defectionem trahit, adfluentibus paulatim qui metu magis, quàm benevolentiâ ſubjecti, repertis auctoribus, animum ſuſtulerant. *Tacit. Ann. 6. ibid.* Atque, ut addit Joſephus, Vitellius, etiam pecuniâ corruptis aliquot amicis & cognatis regiis, ipſum Artabanum conabatur occidere. *Antiquit. lib. 18. cap. 6.*

Ille, intellectâ fraude, nec ullum inveniens remedium, quòd ab optimatibus immineret periculum, habenſque ſuſpectos & eos, qui in fide manebant, quaſi benevolentiam fingeret, primâ quâque occaſione tranſituri in partes adverſas; fugâ ſe ad Satrapias ſuperiores ſervavit incolumem. *Id. Joſeph. ibid.*

Neque igitur jam aliud Artabano reliquum, quàm ſi qui externorum, corpori cuſtodes aderant, ſuis quiſque ſedibus extorres; quibus neque boni intellectus, neque mali cura; ſed mercede aluntur, miniſtri ſceleribus. His adſumptis, in longinqua & contermina Scythiæ fugam maturavit, ſpe auxilii: quia Hircanis Carmaniiſque per adfinitatem innexus erat. Atque interim poſſe Parthos abſentium æquos, præſentibus mobiles, ad pœnitentiam mutari. *Tacit. ut ſuprà Annal. 6. pag.* 158.

At Vitellius, profugo Artabano, & flexis ad novum Regem popularium animis, hortatus Tiridatem

parata capeſſere, robur Legionum, ſociorumque ri- « ARSAC.
pam ad Euphratis ducit. Sacrificantibus, cùm hic mo- « 292.
re Romano, Suovêtaurilia daret, ille equum placando «
amni adornaſſet; nuntiavêre accolæ Euphratem, «
nullâ imbrium vi, ſpontè & immensùm attolli: ſi- «
mul albentibus ſpumis in modum diadematis ſinua- «
re orbes; auſpicium proſperi tranſgreſſûs. Quidam «
callidiùs interpretabantur, initia conatûs ſecunda, ne- «
que diuturna: quia eorum, quæ terrâ cœlove por- «
tenderentur, certior fides: fluminum inſtabilis natu- «
ra, ſimul oſtenderet omnia, raperetque. *Id. ibid.* «

Sed Ponte navibus effecto, tranſmiſſoque exerci- «
tu, primus Ornôſpades multis equitum millibus in «
caſtra venit: exſul quondam, & Tiberio, cùm Dal- «
maticum bellum conficeret, haud inglorius auxilia- «
tor, atque ob id ab eo civitate Romanâ donatus. «
Mox repetitâ amicitiâ Regis, multo apud eum hono- «
re, præfectus campis, qui Euphrate & Tigre inclu- «
tis amnibus circumflui, Meſopotamiæ nomen acce- «
perunt. Neque multò poſt, Sinnaces auget copias: «
& columen partium Abdageſes, gazam & paratus «
regios adjecit. *Id. ibid. pag.* 159. «

Vitellius oſtentaſſe Romana arma ſatis ratus, mo- «
vet Tiridatem primoreſque: hunc, Phrahatis avi & «
altoris Cæſaris, quæ utrobique pulchra, meminerit: «
illos, obſequium in Regem, reverentiam in Romanos, «
decus quiſque ſuum & fidem retinerent. Exin cum «
Legionibus in Syriam remeavit. *Id. ibid.* «

Intereà Tiridates, volentibus Parthis, Nicepho- «
rium & Anthemuſiada, cæteraſque urbes, quæ Ma- «
cedonibus ſitæ, græca vocabula uſurpant, Halum- «

ARSAC. 292. „que & Artemitam Parthica oppida recepit: certantibus gaudio, qui Artabanum Scythas inter eductum ob ſævitiam exſecrati, & come Tiridatis ingenium Romanas per artes ſperabant. Plurimum adulationis Seleucienſes induere, civitas potens, ſepta muris, neque in barbarum corrupta, ſed conditoris Seleuci nomen retinens: Trecenti opibus, aut ſapientia delecti, ut Senatus. Sua populo vis; & quoties concordes agunt, ſpernitur Parthus: ubi diſſenſere, dum ſibi quiſque contra æmulos ſubſidium vocant, accitus in partem, adverſum omnes valeſcit. Id nuper acciderat Artabano regnante, qui plebem primoribus tradidit ex ſuo uſu. Nam populi imperium, juxta libertatem: paucorum dominatio, regiæ libidini propior eſt. Tum adventantem Tiridatem extollunt, veterum Regum honoribus, & quos recens ætas largiùs invenit. Simul probra in Artabanum fundebant, maternâ origine Arſacidem, cetera degenerem. Tiridates rem Seleucienſem populo permittit. *Id. ibid.*

„ Mox verò conſultans, quonam die ſolemnia regni capeſſeret, litteras Phrahatis & Hieronis, qui validiſſimas præfecturas obtinebant, accipit, brevem moram precantium. Placitumque opperiri viros præpollentes. Atque interim Cteſiphon, ſedes Imperii petita. Sed, ubi diem ex die prolatabant, multis coràm & adprobantibus, Surena patrio more Tiridatem inſigni regio evinxit. *Id. ibid.*

„ Quod ſi ſtatim Tiridates interiora, cæteraſque nationes petiviſſet; oppreſſa cunctantium dubitatio, & omnes in unum cedebant. Adſidendo caſtellum, in quod pecuniam & pellices Artabanus contulerat,

dedit ſpatium exuendi pacta. Nam Phrahates & Hiero, “ Arsac.
& ſi qui alii delectum capiendo diademati diem non “ 292.
concelebraverant, pars metu, quidam invidiâ in “
Abdugeſen, qui tum aulâ & novo Rege potiebatur, “
ad Artabanum vertêre. *Id. ibid.* “

In Hyrcaniâ repertus eſt, illuvie obſitus, & ali- “ Arsac.
menta arcu expediens. Ac primò, tanquam dolus “ 293.
pararetur, territus: ubi data fides reddendæ domi- “
nationis veniſſe; adlevatur animum, & quæ repen- “
tina mutatio, exquirit. Tum Hiero pueritiam Tiri- “
datis increpat: neque penes Arſacidem imperium; “
ſed inane nomen apud imbellem externâ mollitiâ: “
vim in Abdageſis domo. Senſit vetus regnandi arti- “
fex, falſos in amore, odia non fingere. Nec ultrà “
moratus, quàm dum Scytharum auxilia conciret, “
pergit properus, & præveniens inimicorum aſtus, “
amicorum pœnitentiam. Neque exuerat pædorem, “
ut vulgum miſeratione adverteret. Non fraus, non “
preces: nihil omiſſum, quo ambiguos illiceret, “
prompti firmarentur. *Id. ibid.* “

,, Jamque multâ manu propinqua Seleuciæ adven-
tabat, cùm Tiridates ſimul famâ, atque ipſo Arta- “
bano perculſus, diſtrahi conſiliis, iret contrà, an “
bellum cunctatione tractaret. Quibus prælium & “
feſtinati caſus placebant, dijectos & longinquitate “
itineris feſſos, ne animo quidem ſatis ad obſequium “
coaluiſſe diſſerunt: proditores nuper hoſteſque “
ejus, quem rurſum foveant. *Id. ibid.* “

,, Verùm Abdageſes regrediendum in Meſopota-
miam cenſebat, ut, amne objecto, Armeniis interim “
Elymæiſque, & ceteris à tergo excitis, aucti copiis “

ARSAC. „ ſocialibus, & quas dux Romanus miſiſſet, fortunam
293. „ tentarent. Ea ſententia valuit, quia plurima autoritas „ penes Abdageſen, & Tiridates ignavus ad pericula erat. „ Sed fugæ ſpecie diſceſſum, ac principio à gente Arabum facto, ceteri domos abeunt, vel in caſtra Artabani: donec Tiridates cum paucis in Syriam revectus, pudore proditionis omnes exſolvit. *Id. Taci ibid. pag.* 161.

Hoc pacto Artabanus, Scytharum auxilio, Tiridatem non magno labore expulit. *Dio lib.* 58. *pag.* 637.

„ Per idem tempus, teſte Suetonio, Tiberius Imperator Artabani Parthorum Regis lacerſitus eſt litteris, parricidia & cædes, & ignaviam, & luxuriam objicientis, monentiſque, ut voluntariâ morte, „ maximo, juſtiſſimoque civium odio quamprimùm „ ſatisfaceret. Poſtremò ſemetipſe pertæſus talis epiſtolæ principio, tantum non ſummam malorum ſuorum „ profeſſus eſt. „ Quin etiam paulò poſt ſupremum diem obiit: nempè 17. Kalend. April. anno V. C. 789. Cajuſque Caligula Germanici filius ei ſucceſſit. *Sueton. in Tiber. cap.* 66.

Ut Tiberii mortem reſcivit Artabanus, impunè Armeniam aggreſſus, Syriam quoque invadere inſtituerat, ut ex Dione patet *lib.* 59. *pag.* 760. Et certè huic inhians regno, cum Herode, Herodis Magni filio, Galilææ atque Peraæ Tetrarchâ ſocietatem inierat. Argumento erant ipſius Tetrarchæ apparatus, qui in armentariis ſuis tantum haberet armorum, quantum inſtruendis virorum ſeptuaginta millibus ſufficeret. Quæ quidem omnia comparâſſe credebatur Herodes, quòd Artabano Parthorum Regi faveret: nimirum, ut mi-

nori ille negotio, quam dudum adfectabat, Syriâ potiretur. *Joſephus Antiq. Jud. lib.* 18. *cap.* 9.

Primo igitur vere Artabanum cum ingenti exercitu Meſopotamiam ingreſſum Lucius Vitellius Syriæ Præſes, obviam ei derepente ad Euphratem factus, ita exterruit, ut in colloquium veniret, ac ſacrificare eum Auguſti & Caii (Caligulæ) ſtatuis cogeret: pacis conditiones, quæ ex uſu Romanis eſſent, daret; liberoſque ejus obſides acciperet. Hæc Dio *lib.* 59. Cui adſtipulatur Suetonius in vita Caligulæ *cap.* 14. ubi in hæc erumpit verba. „Namque Artabanus Parthorum Rex odium ſemper, contemtumque Tiberii præ ſe ferens, " amicitiam Caii ultrò petiit: venitque ad colloquium " Legati Conſularis: & tranſgreſſus Euphratem, aquilas & ſigna Romana, Cæſarumque imagines ado- " ravit. " ARSAC. 293.

Convenerunt ergo ad Euphratem Artabanus & Vitellius: ubi in medio pontis ſibi occurrerunt cum ſuo quiſque ſatellitio. Poſtquam autem de fœdere convenit, Herodes Tetrarcha utrumque excepit convivio: tabernaculo magno ſumptu erecto in medio fluminis. Nec multò poſt Artabanus miſit Caio filium Darium obſidem cum multis muneribus: inter quæ etiam virum ſtaturâ cubitorum ſeptem, genere Judæum, Eleazarum nomine; qui propter vaſtitatem gigas cognominatus eſt. Poſt hæc Vitellius Antiochiam rediit, Artabanus in Babyloniam. *Joſeph. Antiq. Jud. lib.* 18. *cap.* 6.

Tum Herodes Tetrarcha, volens primus nuntiare Cæſari de impetratis obſidibus; omnibus diligenter perſcriptis, miſit ad eum tabellarios, nihil amplius relinquens ſignificandum per Conſularem Præſidem.

ARSAC. 293. Quare ſupervenientibus Vitellii litteris, Cæſar reſcripſit, omnia ſibi jam antè eſſe cognita ex Herodis nuntiis. *Id. Joſeph. ibid.*

Recuperatâ ſalute, Caius Caligula, cùm in adverſam valetudinem rursùs incidiſſet, Darium Artabani filium cum multis aliis muneribus ab ipſo Romam ad ſe miſſum, ſumma cum lætitia recepit; ſecùmque, ut videtur, in Palatio aſſervavit.

Interim Herodes Galilææ atque Peræa Tetrarcha unà cum Herodiade uxore Romam adveniens, Puteolos appulit. Caius tùm fortè apud Baias verſabatur. (Id oppidulum eſt Campaniæ, quinque fermè ſtadiis à Puteolis diſſitum.) Dum autem Caium ibi ſalutat Herodes, Agrippæ Judææ Regis; ejus fratris, Ariſtobuli filii, litteræ afferuntur, quas, ipſo præſente, perlegit Imperator, accuſantes Herodem, quòd partibus Artabani faveret contra Caii novum Imperium. Quare Cæſar commotus, percontatus eſt Herodem, vera-ne eſſent quæ nuntiarentur de armorum numero? Quo annuente, neque enim vera negare poterat: ſatis approbatam putans defectionem, ademptam illi Tetrarchiam ad Agrippæ Regnum adjecit; pecuniâ quoque ejus huic inſuper attributâ. Herodem verò apud Lugdunum urbem Galliæ perpetuo damnavit exſilio. *Joſephus Antiquit. Jud. lib. 18. cap. 9.*

Per idem fermè tempus Caius novum atque inauditum genus ſpectaculi excogitavit. Nam Baiarum medium intervallum Puteolanas ad moles trium millium & ſexcentorum ferè paſſuum ponte conjunxit; contractis undique onerariis navibus, & ordine duplici ad anchoras collocatis, ſuperjectoque aggere terreno, ac

directo-

directo in Appiæ viæ formam. Per hunc pontem ultrò citròque commeavit biduo continenti. Primo die phalerato equo, inſigniſque quercicâ coronâ, & ſecuri, & cetrâ, & gladio, aureâque chlamyde. Poſtridie quadrigario habitu, curriculoque bijugi famoſorum equorum; præ ſe ferens Darium puerum ex Parthorum obſidibus: comitante Prætorianorum agmine & in eſſedis cohorte amicorum. *Suetonius in Calig. cap.* 19. De quo mentionem quoque facit Dio his verbis: Sequebantur eum inter reliquum apparatum ſpolia, & Darius, Arſacidarum generis, unus ex obſidibus Parthicis, tum amici ejus, ac ſocii in curribus, veſtibus floridis, ac exercitus etiam reliquus; ſinguli peculiariter ornati. *Dio lib.* 59. *pag.* 750. ARSAC. 294.

L. Vitellius, qui ex adminiſtratione Syriæ non mediocrem gloriam retulerat; poſt ſuffectum ei Petronium, accerſitus eſt Romam à Caio, ut interficeretur. Crimini enim ipſi dabatur, quòd Parthi Regem ſuum Tiridatem à Tiberio miſſum expuliſſent. *In excerptis Dion. ab Henr. Valeſio, clariſſimo doctiſſimoque viro editis. pag.* 670. ARSAC. 295.

Mithridates Hiberus, Armeniæ Rex, à ſubditis accuſatus videtur, quem Caius accercitum in vinculis Romæ priùs detinuit, ac demùm in exſilium pepulit: ut teſtatur Seneca *lib. de Tranquillitate cap.* 11. *Cui ſuffragantur Tacitus Annal. lib.* 11. *cap.* 8. *&* *Dio lib.* 60. *pag.* 769. Caius Romanorum Imperator occiſus eſt A. D. IX. KAL. FEB. anni V. C. 794. & ejus patruus Tib. Claudius à militibus electus eſt. ARSAC. 296.

Izates Adiabenes Rex, belli domeſtici metu, partem fratrum ſuorum unà cum propriis filiis Romam

ARSAC. 297. ad Claudium Imperatorem, partem ad Artabanum Parthorum Regem, mittit, futuros utrobique obſides. *Joſeph. Antiq. Jud. lib.* 20. *cap.* 2.

ARSAC. 298. Cæterùm Parthorum Rex Artabanus, cùm ſenſiſſet ſtructas ſibi inſidias à Satrapis, nec in ſuo regno diutiùs manere tutum exiſtimaret; ad Izatem Adiabenum conferre ſe decrevit, ejus conſilio quæſiturus ſalutem, & ſi fieri poſſet, reditum in patriam. Aſſumptis igitur cognatis & familiaribus circiter mille numero, incidit in Izatem in itinere, ex regio ſtrepitu ſibi cognitum, ipſe ei de facie non notus. Ad quem propiùs accedens, primùm adoravit more patrio; deindè in hæc verba erupit. Ne deſpicias me, Rex, tuum ſupplicem, neve contemnas opis indigum. Dejectus enim in privatam fortunam è regio faſtigio, ad tuum auxilium confugi. Quamobrem ad inſtabilitatem humanæ felicitatis reſpiciens, tuis quoque rebus proſpice, cùm intelligas, quibus omnes ſimus obnoxii caſibus. Si enim me inultum ſineris, animabitur in cæteros quoque Reges audacia inconditæ multitudinis. Hæc ille demiſſo vultu lachrymans. *Id. ibid.*

Izates autem, audito ejus nomine, videnſque adſtare ſupplicem Artabanum; ab equo deſiliit; &, Bono, inquit, animo eſto, Rex, nec turberis præſenti calamitate, quaſi immedicabili. Brevi enim finem habebit tua mœſtitia: invenieſque amicum & ſocium meliorem, quàm fortè ſperaſti hactenùs. Aut enim te in Parthorum regnum reſtituam; aut meum tibi cedam. *Id. ibid.*

Hæc locutus, impoſito in equum Artabano, pedes ipſe eum comitabatur, majori Regi hunc honorem

exhibens. Id Parthus Rex tulit permoleſtè, juravitque per futuram ſuam fortunam ac dignitatem; deſcenſurum ſe, niſi ille rursùm aſcenderet, & præcederet. Tùm alter, morem ei geſturus, in equum inſiliit; & perducto in ſuam regiam, omnem honorem habuit, in conſeſſibus ac conviviis honoratiorem locum ei tribuens; habitâ ratione non præſentis ejus ſtatûs, ſed dignitatis priſtinæ; reputánſque eadem poſſe cuivis mortalium accidere. *Id. Joſephus ibid.* Arsac. 298.

Scripſit etiam ad Parthos, ſuadens ut ſuum Regem reciperent; fidem ſuam interponens, non fore eum injuriarum memorem: paratus & jurejurando omnem illis dubitationem eximere. Parthi verò non recuſabant eum recipere; ſed poſſe ſe negabant; quòd jam principatum dediſſent alteri, nomine Cinnamo. Periculum enim eſſe, ne, altero revocato, omnia flagrarent bellis civilibus; Cinnamus autem, voluntate procerum cognitâ, cùm eſſet alumnus Artabani, & alioquin honeſto ingenio præditus, ſcribit ei, ut acceptâ à ſe fide, reverteretur, recepturus amiſſum dignitatis faſtigium. A quo ille perſuaſus rediit. *Id. ibid.*

Cinnamus autem obviàm profectus, adorato & Regis appellatione ſalutato, diadema ſuo capiti detractum impoſuit. Sic Artabanus Izatæ operâ, in regnum ſuum, undè ejectus à magnatibus fuerat, reſtitutus eſt. Nec fuit beneficiorum immemor, ſed affecit Izatem maximis qui apud ipſos habentur honoribus. Nam & tiaram rectam ei geſtare permiſit, & in aureo lecto cubare; quæ honoris inſignia conceſſa ſunt ſolis Parthorum Regibus, donavitque ei regionem magnam ac bonam, ademptam ditioni Regum Armeniæ; cui

Arsac. nomen eſt Niſibis. In eâ olim Macedones condide-
298. rant urbem Antiochiam, Mygdoniam cognomine. Atque hos honores Izates accepit à Parthorum Rege præmium. *Id. Joſephus ibid. Antiquit. Jud. lib.* 20. *cap.* 2.

Arsac Non multò poſt Artabanus deceſſit; poſtquàm octo
299. & viginti annos regnaſſet.

NUMMUS
ARSACIS ARTABANI III.



Ex Collectione Morelliana.

Caput Regis barbati, & diademate ornati; cujus collo circumvoluti duo ſerpentes ſurſùm ſe attollunt. Hinc & indè ſtella cernitur, facie Principis intermediâ. In vertice verò Luna creſcens. In averſâ parte Rex imberbis ſedet, arcum tenens; cum Epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΑΜΦΙΜΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ; hoc eſt, Regis Regum Arsacis, undique pugnatoris, benefici, illustris, amici Græcorum.

Singulare illud Epitheton ΑΜΦΙΜΑΧΟΥ in hujuſce Parthi Regis nummo exaratum omninò ſuadet, ut Artabano Tertio eum adſignemus. Vox enim illa, ex ἀμφὶ & μάχη compoſita, nihil aliud, quàm *circum circa*, ſeu *undique pugnatorem* ſignificat. Sin autem hujus Regis geſta animo perpendamus, eum ubique gentium acie decertaſſe reperiemus. Nempè primùm ad Parthorum Imperium à primoribus ac-

cîtus, contra Vononem acerrimè belligeravit: ac priori quidem prælio victus, cum majoribus redux copiis, ingenti certamine ſuperatum viciſſim Vononem, profligatumque è regno expulit. Dehinc remotiores quædam Provinciæ rebellârunt: quarum Satrapas ſimul & finitimas nationes, quæ iis opem tulerant, Artabanus perdomuit. Progrediente deindè tempore, Artaxe Armeniorum Rege demortuo, ut his populis Arſacem filium ſuum Regem imponeret; in Armeniam profectus, cum Pharaſmane Ibero armis decertavit. Tandem deficientibus à ſe Parthis, Artabanus, cùm in Scythiam aufugere coactus fuiſſet; ex eâ à Satrapis quibuſdam denuò revocatus, ut datum ab Imperatore Tiberio Parthiæ Regem Tiridatem debellaret, atque è ſolio detruderet: Scytharum cum auxilio depulit. Nulli ergò Regum Parthorum cognomen Α'μφιμάχου meliùs, quàm Artabano huic Tertio convenire nemo, opinor, poſthàc dubitabit.

Nunc verò, quidnam deſignent ſerpentes, regio circumvoluti collo, diſpiciamus. Nero Imperator cum ejuſmodi ferè ſerpente in æero mediæ formæ Nummo Antiochiæ percuſſo depingitur apud Patinum, *pag.* 112. *Edit. Argentorat.* 1671. Hic autem nummus adulatoriè ab Antiochenis fuerat conflatus ad conſervandam ſubſequentis fabulæ memoriam. Namque, neſcio quo auctore, emanaverat in vulgus, ut Sueto- „ nius tradit, miſſos à Meſſallinâ, uxore Claudii, qui me- „ ridiantem Neronem, quaſi Britannici æmulum, ſtranſgu- „ larent. Additumque fabulæ eſt, eoſdem, dracone è pulvi- „ no ſe proferente, conterritos refugiſſe. „ Cujus rei mentionem quoque facit Tacitus *in lib.* 11. *Annal.* his verbis: „ Vulgabatur adfuiſſe infantiæ Neronis dracones in modum „ cuſtodum: fabuloſa res, & externis miraculis adſimilata; „ nam ipſe, haud quaquàm ſui detractor, unam omninò anguem in publico viſam narrare ſolitus eſt. „ An ne igitur huic Artabano hocce, de quo hîc agitur, nummo, ſimilem adſtrui fabellam arbitremur? An potiùs Ammiano Marcellino adſtipulemur teſtanti Parthos in ſignis ſuis militaribus ſerpentes, quemadmodum ſuas Aquilas Romanos, prætuliſſe. Verùm, cùm conſuetudinis illius cauſam non adferat Ammianus; conſulamus Ælianum, qui *lib. de Animalibus cap.* 29.

refert ad primos Euphratis ortus ſerpentes quoſdam naſci externis hominibus inimiciſſimos, atque uſque eò infeſtos, ut eos morte mulctent: cùm nulli unquam indigenarum noceant. Quoniam autem Euphrates fluvius Imperii Romani, ſicut & Parthici, terminus tunc temporis habebatur: veriſimile eſt hoc nummo ſignificare voluiſſe Parthos, ſi modò fluvium tranſgredi Romani vellent; ejuſmodi ſe ſerpentes in eos immiſſuros, à quibus enecarentur. Atque ob eandem ſanè cauſam, nempè, ad terrorem hoſtibus incutiendum, Parthi eorumdem ſerpentum effigies in militaribus ſignis ſuis prætulerunt.

De Sole & Lunâ ad Mithridatis Tertii caput adpoſitis ſuprà jam in Regis illius vitâ diximus; adnotavimuſque talem faſtum proprium eſſe Regum Parthorum, adeò ſuperborum, ne inſanientium dicam, ut Solis ſe ac Lunæ fratres prædicarent. Aſt in hoc Artabani Tertii nummo, cùm duo dici nequeant Soles, duæ tantùm ſtellæ cernuntur cum Lunâ creſcente. Quod itidem nobis explicat Ammianus Marcellinus, *lib.* 17. ubi Arſacidas, ſeu Parthorum Reges, ut & Perſarum, PARTICIPES ſe SIDERUM dixiſſe tradit. Ita enim in Litteris ad Conſtantium Auguſtum Rex Perſarum Sapor ſeſe inſcribit: REX REGUM SAPOR, PARTICEPS SIDERUM, FRATER SOLIS ET LUNÆ, CONSTANTIO CÆSARI, FRATRI MEO, SALUTEM PLURIMAM DICO. Hæc verò inſignia juxta caput ſuum videtur nobis Artabanus ob id præcipuè incidi curaviſſe; ut, profligato Phrahatis IV. filio Vonone, quem è ſolio Parthorum deturbaverat, ſe quoque nobiliſſimâ Arſacidarum ſtirpe oriundum ſignificaret.

Denique imberbem illum Regem, ſellæ aureæ inſidentem, in Parthicis nummis, ad vetuſtiſſimam Arſacidarum originem declarandam, exhiberi ſuprà jam obſervavimus: ita ut argenteæ Parthorum Monetæ ſolitus atque etiam unicus typus perpetuò extitiſſe videatur.

ARSACES XX.

ARSACES . GOTARZES
REX PARTHORVM . XX.



In museo D. Vaillant D. M.
ex num. arg. drach.

ARSAC. 299. ARTABANO III. tres filii ſuperſtites fuêre; Gotarzes ſcilicet, Bardanes & Artabanus: ut ex Taciti *lib. Ann.* 11. diſcimus. Præterito verò Gotarze natu majore, Artabanus pater moriens Bardani teſtamento regnum reliquit; ut videre eſt apud Joſephum

phum, *Antiquit. Jud. lib.* 20. *cap.* 2. Attamen more gentili Gotarzes primogenitus à primoribus Parthorum prælatus eſt: & Bardanes, ne ſeditionem aliquam excitaret, longè ab urbe regiâ ſummotus eſt. *Tacitus ut ſuprà.* Arsac. 299.

Vixdùm Parthici Imperii habenas capeſſiverat Gotarzes, cùm ſubitò, quantâ eſſet præditus crudelitate, patefecit. De eo enim ſic loquitur Tacitus *in libro* 11. *Annalium.* „Inter Gotarzis pleraque ſæva (qui necem fratri Artabano, conjugique ac filio ejus præparaverat; undè metus ejus in cæteros) Parthi accivêre Bardanem.

Ille, ut erat magnis auſis promptus, biduo tria millia ſtadiorum invadit; ignarumque & exterritum Gotarzem proturbat: neque cunctatur, quin proximas Præfecturas corripiat, ſolis Seleucienſibus dominationem ejus abnuentibus. In quos ut patris ſui quoque defectores, irâ magis quàm ex uſu præſenti accenſus, implicatur obſidione urbis validæ & munimentis objecti amnis, muroque & commeatibus firmatæ. *Id. Tacitus ibid. lib.* 11. *Annal.*

Interim Gotarzes Daharum Hyrcanorumque opibus auctus, bellum renovat: coactuſque Bardanes omittere Seleuciam, Bactrianos apud campos, caſtra contulit. *Id. ibid.* Arsac. 300.

Tunc diſtractis Orientis viribus, & quonam inclinarent, incertis, caſus Mithridati Ibero datus eſt occupandi Armeniam. *Tacitus ibidem.* Is ipſe eſt Mithridates Iberus, quem, teſte Dione, Caius Caligula evocatum in vincula condiderat: quemque idem Imperator primùm in vinculis habuiſſe, ac demùm in

Arsac. 300. exſilium pepuliſſe dicitur apud Senecam *in lib. de Tranquillitate*. Hunc autem Mithridatem domum poſteà ad recipiendum regnum, ab Imperatore Tiberio Claudio remiſſum fuiſſe, tradit Dio *lib. 60. pag. 769.* Quod etiam confirmat Tacitus *in libro* 11. *Annalium*; dum refert eumdem, monente Imperatore Claudio, in regnum remeaviſſe, fiſum Pharaſmanis opibus: (Is erat Rex Iberorum, idemque Mithridatis frater) atque occupaviſſe Armeniam, vi militis Romani ad excidenda caſtellorum ardua, ſimulque Ibero exercitu campos perſultante. Nec enim reſtitêre Armenii; fuſo, qui prælium auſus erat, Demonacte præfecto. *Tacit. lib.* 11. *Annal. pag.* 168. „Paululum cunctationis attulit Rex minoris Armeniæ Cotys, verſis illuc quibuſdam procerum: deindè litteris Cæſaris coercitus. „Et cuncta in Mithridatem fluxêre, atrociorem quàm „novo regno conduceret. *Id. ibid.*

„ At Parthi Imperatores, cùm pugnam pararent, „fœdus repentè faciunt, cognitis popularium inſidiis, „quas Gotarzes fratri patefecerat. Congreſſique primò „cunctanter, deindè complexi dextras, apud altaria „Deum pepigere, fraudem inimicorum ulciſci, at„que ipſi inter ſe concedere. Potior Bardanes viſus „retinendo regno. At Gotarzes, ne quid æmula„tionis exſiſteret, penitùs in Hyrcaniam abiit. *Idem Tacitus ibidem.*

Eo igitur pacto dominatio rursùs penes ſolum Bardanem remanſit.

ARSACES XXI.

ARSAC. 300.

ARSACES BARDANES
REX PARTHORVM.XXI.



In Collectione Morelliana.
ex num. arg. drach.

VENTUM eſt jam ad BARDANEM: qui & VARDANES à quibuſdam Scriptoribus appellatur. Nos verò BARDANIS vocem, [illegible] veram, ac genuinam præponendam eſſe autumavimus: Parthorum Regum nummos ſecuti; inter quos ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΟΛΑΓΑ-

Arsac. 300. ΣΟΥ aut ΒΟΛΟΓΕΣΟΥ ſemper inſcribuntur ii, qui Vologesem Regem exhibent, ut infrà oſtendemus.

Is autem Bardanes contra fratrem Gotarzem, jam abhinc duobus annis regnantem, à Proceribus ad Parthicum Imperium accitus; fratre expulſo, illud occupavit. Undè ab eo tempore regni ejus annos quidam computant: ideò quòd penès Bardanem, quamvis à Gotarze bello ſæpiùs impetitum, ſummum tamen Imperium, Regiaque dignitas ſemper ad mortem uſque permanſerint. Nos verò Bardanis regni initium ei tantùm tempori adſcribemus; quo, pace inter ambos fratres initâ, Rex ab ipſo Gotarze conſtitutus ac renuntiatus eſt.

Arsac. 301. Sopitis internis ſeditionibus; Bardanes ad Seleucienſes, quos antè obſederat, domandos ſe accingit. Etenim, inquit Tacitus, regreſſo Bardani deditur Seleucia, ſeptimo poſt defectionem anno: non ſine dedecore Parthorum, quos una civitas tamdiu eluſerat. *Annal. lib.* 11. *cap.* 8.

Non abs re erit fortaſſis hîc commemorare quod Ammianus Marcellinus *in lib.* 23. *Hiſtor.* refert: nimirum Cteſiphontem pagum eſſe tribus millibus à Seleucia diſtantem: quem Vardanes priſcis temporibus inſtituit. Jam verò illi Ammiani loco alium hunc è Strabone ſubjungam. Babylon, inquit, olim Aſſyriæ fuit Metropolis: nunc Seleucia eſt, quæ ad Tigrim dicitur. Propè eam pagus maximus eſt, nomine Cteſiphon, in quo Parthorum Reges hiemabant; Seleuciæ parcentes, ne Scythicæ & militaris nationis hoſpitio adſiduo opprimeretur. Hic pagus

urbis potentiâ ac magnitudine eſt, cùm Parthorum Arsac.
multitudinem & apparatum omnem recipiat, ac ve- 301.
nalia & neceſſaria artificia illis ſuppeditet. Ibi Parthorum Reges in hieme propter aëris temperiem degere ſolebant: æſtatem verò in Hircaniâ & Ecbatanis agunt, propter antiquam loci, & adhuc durantem famam. Undè non conditam à Bardane Cteſiphontem, ſed tantùm arboribus circumſitam fuiſſe planè arbitrer, videlicet ad pagi illius exornationem. Et certè Ammianus Marcellinus notat Cteſiphontem poſteà à Pacoro Rege incolarum viribus amplificatam & mœnibus fuiſſe. Sed, quis fuerit hic Pacorus, ignoratur. Si clariſſimum virum Henricum Valeſium conſulamus; videtur eſſe Orodis Regis filius, qui à Ventidio Marci Antonii Legato interfectus eſt: qui, cùm Rex numquam fuerit, à quibuſdam tamen ſcriptoribus *Rex* vocatur.... Quòd ſi de hoc Pacoro, Orodis filio, loqui voluit Marcellinus; tùm falſum erit quod ſubjicit, ſupradictam urbem Græco cognomine Κτησιφόντα ab eo eſſe appellatam. Cteſiphontis enim appellatio Pacori illius ætate longè antiquior eſt: cùm à Polybio memoretur in hiſtoriâ illius belli, quod Antiochus Magnus cum Molone Mediæ Præfecto geſſit. Hæc Henricus Valeſius in ſuis ad Ammianum notis *pag. 371. Edit. Pariſ. in-fol.*

Cæterùm ut ad Bardanem revertamur; is, poſt Seleucienſes expugnatos, validiſſimas quoque Præfecturas invaſit. *Tacit. lib. 11. Annal. pag. 169.*

Aliqu[illegible]deindè temporis ſpatio interjecto, ad Izatem Adiabenorum Regem profectus Bardanes, ſuaſit ei, ut vellet ſibi belli adversùs Romanos gerendi

Arsac. 301. eſſe ſocius: quod tamen impetrare non potuit. Izates enim non ignorans quanta eſſet fortuna ac potentia Romanorum; ideoque Bardanem impoſſibilia tentare cenſens, à propoſito eum deducere conabatur; continenter denarrans illi eorum geſta atque potentiam: ratus ſe hoc modo abſterriturum eum à laceſſendi eos cupidine. *Joſephus Antiq. Jud. lib.* 20. *cap.* 2. Namque, teſte Tacito, illud præſertim Bardanes in animo habebat, ut recuperaret Armeniam; ni, ineunte vix anno V. C. 798. à Vibio Marſo, Syriæ Legato, bellum minitante, cohibitus foret. *Tacit. Annal. lib.* 11. *cap.* 8.

Rex Parthus, Izatis verbis offenſus, continuò bellum ei indixit; ex quo tamen nullum retulit operæ præmium. *Joſephus ibidem.*

Arsac. 302. Circa ea tempora Apollonius Tyaneus, in Indiam iturus, Babylone Bardanem adiit menſe ſecundo anni, à recepto regno tertii. Rex eum perhumaniter excepit, ſeque illum ſibi hoſpitem eſſe velle, & tecti Regii participem dixit. At cùm tantum Apollonius honorem recuſaſſet, annuit ejus votis Rex Parthus, ne quid ei afferret moleſtiæ. Diverſatus eſt ergo apud Babylonium, bonum virum, & aliàs generoſum. Jam verò cœnanti Eunuchus à Rege miſſus ſupervenit, qui Apollonium affatus, Rex, dixit, decem tibi munera donat; poteſtatemque facit, ut ea ipſe definias: rogat tamen, ut ne exigua petere velis: magnificentiam enim ſuam & tibi & nobis teſtatam eſſe cupit. Collaudatis igitur iis mandatis; quando itaque rogandum erit? interrogat. Craſtino die, reſpond[illegible] ſimulque diſceſſit. *Philoſtratus lib.* 1. *de vita Apollonii*, *cap.* 33. & 34.

Ex iis autem muneribus decem, ultrò ſibi oblatis, Arsac.
hoc unum dumtaxat à Rege petiit Apollonius, vide- 302.
licet, ut Eretriorum Græcorum miſereri tandem vellet. (Hi antè annos propemodùm quingentos ex Eubæa in regionem Medorum Ciſſiam, non longè à Babylone, fuerant à Dario deducti.) Apollonii igitur precibus victus Bardanes, Eretrios in amicorum numero habere cœpit; quod ad id uſque tempus, velut hoſtes ſuos Majorumque ſuorum, infenſiſſimos exiſtimaverat: ſtatimque dedit illis Satrapam virum frugi, qui rectè juſtèque res eorum diſponeret. *Philoſtratus lib.* 1. *de vita Apollonii cap.* 36.

Non multò poſt cùm quidam Syriæ Princeps Oratores ad Bardanem miſiſſet, de duobus vicis propè Urbem Zeugma; diceretque illos quondam Antiocho Deo, Seleucoque Callinico, ſub quibus rebellârant Parthi, paruiſſe: nunc ipſi eſſe obnoxios, quamvis tamen Romanis debeantur: & Arabas quidem atque Armenios vicis nullas moleſtias inferre: ipſum autem tanto ſpatio limites ſuos ſupergreſſum, exhaurire eos, quaſi ſuæ potiùs eſſent quàm Romanæ ditionis. Rex, ſecedere juſſis Oratoribus, dixit: Apolloni, Reges, quos illi modò nominârunt, Majoribus meis hos pagos conceſſere pro feris educandis, quæ à nobis captæ trans Euphratem ad eos mittuntur. Illi verò tanquam horum obliti, res novas ac planè iniquas moliuntur. Tibi ergo quid videtur ea ſibi velle legatio? Moderatam, ait Apollonius, ô Rex, cenſeo & juſtam: cùm quæ, te invito, etiam tenere poterant, utpote quæ ſint in eorum ditione poſita; bonâ tuâ voluntate acquirere tamen malint. *Philoſtratus lib.* 1. *de vita Apollonii cap.* 38.

Arsac. 302. Interea Bardanes in adverſam valetudinem incidit, quâ liberatus, Apollonium duxit Ecbatana. Cùm autem Rex vicis jura diceret, jactaretque apud Philoſophum, in una audienda cauſâ biduum ſe conſumpſiſſe: Tardè reſpondit ille, quod juſtum eſt inveniſti. Cæterum quatuor, immò octo ſupra annum menſes Apollonius apud Bardanem commoratus eſt; benignum & humanum eum ſemper expertus, longèque meliorem, quàm ut Barbaris imperaret. Diſcedenti verò Apollonio Rex camelos quatuor dedit, atque itineris ducem, qui eum in Indiam uſque comitaretur. *Id. Philoſtr. lib.* 1. *de vita Apollonii cap.* 41.

Eâ autem tempeſtate Medus, Principatum nuper adeptus, Bardanem ſine timore degere non ſinebat: (reditui, ut ſuſpicamur) Gotarzis exſulis favens. *Id. Philoſtr. lib.* 1. *cap.* 15. *&* 19.

Verùm Apollonius & ſocii ex Indiâ reverſi poſt octo menſes, Euphratiſque oſtia ingreſſi, per ipſum fluvium navigantes, ad Bardanem pervenêre: eumque Arsac. 303. qualem antea erant experti, denuò reperêre. *Idem Philoſtr. lib.* 3. *cap.* 58.

Interim Gotarzes pœnitentiâ conceſſi regni, & vocante nobilitate, cui in pace durius ſervitium eſt, contrahit copias. Et huic contrà itum ad amnem Erindem: in cujus tranſgreſſu multùm certato, pervicit Bardanes: proſperiſque præliis medias nationes ſubegit ad flumen Gindem, quod Dahas Arioſque diſterminat. *Tacit. lib.* 11. *Annal. cap.* 8.

Media Atropatia tunc ſubacta à Parthis videtur: namque exin Arſacidis Regibus ſemper paruit. Vonones Arſacida Artabani, ut videtur, frater minor &

Bardanis

Bardanis patruus, primus Mediæ Rex ex illa familia, ARSAC.
ab eo victore hoc anno conſtitutus eſt, quem poſteà 303.
Gotarze mortuo, ad Parthorum quoque regnum accerſitum fuiſſe videbimus.

„ Ibi autem (id eſt ad flumen Gindem) modus
rebus ſecundis poſitus. Nam Parthi, quamquam vic- “
tores, longinquam militiam adſpernabantur. Igitur “
exſtructis monimentis, quibus opes ſuas teſtabatur, “
nec cuiquam antè Arſacidarum tributa, illis de gen- “
tibus parta, regreditur: ingens gloriâ, atque eò “
ferocior; & ſubjectis intolerantior. Qui dolo ante “
compoſito, incautum, venationique intentum inter- “
fecêre, primam intra juventam: ſed claritudine “
paucos inter ſenum Regum; ſi perindè amorem “
inter populares, quàm metum apud hoſtes quæſi- “
viſſet. *Tacit. lib. Ann.*

Hæc Tacitus. Verùm apud Joſephum Parthi poſtquàm cognoverunt mentem Vardanis; & quòd Romanis bellum inferre decreviſſet; illo cæſo, Principatum ejus fratri Gotarzæ commiſerunt. *Joſeph. Antiq. Jud. lib.* 20. *cap.* 2.

Nece Bardanis turbatæ Parthorum res, inter “
ambiguos, quis in Regnum acciperetur. Multi ad “
Gotarzen inclinabant; quidam ad Meherdatem, “
prolem Phrahatis IV, obſidio Romanis datum. Dein- “
de prævaluit Gotarzes. *Tacit. Annal. lib.* 11. *cap.* 8. “
pag. 169.

Bardanes tres integros regnaviſſe annos ſolus, quartoque imperii ſui anno inchoato, ſupremum diem obiviſſe nobis videtur.

NUMMUS ARSACIS BARDANIS.



EX COLLECTIONE MORELLIANA.

Caput Regis barbati, diademate cincti, necnon trabeâ regali inſignis: ex averſa parte ſolita Regis imberbis figura ſedens arcum gerit, cum Epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΠΑΝΑΡΙΣΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ: id eſt, REGIS REGUM ARSACIS LONGE PRÆSTANTISSIMI, JUSTI, BENEFICI, ILLUSTRIS, AMICI GRÆCORUM.

CUI Parthorum Regi adſcribendus ſit hic nummus drachmalis argenteus, indicare nobis videntur, cùm effigies Regis vigenti ætate præditi; tum novum illud ΠΑΝ[illegible]ΡΙΣΤΟΥ epitheton. Quæ omnia ſimul Arſaci BARDANI [illegible]prime conveniunt. Si enim ab Artabani III. ob[illegible]anis, [illegible] ejus, regnum omne attento animo expendimus, eum intra mediam hominis ætatem decepiſſe planè agnoſcamus: quod quidem vultus illius, ut neque ſenilis, ita neque admodùm

junior ſatis arguit. Adde ad hoc, quòd oris habitu is ab aliis Parthorum Regibus ſit omninò diſſimilis.

Jam verò longa Parthorum Regum ſeries, ſolo Arſacis nomine, ſicut & aliis *Juſti*, *Benefici*, *Illuſtris*, & *Amici Græcorum* ſolitis titulis inſignita effecerat, ne à diverſis Parthicæ ditioni ſubditis nationibus Reges alii ab aliis probè ſecerni poſſent. Eam igitur ob cauſam, præter memoratos titulos, ſingularem quempiam, quo ſe à Prædeceſſoribus Regibus diſtinguerent, nonnulli tandem ſibi adrogarunt.

Ita in hoc nummo Bardanes *Πανάειστον* ſe appellat, id eſt, *longè præſtantiſſimum*. Quod epitheton bellatoris, victoriſque Regis proprium, Bardani eam ob cauſam optimè convenit. Ille enim à proceribus accitus, fratrem Gotarzen è ſolio depulerat: Seleuciam poſt defectionem receperat: Medos Atropatenos in Parthorum ditionem redegerat: plurimas alias gentes ſuo addiderat Imperio: bellumque Romanis ipſis minitatus, Armeniam mox erat recuperaturus; niſi Adiabenæ Rex Izates auxilium illi denegâſſet. Ergò hunc *Πανάειστου* titulum non immeritò adſumptum ſibi à Bardane fuiſſe fatendum eſt.

Rex imberbis ſedens, in aversâ parte nummorum argenteorum minimæ formæ tanquam ſolitus Parthicæ monetæ typus ſemper conſpicitur. Eum mitrâ ornatum eſſe ſuprà jam diximus: quod capitis tegumen proprium fuiſſe Regum aiunt. Porrò Parthi ipſi aliquo etiam capitis tegumento utebantur; nec aperto capite incedebant, veluti Romani. Unde Martialis, de Parthis loquens, *lib.* 10. *Epigr.* 71. ait:

Ad Parthos procul ite Pileatos.

Vide pilei illius formam in nummis Imperatoris Auguſti, qui SIGNIS RECEPTIS inſcribuntur cum Parthi procumbentis in genua, ſignumque militare gerentis effigie.

A. L[illegible]ra in area nummi infrà arcum exarata, initialis eſt no[illegible] urbis, in qua cuſus eſt nummus. At cùm in [illegible] nummis, tam argenteis quàm æreis, hæc littera ſæpiſſime deinceps eſt proditura: An urbs illa ſit aut *Apamea*, aut *[illegible]ſacia*, an verò alia quædam, hîc non inveſtigabimus; verùm in ſubſequentibus Regibus quænam ea eſſe poſſit, fuſiùs inquiremus.

Gg ij

ARSAC. 303.

ARSACES GOTARZES

ITERUM.

GOTARZES*, Artabani III. filius natu maximus, ob ſævitiam à patre teſtamento prætermiſſus fuerat. Verùm regni Primores, more Majorum, Principatum ei detulerunt. Is autem, ad regale evectus faſtigium, ingenitâ ſibi crudelitate, paſſim ſævire in omnes cœpit. Quâ re animadversâ, Parthi Bardanem ejus fratrem juniorem, ab Artabano parente Regem renuntiatum, adverſus eum acciverunt. Aſt hoc quoque à proceribus ob nimiam erga populares ſævitiam in venatione occiſo; rurſus ad Arſacidarum imperium revocatus eſt Gotarzes; ſperantibus populis quòd tanti fortunæ caſus eum ad mitiorem tandem dominatum reduxiſſent.

ARSAC. 304. Attamen vix Regiâ potitus eſt Gotarzes, cùm in eos omnes, qui Bardanis partibus nimiùm faverant, crudeliter admodùm animadvertit. Itaque non multò poſt, ut notat Tacitus, per ſævitiem ac luxum adegit Parthos mittere ad (Claudium) Principem Romanum occultas preces, quis permitti Meherdatem patrium ad faſtigium orabant. Tacit. *Ann. lib.* 11. id contigiſſe narrat, an. V. C. 800. quo Ludi ſæculares Romæ ab Imperatore Tiberio Claudio editi ſunt.

ARSAC. 305. Non injucundum erit, quæ ſuper hâc lega[illegible]ne addit Tacitus, hîc referre. „ Legati Parthorum [illegible]
„ ad expetendum Meherdatem miſſi, Senat[illegible] in-
„ grediuntur, ac mandata in hunc modum incipiunt.
„ Non ſe fœderis ignaros, nec defectione à familia

Arſacidarum venire : ſed filium Vononis, nepotem “ ARSAC.
Phraahatis, accerſere adverſùs dominationem Go- “ 305.
tarzis, nobilitati plebique juxtà intolerandam. Jam “
fratres, jam propinquos, jam longiùs ſitos, cædi- “
bus exhauſtos : adjici conjuges gravidas, liberos “
parvos ; dum ſecors domi, bellis infauſtus, igna- “
viam ſævitiâ tegat. Veterem ſibi ac publicè cœptam “
cum Romanis amicitiam : & ſubveniendum ſociis “
virium æmulis, cedentibuſque per reverentiam. “
Ideò Regum obſides liberos dari ; ut, ſi do- “
meſtici Imperii tædeat, ſit regreſſus ad Principem “
Patreſque ; quorum moribus aſſuefactus Rex melior “
adſciſceretur. *Tacitus lib.* 12. *Annal. pag.* 189. “

Ubi hæc, atque talia Legati Parthorum diſſer- “
tavere ; incipit orationem Claudius Cæſar de faſti- “
gio Romano, Parthorumque obſequiis : ſeque Divo “
Auguſto adæquabat, petitum ab eo Regem referens, “
omiſsâ Tiberii memoriâ, quanquam is quoque mi- “
ſerat. Addiditque præcepta, (etenim aderat Meher- “
dates) ut non dominationem & ſervos, ſed recto- “
rem & cives cogitaret ; clementiamque ac juſti- “
tiam, quantò magis ignota barbaris, tantò tolera- “
tiora capeſſeret. Hinc verſus ad Legatos, extollit “
laudibus alumnum urbis, ſpectatæ ad id modeſtiæ : “
ac tamen ferenda Regum ingenia, neque novi cre- “
bras mutationes. Rem Romanam huc ſatietate glo- “
riæ provectam, ut externis quoque gentibus quie- “
[illegible] datam. *Id. ibid.* “

Poſt hæc Claudius C. Caſſio, qui Syriæ præerat, “
deducere juvenem ripam ad Euphratis jubet. Caſſius “
iſte ſucceſſor datus fuerat Vibio Marſo, anno V. C. “

Arsac. 305. ,, 798. ut confirmat Imperatoris Claudii nummus, quem ,, poſſideo; in averſâ cujus parte legitur: ΕΠΙ ΚΑΣΣΙΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ., ET. 49. Sub Caſſio Antiochenſium anno 94. Epocha Antiochena cœpit ab Autumno anni V. C. 705. Quare annus ejuſdem 94. incipit ab Autumno anni V. Romæ 798. Arſacidarum verò 301. Nummus alter vulgatus eſt ab Em. Cardinale Noriſio, *in lib. de Epoch. Syromac. Diſſ.* 3. *pag.* 153. cum Epigraphe: ΕΠΙ ΚΑΣΣΙΟΥ ΑΝΤΙΟΚΕΩΝ, ET. 59. ſub Caſſio Antiochenſium, anno 96. qui quidem annus reſpondet anno Arſacidarum 301.

,, Eâ autem tempeſtate C. Caſſius cæteros præemi- ,, nebat peritiâ Legum. Nam militares artes per otium ,, ignotæ; induſtrioſque ac ignavos pax in æquo tenet. ,, Attamen quantum ſine bello dabatur, revocare priſ- ,, cum morem, excercitare legiones, curâ, proviſu, ,, agere perindè ac ſi hoſtis ingrueret. Ita dignum ma- ,, joribus ſuis, & familiâ Caſſiâ ratus, per illas quoque ,, gentes celebratâ. Igitur excitis quorum de ſententiâ ,, petitus Rex, poſitiſque caſtris apud Zeugma, undè ,, maximè pervius amnis; poſtquàm illuſtres Parthi, ,, Rexque Arabum Abgarus advenerat; monet Meher- ,, datem, Parthorum impetus acres contatione lan- ,, gueſcere, aut in perfidiam mutari. Itaque urgeret ,, cœpta. *Id. ibid.*

Arsac. 306. ,, Hoc tam prudens conſilium nihilominùs [illegible]etum ,, eſt fraude Abgari; qui juvenem ignarum, [illegible]ſum- ,, mam fortunam in luxu ratum, multos per [illegible] atti- ,, nuit apud oppidum Edeſſam (Regiam [illegible] vo- ,, cante Carrhene, promptaſque res oſtentante, ſi citi ,, advenîſſent, non cominùs Meſopotamiam, ſed fluxu

Armeniam petunt, id temporis importunam; quia hiems occipiebat. *Id. ibid.* ARSAC. 306.

Exin nivibus & montibus feſſi, poſtquàm campis propinquabant, copiis Carrhênis adjunguntur. Tranſmiſſoque amne Tigri, permeant Adiabenos, quorum Rex Izates ſocietatem Meherdatis palàm induerat, in Gotarzen per occulta & magis fida inclinabat. Sed capta in tranſitu urbs Ninos vetuſtiſſima ſedes Aſſyriæ, caſtellum inſigne famâ, quod poſtremo inter Darium atque Alexandrum prælio, Perſarum illic opes conciderant. *Id. ibid.*

Interea Gotarzes apud montem, cui nomen Sambulos, vota Diis loci ſuſcipiebat, præcipuâ religione Herculis: qui tempore ſtato, per quietem monet Sacerdotes, ut templum juxta, equos venatui adornatos ſiſtant. Equi, ubi pharetras telis onuſtas accepêre, per ſaltus vagi, nocte demùm vacuis pharetris, multo cum anhelitu redeunt. Rurſus Deus, quas ſylvas pererraverint, nocturno viſu demonſtrat: reperiunturque fuſæ paſſim feræ. *Id. ibid.*

Cæterùm Gotarzes, nondùm ſatis aucto exercitu, flumine Cormâ pro munimento uti. Et quanquam per inſectiones & nuncios ad prælium vocaretur, nectere moras, locos mutare, &, miſſis corruptoribus, exuendam ad fidem hoſtes emercari. Ex quîs Izates Adiabenus, mox Abgarus Arabum, cum exercitu abſcedunt; levitate gentili, & quia experimentis cognitum eſt, barbaros malle Româ petere Reges, quàm habere. *Id. ibid.*

At Meherdates validis auxiliis nudatus, cæterorum proditione ſuſpectâ, quod unum reliquum, rem

ARSAC. 306. » in caſum dare, prælioque experiri ſtatuit. Nec de- » trectavit pugnam Gotarzes, diminutis hoſtibus ferox. » Concurſumque magnâ cæde, & ambiguo eventu : » donec Carrhenem, profligatis obverſis, longiùs evec- » tum integer à tergo globus circumveniret. Tum, om- » ni ſpe perditâ, Meherdates promiſſa Parrhacis pa- » terni clientis ſecutus, dolo ejus vincitur, traditurque » victori. Atque ille non propinquum, neque Arſacis » de gente, ſed alienigenam & Romanum increpans, » auribus deciſis vivere jubet, oſtentui clementiæ ſuæ » & in Romanos dehoneſtamento. *Id. ibid. Tacitus lib.* » 12. *Annal. pag.* 190.

Dein, Tacito teſte, Gotarzes morbo obiit ; quem tamen Joſephus paulò poſt ſublatum per inſidias fuiſſe narrat, *Antiq. Jud. lib.* 20. *cap.* 2. Poſtquàm primò annum unum & aliquot menſes ; iterumque tres annos atque aliquot adhuc menſes, id eſt, quinque omninò annos regnaviſſet.

NUMMUS

NUMMUS
ARSACIS GOTARZIS.



Ex Museo nostro.

Caput Regis barbati & diademate cinƈti : ex averſâ parte Rex imberbis ſedens dextrâ arcum gerens, cum Epigraphe : ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ ; id eſt, Regis Magni Arsacis Benefici Illustris Amici Græcorum.

Quoniam Arſacidarum Nummi omnes perpetuâ ΑΡΣΑΚΟΥ voce inſigniuntur, ſuum unicuique Regi nummum non admodùm facile eſt adſignare. Cuinam igitur ex iis Regibus hoc numiſma adjudicaremus, aliquandiu dubii hæſimus. Media tamen ætas hujus Regis, eademque prorſus oris lineamenta, quæ in Bardanis nummis, mirum in modum nos impulerunt, ut hunc Gotarzi nummum attribueremus : cùm præſertim in tota hac Arſacidarum Regum ſerie, pauci ſuperſint, qui non peculiari quodam cognomine alii ab aliis diſtinguantur.

In ſuperioribus nummis exponendis ſingulare aliquod ac novum epithetum, ad ſingulos Arſaçidas Reges dignoſcendos plurimum lucis afferre ſuprà jam obſervavimus. Quippè ex uniuſcujuſque hiſtoria facta quædam eliciuntur, quæ hujus aut illius denominationis cauſas reddant. In Gotarze verò vox illa ΜΕΓΑΛΟΥ præ cæteris; & quidem loco ſuperbæ appellationis ΒΑΣΙΛΕΩΝ, quæ in titulis ejus deeſt, arrogantiæ potiùs, quàm rerum geſtarum claritudinis veriſimilitudinem præferre videretur; niſi tamen parile nobis in Mnaskire exemplum ſeſe offerret.

ΜΕΓΑΛΟΥ cognomen Mithridati II. ob res bello præclarè geſtas à Parthis inditum eſt. Qui huic in regnum ſucceſſit Mnaskires, Magni quoque nomen accepit, ob victoriam quam de Competitore ſuo retulerat. Gotarzes verò, quamvis à Tacito dicatur ſocors domi, bellis infauſtus, ignaviamque ſævitiâ tegens, quia tamen à quibuſdam proceribus petitum Româ Regem Meherdatem ingenti prælio ſuperaverat; Mnaskiris exemplo, Magnum ſe, itidem appellavit, eâ præſertim de causâ, quòd in ſua poteſtate Meherdatem haberet auribus detruncatum, in odium ac ludibrium Romanorum.

In omnibus argenteis Parthorum Regum nummis drachmalibus, idem Rex imberbis cum arcu, ut ſæpiùs jam dictum eſt, obſervatur. Quo armorum genere Parthi Imperii ſui fines dilatârunt, ſeſeque contra omnes ſuos hoſtes ſtrenuè defenderunt. De iis ait Lucanus *lib.* 1.

Et miſsâ Parthi poſt terga ſagittâ.

Tantum autem terrarum poſſidebant, tantarumque gentium dominabantur Parthi, ut ob imperii ſui magnitudinem Romanorum quodammodo potentiam adæquarent. Quod innuit Strabo *lib.* 11. Siquidem duodeviginti regna habebant ſuæ ditioni ſubjecta, ut diſcimus ex Plinio, *lib.* 6. *cap.* [illegible]

ARSACES XXII.

ARSACES VONONES. II.
REX PARTHORVM. XXII.



In Collectione Morelliana
ex num. arg. drach.

VONONES hujus nominis ſecundus, ad Parthorum Imperium poſt mortem Gotarzis accitus eſt. An verò filios reliquerit Gotarzes, prorsùs ignoratur: &, ſi qui fuerint, ii certè ad Regale faſtigium haud pervenêre. Licet enim regnum apud Parthos Arsac. 306.

proculdubio hereditarium fuerit, obſervandum eſt tamen eos Populos Regum ſuorum filios in puerili ætate
ARSAC. 306.
conſtitutos ad ſolium nunquam ferè evexiſſe; ſed ad provectiores ætate Arſacidas nimirum ad Patruos, ſi modò proximiores nulli eſſent, Regiam dignitatem ut plurimùm tranſtuliſſe. Quod Vononi huic noſtro accidiſſe quoque veriſimile eſt.

Gotarzis frater Bardanes, quem primam intra juventam obiiſſe refert Tacitus, filios etiam habuiſſe nobis videtur, qui, cùm pueri adhuc eſſent, gubernando regno parùm idonei ſunt exiſtimati. Atque ob eam ſanè cauſam Parthi patruum eorum Gotarzem, quem tamen, ob crudelitatem, regno jam ſpoliaverant, revocare iterùm maluerunt, in eam ſpem adducti; fore ut tanti fortunæ caſus eùm ad mitiorem tandem dominatum reducerent.

Quin Arſacida fuerit Vonones, haudquaquàm revocandum eſt in dubium. Nullus eſt enim in Parthorum Hiſtoria tam parùm verſatus, qui neſciat ad Parthicum Regnum, niſi Arſacidam, neminem unquam accerſiri. Verùm, quo conſanguinitatis gradu cum Gotarze ac Bardane fuerit conjunctus, nunc nobis eſt inquirendum.

De Vonone hæc Tacitus *lib.* 12. *Annal.* „ Dein Gotarzes morbo obiit, accitusque in Regnum Vonones „ Medis tùm præſidens. Quo in loco intelligendi ſunt Medi Atropatii, ſeu Atropateni; ita dicti ab Atropato Darii Satrapa, ab Alexandri Ducibus non ſuperato. Hi Populi proprios ejuſdem ſtirpis Reges, uſque ad Bardanem habuerant; à quo, ut ſuprà diximus, cùm Imperio Parthico noviſſimè ſubjecti fuiſſent, ante annos

quatuor Regem etiam acceperant Arſacidam Vononem, ipſius Bardanis, ſi nos haud fallit conjectura, patruum; ſcilicet, parentis ſui Artabani III fratrem. Siquidem hic in nummis ſuis prolixâ admodum barbâ ſenex exhibetur: ita ut filios habere potuerit ætatis ad regna adminiſtranda idoneæ, quemadmodum infrà videbimus. Arsac. 206.

Gotarzi Vologeſem ſubſtituit. Joſeph. *Antiq. lib.* 20. *cap.* 2. eumque fratrem illius appellat; præterito Vonone, quem tamen patrem fuiſſe Vologeſis Tacitus affirmat. In eum autem errorem Joſephus videtur incidiſſe, quòd forſitan paulò poſt Parthorum Imperium acceptum deceſſerit Vonones; nullâ re memorandus. Undè non mirum eſt, ſi Vologeſem Judæus Scriptor pro Gotarzis fratre acceperit.

Et certè hæc de Vonone addit Tacitus: Nulla huic proſpera aut adverſa quis memoraretur. Brevi & inglorio Imperio perfunctus eſt. *Annal. lib.* 12. *ut ſuprà.* Cùm igitur per aliquot tantùm menſes Parthorum Regnum occupaverit, nihil memoratu dignum reliquit; præſertim, cùm bella civilia nuper ſopita eſſent.

Vonones moriendo tres reliquit liberos; Vologeſem filiorum natu maximum, ex Græca ſuſceptum pellice: Pacorum verò & Tiridatem ex legitima uxore natos: quorum conceſſu Parthis imperavit. Hic autem, Joſepho teſte, duobus germanis, eodem ſecum patre genitis, Regina diſtribuit; Pacoro grandiori Mediam minorem; Tiridati juniori Armeniam. *Joſephus Antiq. Jud. lib.* 20. *cap.* 2.

NUMMUS
ARSACIS VONONIS II.



Ex Collectione Morelliana.

Caput Regis prolixâ barbâ inſignis, mitrâque unionibus refertâ cum pendulis ſuis oblongis, & latiore quàm in cæteris diademate ornati: ex averſâ parte ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΑΡΣΑΚΟΥ ΜΙΤΡΑΗΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ; id eſt, Regis magni Arsacis mithrati illustris, amici Græcorum. Rex ſolitus imberbis in ſella ſedens, dextrâ extenſâ arcum gerit.

Singularis ΜΙΤΡΑΗΤΟΥ in hujuſce Parthorum Regis nummo appellatio aliquem certè ex Arſacidis peculiariter deſignat. Verùm ad quemnam pertineat, non aliundè, quàm ex privatâ illorum hiſtoriâ depromere licet. Sed, antequàm inquiramus, cur hic Arſacida Mitratus in ſuis titulis vocatus ſit, mitræ vocis ſignificationem indagare non alienum abs re forſan videbitur.

MITRA latinè, & ΜΙΤΡΑ græcè, probatiſſimis Scriptoribus voces ſunt planè diverſæ. Et primò quidem mitra

Calepino dictio eſt barbara, quâ ſignificatur quoddam capitis ornamenti genus. Tiara Dioni, Cidaris Plutarcho dicta. Μίτρα verò apud Græcos faſcia eſt, vel diadema. Illa enim ait lib. 3. Diodorus de Baccho loquens: ad retundendos capitis ex nimio potu dolores, mitrâ, id eſt, faſciâ, caput obvelavit Bacchus, μιτρηφόρου nomen indè adeptus. Quæ quidem faſcia, & diadematis poſtmodùm geſtandi exemplum Regibus ſubminiſtravit. Ita hic Arſacida à diademate ſuo paululùm ab aliis diverſo, vel à mitrâ capitis ornamento variegato, ſeu verſicolore, ΜΙΤΡΑΗΤΗΣ à verbo μιτράω, vel μιτρόω, potuit appellari.

Nummus hic nulli Parthorum Regi niſi Mitrato aſſignari poteſt. Orodes Primus & ejus filius Phrahates IV, mitrâ quidem ornati prodiêre: ſed rationem cur illam geſtaverint, protulimus: at cùm ratio illa ad ullum alium Arſacidarum ſpectare meritò nequeat, in Arſacem Vononem ſatius cadere videtur; qui è Mediæ regno ad Parthorum Imperium accitus, antiquum capitis ornatum, Medorum Regum proprium retinere voluit; ideoque ſe Mitratum nuncupavit; cùm mitra illa à Parthicâ ſit planè diverſa, tam redimiculis longioribus, quàm diademate aliquantulùm latiore.

Cæterùm Media illa, Mediæ magnæ ad Arſacidas pertinentis pars erat, ab Atropato duce, qui obſtitit ne Macedonum in poteſtatem veniret, Atropatena dicta. Hæc mitræ uſum ab ipſis ad Perſas tranſlatum ſervaverat. Ipſa verò nuper à Bardane Vononis fratris filio ſubacta, patruo jam ſeni, & filios adultos habenti, conceſſa fuerat. Undè primus ex Arſacidis Vonones, Mediæ imperans, ad Parthorum ſolium accitus, de inducto à ſe mitræ Medicæ uſu indubitanter gloriatus eſt.

Neque verò miretur Lector, ſi nummos aliquot Parthorum Regum proferamus, quorum hiſtoria vix meminit. Nummorum enim materiam antiquiſſimis codicibus longè præcellentiorem ac durabiliorem eſſe nemo neſcit. Atque idcircò Arſacidarum geſta non ſuppeditant libri, quæ ſuperſtites eorum monetæ nobis ſubminiſtrant.

Cognomen ΜΕΓΑΛΟΥ pleriſque Arſacidarum adeò familiare evaſit, atque commune, ut jam, cur tam multi

illud ſibi adaptârint, afferri cauſa haud quaquàm poſſit.

De Regis imberbis in ſellâ ſedentis, atque arcum gerentis, typo ſæpiùs jam diximus; eumque ad Arſacidarum originem ab antiquis Regibus deducendam, uſurpari ſolitum oſtendimus.

ARSACES XXIII.

Arsac. 307.

ARSACES VOLOGESES. I REX PARTHORVM XXIII



In Collectione Morelliana ex num arg. tetradr.

VOLOGESES, Vononis filius, poſt breve patris imperium, conceſſu Pacori & Tiridatis fratrum, Parthicum regnum ſuſcepit: ut diſcimus ex Taciti *Annal. lib.* 12. *cap.* 44. Mòxque Pacoro grandiori frátri Mediæ regnum, quod habuerat à Bardane pa-

ARSAC. 307. truo eorum pater Vonones, conceſſit. *Joſephus Antiq. Jud. lib.* 20. *cap.* 2.

„ „Eodem tempore, inquit Tacitus, bellum inter „ Armenios Iberoſque exortum, Parthis quoque ac „ Romanis graviſſimorum inter ſe motuum cauſa fuit.... „ Iberos Pharaſmanes vetuſtâ poſſeſſione, Armenios „ frater ejus Mithridates obtinebat opibus Romanis. „ Erat Pharaſmani filius nomine Rhadamiſtus, decorâ „ proceritate, vi corporis inſignis, & patrias artes „ edoctus, clarâque inter accolas famâ. Is modicum „ Iberiæ regnum ſenectâ patris detineri ferocius „ crebriuſque jactabat; quàm ut cupidinem occultaret. „ Igitur Pharaſmanes juvenem potentiæ promptæ, & „ ſtudio popularium accinctum, vergentibus jam annis „ ſuis metuens, aliam ad ſpem trahere & Armeniam „ oſtentare, pulſis Parthis datam Mithridati à ſemet „ memorando; ſed vim differendam, & potiorem do- „ lum, quo incautum opprimerent. *Tacit. Annal. lib.* 12. „ *cap.* 44.

„ Ita Rhadamiſtus, ſimulatâ adverſus patrem diſ- „ cordiâ, tanquam novercæ odiis impar, pergit ad „ patruum, multâque ab eo comitate in ſpeciem li- „ berûm cultus, primores Armeniorum ad res novas „ illicit; ignaro & ornante inſuper Mithridate. Recon- „ ciliationis ſpecie aſſumptâ, regreſſus ad patrem, quæ „ fraude confici potuerint prompta, nuntiat, cætera „ armis exſequenda. *Idem cap.* 45.

„ Interim Pharaſmanes belli cauſas confingit. Præ- „ lianti ſibi adverſus Regem Albanorum & Romanos „ auxilio vocanti fratrem adverſatum; eamque inju- „ riam excidio ipſius ultum iturum. Simul magnas

copias filio tradidit. Ille eruptione ſubita territum exutumque campis Mithridatem compulit in caſtellum *Gorneas*, tutum loco ac præſidio militum; quîs Cælius Pollio Præfectus, Centurio Caſperius præerat. Rhadamiſtus fruſtrà, vel cum damno tentatis munitionibus, obſidium incipit. Et quamvis negligeretur, avaritiam Præfecti emercatur: obteſtante Caſperio ne ſocius Rex, ne Armenia donum Populi Romani, ſcelere & pecuniâ venderentur. Poſtremò, quia multitudinem hoſtium Pollio, juſſa patris Rhadamiſtus, obtendebant; pactus inducias, abſcedit: ut niſi Pharaſmanem bello abſterruiſſet, T. Vinidium Quadratum Præſidem Syriæ doceret, quo in ſtatu Armeniæ forent. *Id. ibid.* Arsac. 307.

Digreſſu Centurionis; velut cuſtode exſolutus Præfectus, hortari Mithridatem ad ſanciendum fœdus; conjunctionem fratrum, ac priorem ætate Pharaſmanem, & cætera neceſſitudinum nomina referens, quòd filiam ejus in matrimonio haberet, quòd ipſe Rhadamiſto ſocer eſſet. Non abnuere pacem Iberos, quanquam in tempore validiores, & ſatis cognitam Armeniorum perfidiam. Nec aliud præſidii quàm caſtellum commeatu egenum. Ne dubitaret armis, quàm incruentas conditiones malle. *Id. ibid.*

Cunctante ad ea Mithridate, & ſuſpectis Præfecti conſiliis, quòd pellicem regiam polluerat, inque omnem libidinem venialis habebatur: Caſperius interim ad Pharaſmanem pervadit; utque Iberi obſidio decedant, expoſtulat. Ille propalàm incerta, & ſæpiùs molliora reſpondens, ſecretis nuntiis monet Rhadamiſtum, oppugnationem quoquo modo accele-

ARSAC. 307.

» rare. Augetur flagitii merces, & Pollio, occultâ corruptione impellit milites, ut pacem flagitarent, ſeque præſidio abituros minitarentur. *Id. cap.* 46.

» Quâ neceſſitate, Mithridates diem locumque fœderi accepit, caſtelloque egreditur. Ac primò Rhadamiſtus in amplexus ejus effuſus, ſimulare obſequium, ſocerum ac parentem appellare. Adjicit jusjurandum, non ferro, non veneno vim allaturum: ſimul in lucum propinquum trahit, proviſum illic ſacrificium dictitans, ut Diis teſtibus pax firmaretur. Mos eſt Regibus quoties in ſocietatem coëant, implicare dextras, polliceſque inter ſe vincire, nodoque præſtringere. Mox, ubi ſanguis in artus extremos ſe effuderit, levi ictu cruorem eliciunt, atque invicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum. Sed tunc qui ea vincula admovebat, decidiſſe ſimulans, genua Mithridatis invadit, ipſumque proſternit; ſimulque, concurſu plurium, injiciuntur catenæ ac compedes (quod dedecorum Barbaris) trahebatur. Moxque vulgus duro Imperio habitum, probra ac verbera intentabat. Et erant contrà qui, tantam fortunæ commutationem miſerarentur. *Id. Tacit. cap.* 47. *lib.* 12. *pag.* 201.

» Secutaque cum parvis liberis conjux, cuncta lamentatione complebat. Diverſis & contectis vehiculis abduntur, dum Pharaſmanis juſſa exquirerentur. Illi cupido regni fratre & filiâ potior, animuſque ſceleribus paratus. Viſui tamen conſuluit, ne coràm interficerentur. Et Rhadamiſtus, quaſi jurisjurandi memor, non ferrum, non venenum in ſororem & patruum expromit; ſed projectos in humum, &

veſte multa gravique opertos necat. Filii quoque Mithridatis, quòd cædibus parentum illacrymaverant, trucidati ſunt. *Id. ibid.* Arsac. 307.

At Quadratus cognoſcens proditum Mithridatem, & regnum ab interfectoribus obtineri, vocat concilium, docet acta, & an ulciſceretur, conſultat. Paucis decus publicum curæ: plures tuta diſſerunt. Ne tamen annuiſſe facinori viderentur, & diverſa Cæſar præciperet; miſſi ad Pharaſmanem nuntii, ut abſcederet à finibus Armeniis, filiumque abſtraheret. *Idem, cap.* 48.

Julius Pelignus tunc temporis Cappadociæ Procurator, auxiliis Provincialium contractis, tanquam recuperaturus Armeniam, dum ſocios magis, quàm hoſtes prædatur, abſceſſu ſuorum, & incurſantibus Barbaris, præſidii egens, ad Rhadamiſtum venit, doniſque ejus evictus, ultrò regium inſigne ſumere cohortatur: ſumentique adeſt auctor & ſatelles. Quod ubi turpi famâ divulgatum, ne cæteri quoque ex Peligno conjectarentur, Helvidius Priſcus Legatus cum legione mittitur, rebus turbidis pro tempore ut conſuleret. Igitur properè montem Taurum tranſgreſſus, moderatione plura quàm vi compoſuerat: cùm redire in Syriam jubetur; ne initium belli adverſus Parthos exſiſteret. *Id. Tacit. ibid. cap.* 49. *lib.* 12. *pag.* 202.

Nam Vologeſes caſum invadendæ Armeniæ obveniſſe ratus; quam à majoribus poſſeſſam, externus Rex flagitio obtineret, contrahit copias, fratremque Tiridatem deducere in regnum parat, ne qua pars domûs ſine Imperio ageret. Inceſſu Parthorum Arsac. 308.

ARSAC. 308. „ ſine acie pulſi Iberi; urbeſque Armeniorum Artaxata „ & Tigranocerta jugum accepêre. Dein atrox hiems „ ſeu parum proviſi commeatus, & orta ex utroque „ tabes, perpellunt Vologeſem omittere præſentia. *Id.* „ *cap.* 49. *&* 50.

„ Itaque Rhadamiſtus vacuam rursus Armeniam „ invaſit, truculentior quàm anteà, tanquàm adversùs „ defectores, & in tempore rebellaturos. Atque illi „ quamvis ſervitio aſſuefacti, patientiam abrumpunt, „ armiſque regiam circumveniunt. Nec aliud Rha- „ damiſto ſubſidium fuit, quàm pernicitas equorum, „ quîs ſeque & conjugem abſtulit. Sed conjux gravida, „ primam utcumque fugam ob metum hoſtilem, & „ mariti caritatem toleravit. Pôſt feſtinatione continuâ, „ ubi quati uterus, & viſcera vibrantur, orare, ut morte „ honeſtâ contumeliis captivitatis eximeretur. Ille pri- „ mò amplecti, allevare, adhortari; modò virtutem „ admirans, modò timore æger, ne quis relictâ poti- „ retur. Poſtremò violentiâ amoris, & facinorum non „ rudis, diſtringit acinacem, vulneratamque ad ripam „ Araxis trahit, flumini tradit, ne corpus etiam aufer- „ retur. Ipſe præceps Iberos ad patrium regnum per- „ vadit. *Id. Tacitus cap.* 51.

Moritur Imp. Tib. Claudius A. D.... Idus Octobris, anno V. C. 807. & Nero, Agrippinæ *filius*, ab eo adoptatus, Imperium Romanum arripit.

„ Vologeſes ineunte vere in Armeniam regreſſus, „ armis eam occupavit, atque in ea Tiridatem conſ- „ tituit. Interim Zenobiam (id uxori Rhadamiſti no- „ men) placidâ illuvie ſpirantem, ac vitæ manifeſtam, „ advertêre paſtores; & dignitate formæ haud dege-

nerem reputantes, obligant vulnus, agreſtia medica- Arsac.
mina adhibent; cognitoque nomine & caſu, in ur- 309.
bem Artaxata ferunt. Undè publicâ curâ deducta ad Tiridatem, comiterque excepta, cultu regio habita eſt. *Id. Tacit. ibid. cap.* 51. *lib.* 12. *pag.* 203.

Cæterùm, quemadmodum ex Tacito quoque diſcimus; fine anni V. C. DCCCVIII. nimirum, Imp. Nerone Claudio Cæſare Auguſto, & L. Antiſti Vetere Coſſ. turbidis rumoribus prorupiſſe rursùm Parthos, & rapi Armeniam, allatum eſt; pulſo Rhadamiſto, qui ſæpè regni ejus potitus, dein profugus, tùm quoque bellum deſeruerat. *Tacit. lib.* 13. *cap.* 6. *pag.* 214.

Quin & eodem Tacito referente, Armenii Lega- Arsac.
tos ad Neronem mittunt, quibus cauſam gentis orare 310.
Imperator permiſit.

Igitur in urbe Sermonum avidâ, quemadmodum Princeps vix ſeptemdecim annos egreſſus, ſuſcipere eam molem aut propulſare poſſet, anquirentibus multis: contrà aliis meliùs eveniſſe diſſerentibus, quàm ſi invalidus ſenectâ & ignaviâ Claudius, militiæ ad labores vocaretur, ſervilibus juſſis obtemperaturus.... Hæc atque talia vulgantibus, Nero & juventutem proximas per Provincias quæſitam ſupplendis Orientis legionibus admovere, legioneſque ipſas propiùs Armeniam collocari jubet. Duoſque veteres Reges, Agrippam Judææ, & Antiochum Commagenes, expedire copias, quîs Parthorum fines ultrò intrarent: ſimul pontes per amnem Euphratem jungi. Domitium verò Corbulonem retinendæ Armeniæ præponit. *Id. Tacit. ibid.*

ARSAC. 311. „Exortus eſt hoc tempore æmulus Vologeſo, filius „Vardanes; annon potiùs Bardanis Regis nuper defuncti „filius? cujus nomen ignoratur, ut & quâ in parte „bellum paraverit. Undè abſceſſêre Armeniâ Parthi, „tanquam differrent bellum. *Tacit. Annal. lib. 13. cap. 7.*
„ Tiridates intereà Armeniæ regnum occupat.

„Copiæ autem Orientis ita dividuntur, ut pars „auxiliarium cum duabus legionibus apud Provinciam „Syriam, & Legatum ejus Quadratum Vinidium re„maneret: par civium ſociorumque numerus Corbu„loni eſſet, additis cohortibus, aliſque, quæ apud „Cappadociam hiemabant. Socii Reges, prout bello „conduceret, parere juſſi. *Id. Tacit. ibid. 7. & 8. pag. 215.*

ARSAC. 312. Corbulo verè Româ profectus eſt; & itinere properè confecto, apud Ægas civitatem Ciliciæ obvium Quadratum habuit, illuc progreſſum; ne ſi ad accipiendas copias Syriæ intraviſſet Corbulo, omnium ora in ſe verteret, corpore ingens, verbis magnificus, & ſuper experientiam ſapientiamque etiam ſpecie inanium validus. Cæterùm uterque Vologeſem Regem nuntiis monebant, pacem quàm bellum mallet; datiſque obſidibus, ſolitam prioribus reverentiam in Populum Romanum continuaret.

ARSAC. 313. Vologeſes quo bellum ex æquo modo pararet, an ut æmulationis ſuſpectos per nomen obſidum amoveret, tradit nobiliſſimos ex familiâ Arſacidarum. Ac-
314. cepitque eos Centurio Hiſteius ab Vinidio miſſus, fortè prior eâ de causâ adito Rege. Quod poſtquàm Corbuloni cognitum eſt; ire Præfectum cohortis Arrium Varum, & reciperare obſides jubet. Hinc ortum inter

inter Præfectum & Centurionem jurgium, ne diutiùs externis ſpectaculo eſſet, arbitrium rei obſidibus legatiſque, qui eos ducebant, permiſſum. Atque illi ob recentem gloriam, & inclinatione quâdam etiam hoſtium, Corbulonem prætulêre: undè diſcordia inter Duces. Quærente Vinidio præcepta quæ ſuis conſiliis patraviſſet: teſtante contrà Corbulone, non priùs converſum Regem ad offerendos obſides, quàm ipſe Dux bello (à Nerone) delectus, ſpes ejus ad metum mutaret. *Id. Tacit. ibid.* ARSAC. 314.

Ejus anni principio, mollibus adhuc initiis prolatatum inter Parthos Romanoſque de obtinendâ Armeniâ bellum, acriter ſumitur: quia nec Vologeſes ſinebat fratrem Tiridatem dati à ſe regni expertem eſſe, aut alienæ id potentiæ donum habere: & Corbulo dignum magnitudine Populi Romani rebatur, parta olim à Lucullo Pompeioque recipere. Ad hæc Armenii ambiguâ fide utraque arma invitabant, ſitu terrarum, ſimilitudine morum Parthis propiores, connubiiſque permixti, ac libertate ignotâ illluc magis ad ſervitium inclinantes. *Tacit. Annal. lib.* 13. *pag.* 226. ARSAC. 315.

Verùm Corbuloni plus molis adversùs ignaviam militum, quàm contra perfidiam hoſtium erat. Quippè Syriâ tranſmotæ legiones, pace longâ ſegnes, munia Romanorum ægerrimè tolerabant. Satis conſtitit fuiſſe in eo exercitu Veteranos qui non ſtationem, non vigilias iniſſent: vallum foſſamque quaſi nova & mira viſerent. Sine galeis, ſine loricis, nitidi & quæſtuoſi, militiâ per oppidâ expleta. Igitur dimiſſis, quibus ſenecta, aut valetudo adverſa erat, ſupplementum petivit. Et habiti per Galatiam ac Cappadociam dilectus.

Arsac. 315. Adjectaque ex Germania legio cum equitibus alariis, & peditatu cohortium, retentuſque omnis exercitus ſub pellibus, quamvis hieme ſæva adeò, ut obductâ glacie, niſi effoſſa humus, tentoriis locum non præberet. Ambuſti multorum artus vi frigoris; & quidam inter excubias exanimati ſunt. *Id. Tacit. ibid.*

Interim Corbulo, legionibus intra caſtra habitis, donec ver adoleſceret, diſpoſitiſque per idoneos locos cohortibus auxiliariis, ne pugnam priores auderent, edicit. *Id. ibid.*

Tiridates ſuper proprias clientelas, ope Vologeſis fratris adjutus, non furtim jam, ſed palàm bello infenſare Armeniam, quoſque fidos Romanis rebatur depopulari, &, ſi copiæ contrà ducerentur, eludere; huc quoque & illuc volitans, plura famâ quàm pugnâ extrahere. *Id. ibid.*

Igitur Corbulo, quæſito diu prælio, fruſtrà habitus, & exemplo hoſtium circumferre bellum coactus, diſpartit vires, ut Legati Præfectique diverſos locos pariter invaderent. Simul Antiochum Commagenæ Regem monet, proximas ſibi Præfecturas petere. Nam Pharaſmanes Iberiæ Rex, interfecto filio Rhadamiſto, quaſi proditore ſuo; quò fidem in Romanos teſtaretur, vetus adverſus Armenios odium promptiùs exercebat. Tunc quoque primùm illecti Iſichi, gens ante alias ſocia Romanis, arva Armeniæ incurſavit. *Id. Tacit. ibid. lib. 13. Annal. pag. 227.*

Ita conſilia Tiridati in contrarium vertebantur. Mittebatque Oratores, qui ſuo Parthorumque nomine expoſtularent, cur datis nuper obſidibus, redintegratâque amicitiâ, qua novis quoque beneficiis locum

aperiret, vetere Armeniæ poſſeſſione depelleretur? Ideò nondum ipſum Vologeſem commotum, quia causâ, quàm vi agere mallet. Sin perſtaretur in bello, non defore Arſacidis virtutem fortunamque, ſæpiùs jam clade Romanâ expertam. *Id. Ibid. pag.* 227. & 228. ARSAC. 315.

Ad ea Corbulo, ſatis comperto, Vologeſem defectione Hircaniæ attineri, ſuadet Tiridati, precibus Cæſarem aggredi: poſſe illi regnum ſtabile, & res incruentas contingere, ſi, omiſsâ ſpe longinquâ & ſerâ, præſentem potioremque ſequeretur. *Id. ibid.*

Placitum dehinc, quia commeantibus invicem nuntiis, nihil in ſummâ pacis proficiebatur, colloquio ipſorum tempus locumque deſtinari. Mille equitum præſidium Tiridates affore ſibi dicebat: quantum Corbuloni cujuſque generis militum aſſiſteret, non ſtatuêre, dum poſitis loricis & galeis, in faciem pacis veniretur. Cuicumque mortalium, nedum veteri & provido Duci, barbaræ aſtutiæ patuiſſent. Ideò artum indè numerum finiri, & hinc majorem afferri, ut dolus patraretur. Nam equiti ſagittarum uſu exercito, ſi detecta corpora objicerentur; nihil profuturam multitudinem. Diſſimulato tamen intellectu, rectiùs de his quæ in publicum conſulerentur, totis exercitibus coram diſſertaturos reſpondit. Locumque delegit, cujus pars altera, colles erant clementer aſſurgentes, accipiendis peditum ordinibus; pars in planitiem porrigebatur, ad explicandas equitum turmas. *Id. Tacit. ibid.*

Die pacto, prior Corbulo ſocias cohortes & auxilia Regum pro cornibus, medio ſextam legionem conſti-

ARSAC. 315. tuit: cui accitā per noctem aliis ex caſtris, tria millia Tertianorum permiſcuerat, unâ cum aquilâ, quaſi eadem legio ſpectaretur. Tiridates vergente jam die procul aſtitit, undè videri magis quàm audiri poſſet. Ita ſine congreſſu Dux Romanus abſcedere militem ſua quemque in caſtra jubet. Rex ſive fraudem ſuſpectans, quia plura ſimul in loca ibatur, ſive ut commeatus Romanorum Pontico mari, & Trapezunte oppido adventantes interciperet, properè diſcedit. Sed neque commeatibus vim facere potuit, quia per montes ducebantur, præſidiis Romanis inſeſſos. *Idem Tacitus ibidem.*

Corbulo, ne irritum bellum traheretur, utque Armenios, ad ſua defendenda cogeret, exſcindere parat caſtella. Sibique quod validiſſimum in ea præfectura cognomento Volandum ſumit. Minora Cornelio Flacco Legato, & Fonteio Capitoni caſtrorum præfecto mandat. Tùm circumſpectis munimentis, & quæ expugnationi idonea, proviſis, hortatur milites, ut hoſtem vagum, neque paci aut prælio paratum, ſed perfidiam & ignaviam fugâ confitentem, exuerent ſedibus, gloriæque pariter & prædæ conſulerent. *Id. Tac. ibid. pag.* 228.

Tùm quadripartito exercitu, hos in teſtudinem conglobatos, ſubruendo vallo inducit; alios ſcalas mœnibus admovere; multos tormentis faces & haſtas incutere jubet. Libratoribus funditoribuſque attributus locus, undè eminus glandes torquerent: ne qua pars ſubſidium laborantibus ferret, pari undique metu. Tantus indè ardor certantis exercitus fuit, ut intra tertiam diei partem, nudati propugnatoribus muri

obices portarum ſubverſi, capta aſcenſu munimenta, omneſque puberes trucidati ſint; nullo milite amiſſo, paucis admodum vulneratis. Et imbelle vulgus ſub corona venundatum, reliqua præda victoribus ceſſit. *Id. ibid.* ARSAC. 315.

Pari fortunâ Legatus ac Præfectus uſi ſunt; tribuſque unâ die caſtellis expugnatis, cætera terrore, & alia ſponte incolarum, in deditionem veniebant. Undè orta fiducia caput gentis Artaxata aggrediendi. Nec tamen proximo itinere ductæ legiones; quaſi amnem Araxem, qui mœnia alluit, ponte tranſgrederentur, ſub ictum dabantur: procul & latioribus vadis tranſiere. *Id. ibid.*

Tiridates, pudore & metu, ne ſi conceſſiſſet obſidioni, nihil opis in ipſo videretur: ſi prohiberet, impeditis locis ſeque & equeſtres copias illigaret: ſtatuit poſtremò oſtendere aciem, & dato die prælium incipere; vel ſimulatione fugæ, locum fraudi parare. Igitur repentè agmen Romanum circumfundit, non ignaro Duce Romano, qui viæ pariter & pugnæ compoſuerat exercitum. Latere dextro tertia legio, ſiniſtro ſexta incedebat; Mediis Decumanorum delectis; recepta inter ordines impedimenta; & tergum mille equites tuebantur. Quibus juſſerat, ut inſtantibus cominùs reſiſterent, refugos non ſequerentur. In cornibus pedes ſagittarius, & cætera manus equitum ibat; productiore cornuum ſiniſtro per ima collium, ut, ſi hoſtis intraviſſet, fronte ſimul & ſinu exciperetur. *Id. ibid.*

Intereà aſſultare ex diverſo Tiridates, non uſque ad jactum teli; ſed cùm minitans, tùm ſpecie trepi-

ARSAC. 315. dantis, ſi laxare ordines, & diverſos conſectari poſſet. Ubi nihil temeritate ſolutum, nec ampliùs quàm Decurio equitum audentiùs progreſſus, & ſagittis confixus, cæteros ad obſequium exemplo firmaverat, propinquis jam tenebris abſceſſit. *Id. Tacit. ibid. pag.* 229.

Corbulo caſtra in loco metatus, an expeditis legionibus nocte Artaxata pergeret, obſidioneque circumdaret, agitavit; conceſſiſſe illuc Tiridatem ratus. Dein poſtquàm exploratores attulêre longinquum Regis iter, Medi an Albani peterentur, incertum, lucem opperitur: præmiſſaque levis armatura, quæ muros interim ambiret, oppugnationemque eminùs inciperet. Sed oppidani, portis ſponte patefactis, ſe, ſuaque Romanis permiſêre. Quòd ſalutem ipſis tulit. *Id. ibid.*

Artaxatis ignis immiſſus; deletaque & ſolo æquata ſunt. Quia nec teneri ſine valido præſidio, ob magnitudinem mœnium; nec id Romanis virium erat, quod firmando præſidio, & capeſſendo bello divideretur. Vel ſi integra & incuſtodita relinquerentur, nulla in eo utilitas aut gloria, quòd capta eſſent. Adjicitur miraculum velut numine oblatum. Nam cuncta extra, tecta tenùs Sole illuſtria fuêre: quod mœnibus cingebatur, ita repentè atrâ nube coopertum, fulguribuſque diſcretum eſt, ut quaſi infenſantibus Deis exitio tradi crederetur. Ob hæc conſalutatus Imperator Nero, & Senatusconſulto ſupplicationes habitæ ſunt. *Id. Tacit. ibid. cap.* 34.

Interim Corbulo, poſt deleta Artaxata, utendum recenti terrore ratus, ad occupanda Tigranocerta; quibus excisis, metum hoſtium intenderet; vel, ſi pepercisset, clementiæ famam adipiſceretur; illuc

pergit non infenſo exercitu, ne ſpem veniæ auferret; neque tamen remiſſâ curâ; gnarus facilem mutatu gentem, ut ſegnem ad pericula, ita infidam ad occaſiones. Barbari pro ingenio quiſque, alii preces offerre, quidam deſerere vicos, & in avia digredi. Ac fuêre, qui ſe ſpeluncis ac cariſſima ſecum abderent. Igitur Dux Romanus diverſis artibus, miſericordiâ adversùs ſupplices, celeritate adversùs profugos; immitis iis qui latebras inſederant, ora & exitus ſpecuum ſarmentis virgultiſque completos, igni exurit. Atque illum fines ſuos prætergredientem incurſavêre Mardi, latrociniis exerciti, contraque irrumpentem montibus defenſi. Quos Corbulo, immiſſis Hiberis, vaſtavit; hoſtilemque audaciam externo ſanguine ultus eſt. *Id. Tacit. lib.* 14. *Annal. pag.* 247. & 248. ARSAC. 315.

Ventum dehinc in locos cultos: demeſſæque Segetes; & ex duobus caſtellis, in quæ confugerant Armenii, alterum impetu captum. Qui primam vim depulerant, obſidione coguntur. Undè in regionem Taurantium tranſgreſſus (Corbulo) improviſum periculum vitavit. Nam haud procul tentorio non ignobilis Barbarus cum telo repertus, ordinem inſidiarum, ſeque auctorem & ſocios per tormenta edidit: convictique & puniti ſunt, qui ſpecie amicitiæ dolum parabant. Nec multò poſt Legati Tigranocerta miſſi, patere mœnia afferunt, intentos populares ad juſſa; ſimul hoſpitale donum, coronam auream tradebant. Accepitque cum honore, nec quidquam urbi detractum, quò promptius obſequium integri retinerent. At præſidium regium, quod ferox juventus clauſerat, non ſine certamine expugnatum eſt. Nam & prælium pro

ARSAC. 316. muris auſi erant, & pulſi intra munimenta aggeris, demùm irrumpentium armis ceſſêre. *Id. ibid.*

Hæc faciliùs proveniebant, quia Parthi Hircano bello diſtinebantur. Miſerantque Hircani ad Principem Romanum ſocietatem oratum, attineri à ſe Vologeſem pro pignore amicitiæ oſtentantes. Eos regredientes Corbulo, ne Euphratem tranſgreſſi, hoſtium cuſtodiis circumvenirentur, dato præſidio, ad littora Maris rubri deduxit. Undè vitatis Parthorum finibus, patrias in ſedes remeavêre. *Id. ibid.*

Quin & Tiridatem per Medos extrema Armeniæ intrantem, præmiſſo cum auxiliis Verulano Legato, atque ipſe legionibus citis, abire procul, ac ſpem belli amittere ſubegit; quoſque Romanis ob Regem averſos animi cognoverat, cædibus & incendiis perpopulatus, poſſeſſionem Armeniæ uſurpabat. Cùm advenit Tigranes, à Nerone ad capeſſendum Imperium delectus, Cappadocum ex nobilitate, Regis Archelai nepos; (Alexandri Herodis Magni & Glaphiræ nepos:) ſed quòd diù obſes Romæ fuerat, uſque ad ſervilem patientiam demiſſus. Nec conſenſu acceptus, durante apud quoſdam favore Arſacidarum. At plerique ſuperbiam Parthorum peroſi, datum à Romanis Regem malebant. Additum etiam præſidium, mille legionarii, tres ſociorum cohortes, duæque equitum alæ. Et quò faciliùs novum regnum tueretur, pars Armeniæ, ut cuique finitima, Rhaſcipolique & Ariſtobulo atque Antiocho parere juſſæ ſunt. Corbulo in Syriam abſceſſit, morte Vinidii Legati vacuam ac ſibi permiſſam. *Idem Tacitus lib.* 14. *cap.* 23. *pag.* 248. *&* 249.

Intereà cùm Vologeſes audiiſſet, ut aliis Nero diſ-

tribuiſſet

tribuiſſet Armeniam, utque Tigranes Adiabenen po- ARSAC.
pularetur: ipſe quidem ſe parabat, velut expeditio- 317.
nem in Syriam adversùs Corbulonem facturus: Adiabenorum verò Regem Monobazum, & Monœſen Parthum in Armeniam miſit. Hi Tigranem intra Tigranocerta concluſerunt. Et quoniam in hac obſidione non modò nullum ei adferebant incommodum, ſed etiam quoties eum adgrederentur, tam ab ipſo repellebantur, quàm à Romanis, quos ſecum habebat; & Corbulo Syriam diligenti cuſtodiâ præſidioque tuebatur: cœpit ambiguus animi eſſe Vologeſes. Hæc Dio *lib.* 62. *pag.* 710. *Edit. Vvecheliana Hanoviæ* 1606. Nunc verò Tacitum audiamus.

Dum hæc aguntur, Rex Parthorum Vologeſes, cognitis Corbulonis rebus, Regemque alienigenam Tigranem Armeniæ impoſitum, ſimul fratre Tiridate pulſo, ſpretum Arſacidarum faſtigium ire ultum volens, magnitudine rurſum Romanâ & continui fœderis reverentiâ, diverſas ad curas trahebatur: cunctator ingenio, & defectione Hircanorum gentis validæ, multiſque ex eo bellis illigatus. Atque illum ambiguum novus inſuper nuntius contumeliæ exſtimulat: quippè egreſſus Armeniâ Tigranes Adiabenos conterminam nationem latiùs ac diutiùs quàm per latrocinia vaſtaverat. Idque Primores gentium ægrè tolerabant, eò contemptionis deſcenſum, ut ne Duce quidem Romano incurſarentur, ſed temeritate obſidis, tot per annos inter mancipia habiti. Accendebat dolorem eorum Monobazus, quem penès Adiabenum regimen, quod præſidium, aut undè peteret, rogitans. Jam de Armenia conceſſum, proxima trahi: &, niſi defendant

ARSAC. 318. Parthi, levius ſervitium apud Romanos deditis, quàm captis eſſe. Tiridates quoque regni profugus, per ſilentium haud modicè querendo gravior erat. Non enim ignaviâ magna Imperia contineri, virorum armorumque faciendum certamen. Id in ſumma fortuna æquius, quod validius. Et ſua retinere, privatæ domûs: de alienis certare, regiam laudem eſſe. *Tacit. lib.* 15. *Annal. pag.* 263.

Igitur commotus his Vologeſes concilium vocat, & proximum ſibi Tiridatem conſtituit, atque ita orditur. *Hunc ego eodem mecum patre genitum, cùm mihi per ætatem ſummo nomine conceſſiſſet, in poſſeſſionem Armeniæ deduxi, qui tertius potentiæ gradus habetur. Nam Medos Pacorus ante ceperat. Videbarque contra vetera fratrum odia & certamina, familiæ noſtræ penates ritè compoſuiſſe. Prohibent Romani, & pacem ipſis nunquam proſperè laceſſitam, nunc quoque in exitium ſuum abrumpunt. Non ibo infitias, æquitate quàm ſanguine, causâ quàm armis retinere parta majoribus malueram. Si cunctatione deliqui, virtute corrigam. Veſtra quidem vis & gloria in integro eſt, additâ modeſtiæ famâ, quæ neque ſummis mortalium ſpernenda eſt, & à Diis æſtimatur.* Simul diademate caput Tiridatis evinxit, promptam equitum manum quæ Regem ex more ſectabatur, Moneſi nobili viro tradidit, adjectis Adiabenorum auxiliis: mandavitque Tigranem Armeniâ exturbari, dum ipſe, poſitis adverſùs Hircanos diſcordiis, vires intimas molemque belli ciet, Provinciis Romanis minitans. *Id. Tacit. ibid. lib.* 15. *Annal.*

Hæc ubi Corbuloni certis nuntiis audita ſunt; legiones duas cum Vetulanio Severo & Vectio Bolano, ſubſidium Tigrani mittit, occulto præcepto, compo-

ſitiùs cuncta, quàm feſtinantiùs agerent. Quippe bellum habere, quàm gerere malebat. Scripſeratque Cæſari, proprio Duce opus eſſe, qui Armeniam defenderet: Syriam, ingruente Vologeſe, acriore in diſcrimine eſſe. Atque interim reliquas legiones pro ripâ Euphratis locat: tumultuariam Provincialium manum armat: hoſtiles ingreſſus præſidiis intercipit. Et quia egena aquarum regio eſt, caſtella fontibus impoſita. Quoſdam rivos congeſtu arenæ abdidit. *Idem Tacitus Annal. lib 15. pag. 264.* ARSAC. 318.

Ea dum à Corbulone tuendæ Syriæ parantur, acto raptim agmine Moneſes ut famam ſui præiret, non ideò neſcium aut incautum Tigranem offendit: qui occupaverat Tigrano certa, urbem copiâ defenſorum & magnitudine mœnium validam. Ad hæc Nicephorius amnis haud ſpernendâ latitudine partem murorum ambit. Et ducta ingens foſſa, quà fluvius diffidebatur. Inerantque milites, & proviſi antè commeatus. Quorum ſubvectu pauci avidiùs progreſſi, & repentinis hoſtibus circumventi, irâ magis quàm metu cæteros accenderant. Sed Partho ad exſequendas obſidiones nulla cominùs audacia: raris ſagittis, neque clauſos exterret & ſemet fruſtratur. Adiabeni cùm promovere ſcalas & machinamenta inciperent, facilè detruſi, mox, erumpentibus noſtris, cæduntur. *Id. ibid.*

Corbulo tamen, quamvis ſecundis rebus ſuis, moderandum fortunæ ratus, miſit ad Vologeſem, qui expoſtularent vim Provinciæ illatam. Socium amicumque Regem cohortes Romanas circumſidere. Omitteret potiùs obſidionem; aut ſe quoque in agro hoſtili caſtra poſiturum. Caſperius Centurio in eam

ARSAC. 318. legationem delectus, apud oppidum Nitibin, ſeptem & triginta millibus paſſuum à Tigranocertâ diſtantem, adit Regem, & mandata ferociter edidit. *Id. Tacit. ibid. pag.* 264.

Vologeſi vetus, & penitus infixum erat arma Romana vitandi; nec præſentia proſperè fluebant. Irritum obſidium, tutus manu & copiis Tigranes, fugati, qui expugnationem ſumpſerant, miſſæ in Armeniam legiones & aliæ pro Syriâ paratæ ultrò irrumpere. Sibi imbecillum equitem pabuli inopiâ. Nam exorta vis locuſtarum ambederat, quidquid herbidum aut frondoſum. Igitur metu abſtruſo mitiora obtendens, miſſurum ad Imperatorem Romanum Legatos ſuper petendâ Armeniâ & firmandâ pace reſpondet. Vologeſes Moneſem omittere Tigranocerta jubet; ipſe retrò concedit. Hæc plures ut formidine Regis, & Corbulonis minis patrata & magnifica extollebant. Alii occultè pepigiſſe interpretabantur, ut omiſſo utrimque bello, & abeunte Vologeſe, Tigranes quoque Armeniâ abſcederet. *Idem Tacitus ibidem.*

Certè, teſte Dione, Vologeſes, miſſis ad Corbulonem Legatis, indutias his conditionibus impetravit: Ut iterùm Legatos ad Neronem mitteret, obſidionem ſolveret, ex Armenia milites abduceret. *Dio lib.* 62. *pag.* 710. *Edit. Hanov.* 1606.

Intereà Corbulo proprium Ducem tuendæ Armeniæ popoſcerat, & adventare Cæſennius Pætus audiebatur: jamque aderat, copiis ita diviſis, ut quarta & duodecima legiones additâ quintâ, quæ recens è Mœſis excita erat, ſimul Pontica, & Galatarum Cappadocumque auxilia Pæto obedirent: tertia & ſexta &

decima legiones, priorque Syriæ miles apud Corbulonem manerent. Cætera ex rerum uſu ſociarent, partirenturve. Sed neque Corbulo æmuli patiens, & Pætus, cui ſatis ad gloriam erat ſi proximus haberetur, deſpiciebat geſta, nihil cædis aut prædæ uſurpatas nomine tenus urbium expugnationes dictitans. Se tributa ac leges, & pro umbra Regis, Romanum jus victis impoſiturum. *Id. Tacitus ibid.* Arsac. 318.

Sub idem tempus Legati Vologeſis, quos ad Principem miſſos dictum eſt, revertêre irriti : (nam Nero nec celeriter nec clarè quidquam iis reſpondit :) bellumque propalàm ſumptum à Parthis. Nec Pætus detrectavit ; ſed duabus legionibus, quarum quartam Famiſulanus Vectonianus eo in tempore, duodecimam Calavius Sabinus regebant, Armeniam intrat, triſti omine. Nam in tranſgreſſu Euphratis, quem ponte tranſmittebat, nullâ palàm cauſâ, turbatus equus, qui conſularia inſignia geſtabat, retrò evaſit. Hoſtiaque quæ muniebantur hibernaculis aſſiſtens, ſemifacta opera fugâ perrupit ; ſeque vallo extulit. Et pila militum arſêre magis inſigni prodigio ; quia Parthus hoſtis miſſilibus telis decertat. Cæterùm Pætus, ſpretis omnibus, necdum ſatis firmatis hibernaculis, nullo rei frumentariæ proviſu, rapit exercitum trans montem Taurum reciperandis, ut ferebat, Tigranocertis, vaſtandiſque regionibus, quas Corbulo integras omiſiſſet. Et capta quædam caſtella, gloriæque & prædæ nonnihil partum, ſi aut gloriam cum modo, aut prædam cum curâ habuiſſet. Longinquis itineribus percurſando quæ obtineri nequibant, corrupto qui captus erat commeatu, & inſtante jam hyeme reduxit exer-

ARSAC. 318. citum. Compoſuitque ad Cæſarem litteras, quaſi confecto bello, verbis magnificas, rerum vacuas. *Idem Tacitus ibid. Annal. lib. 15. pag. 265.*

Interim Corbulo nunquam neglectam Euphratis ripam, crebrioribus præſidiis inſedit, &, ne ponti injiciendo impedimentum hoſtiles turmæ afferrent, (jam enim ſubjectis campis magnâ ſpecie volitabant) naves magnitudine præſtantes, & connexas trabibus, ac turribus auctas, agit per amnem, catapultiſque & baliſtis proturbat Barbaros, in quos ſaxa & haſtæ longiùs permeabant, quàm ut contrario ſagittarum jactu adæquarentur. Dein pons continuatus, colleſque adverſi per ſocias cohortes, pòſt legionum caſtris occupantur; tantâ celeritate & oſtentatione virium, ut Parthi, omiſſo paratu invadendæ Syriæ, ſpem omnem in Armeniam verterent. *Id. ibid.*

Ibi Pætus imminentium neſcius, Quintam legionem procul in Ponto habebat. Reliquos promiſcuis militum commeatibus infirmaverat: donec adventare Vologeſem magno & infenſo agmine auditum. Accitur legio duodecima; & undè famam aucti exercitûs ſperat, prodita infrequentia. Qua tamen retineri caſtra, & eludi Parthus tractu belli poterat; ſi Pæto aut in ſuis, aut in alienis conſiliis conſtantia fuiſſet. Verùm ubi à viris militaribus adversùs urgentes caſus firmatus erat rursùs, ne alienæ ſententiæ indigens videretur, in diverſa ac deteriora tranſibat. Et tunc relictis hibernis, non foſſam neque vallum ſibi, ſed corpora & arma in hoſtem data clamitans, duxit legiones, quaſi prælio certaturus. Deindè amiſſo Centurione & paucis militibus, quos viſendis hoſtium copiis præmiſerat, trepidus remeavit. *Id. ibid.*

Quia verò minùs acriter Vologeſes inſtiterat, vanâ rursùs fiduciâ, tria millia delectorum proximo Tauri jugo impoſuit, quò tranſitum Regis arcerent. Alares quoque Pannonios, robur equitatûs, in parte campi locat. Conjux ac filius caſtello, cui Arſamoſata nomen eſt, abditi, datâ in præſidium cohorte, ac diſperſo milite, qui in unum habitus, vagum hoſtem promptiùs ſuſtentaviſſet. Ægrè compulſum ferunt, ut inſtantem Corbuloni fateretur. Nec à Corbulone properatum, quò gliſcentibus periculis etiam ſubſidii laus augeretur. Expediri tamen itineri ſingula millia ex tribus legionibus, & alarios octingentos, parem numerum è cohortibus juſſit. *Id. ibid.* ARSAC. 318.

At Vologeſes, quamvis obſeſſa à Pæto itinera, hinc peditatu, indè equite, accepiſſet, nihil mutato conſilio; ſed vi ac minis alares exterruit, legionarios obtrivit, uno tantùm centurione Tarquitio Creſcente turrim, in qua præſidium agitabat, defendere auſo; factaque ſæpiùs eruptione, & cæſis qui Barbarorum propiùs ſuggrediebantur, donec ignium jactu circumveniretur. Peditum ſi quis integer, longinqua & avia; vulnerati, caſtra repetivêre; virtutem Regis, ſævitiam & copias gentium, cuncta metu extollentes: facili credulitate eorum, qui eadem pavebant. Ne Dux quidem obniti adverſis; ſed cuncta militiæ munia deſeruerat; miſſis iterùm ad Corbulonem precibus, veniret properè, ſigna & aquilas, & nomen reliquum infelicis exercitûs tueretur: ſe fidem interim, donec vita ſuppeditet, retenturum. *Id. Tacit. ibid.*

Verùm Corbulo interritus, & parte copiarum apud Syriam relicta, ut munimenta Euphrati impoſita retine-

ARSAC. 318. rentur, quà proximum & commeatibus non egenum; regionem Commagenam, exin Cappadociam, indè Armenios petivit. Comitabantur exercitum præter alia aſſueta bello, magna vis Camelorum onuſta frumento, ut ſimul hoſtem, famemque depelleret. Primùm è perculſis Pactium Primipili Centurionem obvium habuit, dein pleroſque militum; quos diverſas fugæ cauſas obtendentes, redire ad ſigna, & clementiam Pæti experiri monebat; ſe niſi victoribus immitem eſſe; ſimul ſuas legiones adire, hortari, priorum ad mores, novam gloriam oſtendere. Non viros aut oppida Armeniorum, ſed caſtra Romana, duaſque in iis legiones pretium laboris peti. Si ſingulis Manipularibus præcipua ſervati civis corona Imperatoriâ manu tribueretur, quod illud & quantum decus, ubi par eorum numerus adipiſceretur qui attuliſſent ſalutem, & qui accepiſſent? His atque talibus in commune alacres continuum diu noctuque iter properabant. *Id. Tacitus ibid. Annal. lib. 15. pag. 266.*

Igitur eò intentiùs Vologeſes premere obſeſſos, modò vallum legionum, modò caſtellum, quo imbellis ætas defendebatur, oppugnare, propiùs incedens, quàm mos Parthis, ſi eâ temeritate hoſtem in prælium eliceret. At illi vix contuberniis extracti, nec aliud quàm munimenta propugnabant: pars juſſu Ducis, & alii propriâ ignaviâ, aut Corbulonem opperientes, ac ſi vis ingrueret, proviſis exemplis Caudinæ ac Numantinæ cladis.....Quâ deſperatione exercitûs Dux ſubactus, primas tamen litteras ad Vologeſem, non ſupplices, ſed in modum querentis compoſuit. *Quòd pro Armeniis ſemper Romanæ ditionis, aut ſubjectis Regi,*

quem Imperator delegiſſet, hoſtilia faceret. Pacem ex æquo utilem. Nec præſentia tantùm ſpectaret. Ipſum adverſùs duas legiones, totis regni viribus adveniſſe: at Romanis orbem terrarum reliquum, quo bellum juvarent. Id. ibid. ARSAC. 318.

Ad ea Vologeſes, nihil pro cauſa, *ſed opperiendos ſibi fratres Pacorum ac Tiridatem* reſcripſit. *Illum locum tempuſque conſilio deſtinatum quid de Armeniâ cernerent. Adjeciſſe Deos dignum Arſacidarum, ſimul & de legionibus Romanis ſtatuerent.* Miſſi pòſt à Pæto nuntii, & Regis colloquium petitum, qui Vaſacem Præfectum equitatûs ire juſſit. Tùm Pætus, Lucullos, Pompeios, & ſi qui Duces obtinendæ donandæve Armeniæ egerant: Vaſaces imaginem retinendi donandive penes Romanos, vim penes Parthos memorat. Et multùm invicem diſceptato, Monobazus Adiabenus in diem poſterum teſtis iis, quæ pepigiſſent, adhibetur. Placuitque liberari obſidio legiones, & decedere omnem militem finibus Armeniorum, caſtellaque & commeatus Parthis tradi. Quibus perpetratis, copia Vologeſi fieret, mittendi ad Neronem Legatos. *Id. ibid.*

Interim Pætus fluvio Arſaniæ (is caſtra perfluebat) pontem impoſuit, ſpecie ſibi illud iter experientis. Sed Parthi quaſi documentum victoriæ juſſerant. Neque iis uſui fuit. Romani per diverſum iêre. Addidit rumor ſub jugum miſſas legiones, & alia ex rebus infauſtis: quorum ſimulacrum ab Armeniis uſurpatum eſt. Nam & munimenta ingreſſi ſunt, antequam agmen Romanum decederet. Et circumſtetere vias, captiva olim mancipia, aut jumenta agnoſcentes, abſtrahentesque. Raptæ etiam veſtes, retenta arma; pavido milite & concedente, ne qua prælii cauſa exi-

ARSAC. 318. ſteret. Vologeſes armis & corporibus cæſorum aggregatis, quò cladem Romanorum teſtaretur, viſu fugientium legionum abſtinuit. Fama moderationis quærebatur, poſtquàm ſuperbiam expleverat. Flumen Arſaniam elephanto inſidens, & proximus quiſque Regi, vi equorum perrupêre; quia rumor inceſſerat, pontem ceſſurum oneri, dolo fabricantium. Sed qui ingredi auſi ſunt, validum & fidum intellexêre. *Id. ibid.*

Cæterùm obſeſſis adeò ſuppeditaviſſe rem frumentariam conſtitit, ut horreis ignem injicerent: contraque prodiderit Corbulo Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem, neque ſe plus tridui itinere abfuiſſe. Adjecit, jurejurando Pæti cautum apud ſigna, aſtantibus iis, quos teſtificando Rex miſiſſet, neminem Romanum Armeniam ingreſſurum, donec referrentur litteræ Neronis, an paci annueret. Quæ ut augendæ infamiæ compoſita, ſic reliqua non in obſcuro habentur: unâ die quadraginta millium ſpatium emenſum eſſe Pætum, deſertis paſſim ſauciis. Neque minùs deformem illam fugientium trepidationem, quàm ſi terga in acie vertiſſent.

Corbulo cum ſuis copiis apud ripam Euphratis obvius, non eam ſpeciem inſignium & armorum prætulit, ut diverſitatem exprobraret. Mœſti manipuli, ac vicem commilitonum miſerantes, ne lacrymis quidem temperavêre. Vix præ fletu uſurpata conſalutatio. Deceſſerat certamen virtutis & ambitio gloriæ, felicium hominum affectus: ſola miſericordia valebat, & apud minores magis. Ducum inter ſe brevis ſermo ſecutus eſt, hæc conquerentium: *irritum laborem; potuiſſe bellum fugâ Parthorum finiri.* Ille integra utrique

cuncta reſpondit, converterent aquilas, & juncti invaderent Armeniam, abſceſſu Vologeſis infirmatam. ARSAC.
Non ea Imperatoris habere mandata Corbulo : periculo legionum commotum, è Provinciâ egreſſum. Quando in incerto habeantur Parthorum conatus, Syriam repetiturum. Sic quoque optimam fortunam orandam, ut pedes confectus ſpatiis itinerum, alacrem & facilitate camporum prævenientem equitem aſſequeretur. Exin Pætus per Cappadociam hibernavit. *Tacit. lib. 15. Annal. pag. 267. & 268.* 318.

Intereà Vologeſis ad Corbulonem miſſi nuntii, detraheret caſtella trans Euphratem, amnemque, ut olim, medium faceret. Ille Armeniam quoque diverſis præſidiis vacuam fieri expoſtulabat. Et poſtremò conceſſit Rex : dirutaque quæ ultrà Euphratem communierat Corbulo, & Armenii ſuo arbitrio relicti ſunt. *Id. Tacit. ibid.*

Veris principio, Legati Parthorum mandata Regis Vologeſis, litteraſque in eandem formam attulêre : *Se priora & toties jactata ſuper obtinendâ Armeniâ nunc omittere, quoniam Dii quamvis potentium populorum arbitri poſſeſſionem Parthis non ſine ignominiâ Romanâ tradidiſſent. Nuper clauſum Tigranem, pòſt Pætum, legioneſque cùm opprimere poſſet incolumes dimiſiſſe. Satis approbatam vim, datum & lenitatis experimentum. Nec recuſaturum Tiridatem accipiendo diademati in urbem venire, niſi Sacerdotii religione attineretur. Iturum ad ſigna & effigies Principis, ubi legionibus coram, regnum auſpicaretur.* Idem Tacitus ibid. pag. 270. ARSAC. 319.

Talibus Vologeſis litteris, quia Pætus diverſa, tanquam rebus integris, ſcribebat, interrogatus Centurio, qui cum Legatis advenerat, quo in ſtatu Armenia

ARSAC. 319. eſſet? Omnes indè Romanos exceſſiſſe reſpondit. Tùm intellecto Parthorum irritu, qui peterent quod eripuerant, conſuluit inter primores civitatis Nero, bellum anceps, an pax inhoneſta placeret. Nec dubitatum de bello. Et Corbulo tot per annos militum atque hoſtium gnarus, gerendæ rei præficitur; ne cujus alterius inſcitiâ rursùm peccaretur, quià Pæti piguerat: *Id. ibid.*

Igitur irriti remittuntur Legati, cum donis tamen, undè ſpes fieret; non fruſtrà eadem oraturum Tiridatem, ſi preces ipſe attuliſſet. Syriæque exſecutio Ceſtio (*Syriæ Præſidi ex nummis*) copiæ militares Corbuloni permiſſæ; & decima-quinta legio, ducente Mario Celſo, è Pannonia adjecta eſt. Scribitur Tetrarchis ac Regibus Præfectiſque & Procuratoribus, & qui Prætorum finitimas Provincias regebant, juſſis Corbulonis obſequi. In tantum fermè modum auctâ poteſtate, quem Populus Romanus Cn. Pompeio bellum Piraticum geſturo dederat. Regreſſum Pætum, cùm graviòra metueret, facetiis inſectari ſatis habuit Cæſar, his fermè verbis: *Ignoſcere ſe ſtatim, ne tam promptus in pavorem, longiore ſollicitudine ægreſceret.*

Corbulo quatuor & duodecim legionibus, quæ fortiſſimo quoque amiſſo, & cæteris exterritis, parum habiles prælio videbantur, in Syriam tranſlatis; ſextam indè ac tertiam legiones, integrum militem & crebris ac proſperis laboribus exercitum in Armeniam ducit. Addiditque legionem quintam, quæ per Pontum agens, expers cladis fuerat. Simul quintadecimanos recèns adductos, & vexilla delectorum ex Illyrico & Ægypto, quodque alarum cohortiumque, & auxilia Regum in unum conducta apud Melitenen,

quà tranſmittere Euphratem parabat. *Id. ibid.* ARSAC. 319.

Tùm Corbulo luſtratum ritè exercitum ad concionem vocat; orditurque magnifica de auſpiciis Imperatoriis rebuſque à ſe geſtis, adverſùm inſcitiam Pæti declinans: multâ auctoritate, quæ viro militari pro facundiâ erat. Mòx iter L. Lucullo quondam penetratum, apertis quæ vetuſtas obſepſerat, pergit. Et venientes Tiridatis Vologeſiſque de pace Legatos haud aſpernatus, adjungit iis centuriones cum mandatis non immitibus. *Non enim adhùc eò ventum, ut certamine extremo opus eſſet. Multa Romanis ſecunda, quædam Parthis eveniſſe, documenta adverſùs ſuperbiam: proindè & Tiridati conducere, intactum vaſtationibus regnum dono accipere; & Vologeſem meliùs ſocietate Romanâ, quàm damnis mutuis genti Parthorum conſulturum. Scire quantum intùs diſcordiarum, quamque indomitas & præferoces nationes regeret. Contrà Imperatori ſuo immotam ubique pacem, & unum id bellum eſſe.* Id. ibid.

Simul conſilio terrorem adjicere, & Megiſtanas Armenios, qui primi à Romanis defecerant, pellit ſedibus, caſtella eorum exſcindit, plana, edita, validos, invalidoſque pari metu complet. Non infenſum, nedum hoſtili odio Corbulonis nomen etiam Barbaris habebatur, eoque conſilium ejus fidum credebant. Ergo Vologeſes neque atrox in ſummam, & quibuſdam præfecturis inducias petit. Tiridates locum diemque colloquio poſcit. Tempus propinquum, locus, in quo nuper obſeſſæ cum Pæto legiones erant, cùm à Parthis delectus eſſet, ob memoriam lætioris ſibi rei, non eſt à Corbulone vitatus, ut diſſimilitudo fortunæ gloriam augeret. Neque infamia Pæti augeba-

Arsac. tur: quod eo maximè patuit; quia filio ejus Tribuno
319. ducere manipulos, atque opperiri reliquias malæ pugnæ imperavit. *Id. ibid.*

Die pactâ Tiberius Alexander illuſtris Eques Romanus, miniſter bello datus, & Vivianus Avienus gener Corbulonis, nondum Senatoriâ ætate, ſed pro Legato quintæ legioni impoſitus, in caſtra Tiridatis venêre, honori ejus, ac ne metueret inſidias tali pignore. Viceni dehinc equites aſſumpti. Et, viſo Corbulone, Rex prior equo deſilivit: nec cunctatus Corbulo. Sed pedes uterque dextras miſcuêre. Exin Romanus laudat juvenem, omiſſis præcipitibus, tuta & ſalutaria capeſſentem. Ille de nobilitate generis multum præfatus, cætera temperanter adjungit. Iturum quippe Romam, laturumque novum Cæſari decus, non adverſis Parthorum rebus ſupplicem Arſacidam. Tùm placuit Tiridatem ponere apud effigiem Cæſaris inſigne regium, nec, niſi manu Neronis, reſumere. Et colloquium oſculo finitum. *Id. ibid.*

Dein, paucis diebus interjectis, magnâ utrimque ſpecie, indè eques compoſitus per turmas, & inſignibus patriis; hinc agmina legionum ſtetêre fulgentibus aquilis, ſigniſque & ſimulacris Deum in modum templi. Medio tribunal ſedem curulem, & ſedes effigiem Neronis ſuſtinebat. Ad quam progreſſus Tiridates, cæſis ex more victimis, ſublatum capite diadema imagini ſubjecit. Magnis apud cunctos animorum motibus, quos augebat inſita adhuc oculis exercituum Romanorum cædes, aut obſidio. At nunc verſos caſus iturum Tiridatem oſtentui gentibus, quantò minus quàm captivum? Addidit gloriæ Corbulo comitatem,

epulaſque, & rogitante Rege cauſas, quoties novum aliquid adverterat: ut initia vigiliarum per Centurionem nuntiari, convivium buccinâ dimitti, & ſtructam ante Augurale aram, ſubditâ face, accendi, cuncta in majus extollens, admiratione priſci moris affecit. *Id. ibid.* ARSAC. 319.

Poſtero die ſpatium oravit, quo tantum itineris aditurus, fratres antè, matremque viſeret. Obſidem intereà filiam tradit, litteraſque ſupplices ad Neronem. Et digreſſus, Pacorum apud Medos, Vologeſem Ecbatanis reperit, non incurioſum fratris: quippe & propriis nuntiis à Corbulone petierat, ne quam imaginem ſervitii Tiridates perferret, neu ferrum traderet, aut complexu Provincias obtinentium arceretur, foribuſve eorum aſſiſteret: tantuſque ei Romæ, quantus Conſulibus, honor eſſet. *Id. ibid.*

Cùm autem Corbulo, qui Armeniæ retinendæ præpoſitus à Nerone fuerat, cum Parthorum Rege Vologeſe pacem ſanxiſſet, obſideſque ab eo recepiſſet; ad conſervandam tanti facinoris memoriam, Romæ hic nummus argenteus ſignatus eſt, ab unâ parte caput juvenile Neronis exhibens, cum eâ epigraphe: NERO DIVI CLAUD. CÆSARIS. Nero Divi Claudii Cæſaris filius: atque ab alterâ Victoriam gradientem, dextrâ coronam, lauream ſiniſtrâ geſtantem; cum inſcriptione: ARMENIAC. id eſt, VICTORIA ARMENIACA. Niſi tamen dixeris anticæ & poſticæ partis hujus nummi inſcriptiones omninò inter ſe cohærere hoc modo: NERO DIVI CLAUDII CÆSARIS FILIUS ARMENIACUS. Quod unum idemque eſt.

Arsac. 319.



Dum hæc aguntur, Corbulo, miſſis ad Neronem Auguſtum litteris de iis, quæ cum Tiridate pacta erant; videlicet, ut Romam, reſumendi Cæſaris manu diadematis causâ veniret: ipſe in Syria, donec Tiridates profectus eſſet, cum legionibus ſuis per-
Arsac. 320. manſit.

Tantus autem fuit Tiridatis Romam proficiſcentis apparatus & comitatus, ut in iis ritè ac magnificè diſponendis atque conficiendis duo integri anni conſumti ſint. Certè, referente Dione, Princeps ille habens ſecum non ſolum ſuos, ſed etiam amborum fratrum ſuorum Vologeſi Regis Parthorum, & Pacori Medorum Regis, necnon Monobazi Adiabenorum Reguli, liberos, Romam deductus eſt. Fuitque eorum iter, ut in triumphis, per omnes regiones ab Euphrate. Vigebat Tiridates ætate, formâ, nobilitate, generoſo animo, magnoque famulorum comitatu, & apparatu Regio. Conſequebantur eum tria millia equitum Parthorum, cum frequentibus Romanis: eumque urbes magnificè ornatæ, ac Populi magnis feſtiviſque acclamationibus excipiebant: quæque neceſſaria erant, omnia gratis ei præſtabantur. In quam rem Populus Ro-

manus

manus ſumtum faciebat ſingulis diebus octingenta-ſeſtertia: idque novem menſibus, quibus erant in itinere factum eodem modo fuit. *Dio lib. 63. pag. 716. Edit. Vvecheliana Hanoviæ 1606.* ARSAC. 321.

Tiridates equo ubique vehebatur, quouſque in Italiam venit: itidem uxor ejus faciebat, gerebatque galeam auream pro integumento, ne contra morem patriæ conſpiceretur. In Italiâ vehi cœpit curribus à Nerone miſſis; ad eumque Neapolim per agrum Picenum venit. Dum Neronem conveniret, quanquam juſſus eſt gladium quem gerebat, deponere; tamen noluit, ſed eum vaginæ clavis affixit: quamvis illum genu flexo, ac manus viciſſim ad cœlum tendens, veneratus Dominum appellaverit. *Idem Dio ibid. pag. 717.*

Hunc Nero ob eam cauſam admiratus, benignè & comiter excipit, ac præter cætera, ludos gladiatorios Puteolis facit. Præfectus ludorum fuit Patrobius libertus ejus, tantaque fuit eorum magnificentia, tantus quoque ſumptus; ut unius diei ſpatio nemo, præter viros & mulieres, & pueros Æthiopes, amphitheatrum ingrederetur. Et cùm aliquis ob hæc Patrobio habendus eſſet honor, Tiridates deſuper è ſede ſua ſagittis feras jaculatus eſt, duoſque tauros uno ſimul ictu (ſi tamen credibile eſt) vulneravit ac confecit. *Id. ibid.*

His perfectis rebus, Nero Romam eum adduxit, eique diadema impoſuit. Ibi totâ urbe luminibus ſertiſque ornatâ, magna viſa eſt ubique hominum multitudo; ſed forum in primis refertum erat. Nam populus albatus laureatuſque certis ordinibus medium forum tenuit. Cætera tenebant milites armati ſplendidiſſimè,

ARSAC. 321. eorumque arma & ſigna relucebant inſtar fulguris, nulliuſque apparebant illic ædificii tegulæ, propter multitudinem eorum qui in eas aſcenderant. *Id. ibid.*

Quibus rebus jam antè noctu paratis, Nero veſte triumphali ornatus, primâ luce forum introiit cum Senatu & Prætorianis militibus: deindè tribunal conſcendit, & in ſella curuli conſedit. Hinc Tiridates, cum iis quos ſecum habebat, per ordines armatorum, qui utrimque inſtructi fuerant, tranſiit: poſt, ubi ad tribunal adſtitiſſent, Neronem, ut anteà fecerant, venerantur. Quas ob res editis magnis clamoribus, Tiridates perterritus, mutus, quaſi actum de ſe foret, aliquanto tempore remanſit. Sed ubi indicto voce præconis ſilentio, animum recepit, & generoſæ indoli ſuæ vim adtulit, coactus ſervire tempori, & neceſſitati parere, non curavit, ſi quid paulò humiliùs loqueretur, adductus ſpe eorum, quæ poſteà eſſet conſecuturus. *Ego*, inquit, *Domine*, *Arſacis nepos*, *Vologeſis & Pacori Regum frater*, *tuus ſervus ſum*; *venique ut te Deum meum non ſecùs ac Mithram* (id eſt Solem) *colerem. Equidem id ero quod tui fuſi fila mihi attribuerint. Nam tu & Parca mihi es & Fortuna.* Id. ibid.

Huic Nero ita reſpondit: *Tu quidem, quòd huc veneris, rectè feciſti, ut præſens præſente me frueris. Nam quæ neque pater tuus tibi reliquit, neque fratres; quæ dederant, ſervaverunt; ea tibi nunc ipſè do, teque Regem Armeniæ facio; ut tu atque illi ſimul intelligatis, in meâ eſſe poteſtate, regna dare & adimere.* Hæc cùm dixiſſet, juſſit eum adſcendere per ſurſum ducentem aditum, qui ante tribunal ad hoc ipſum paratus fuerat. Tùm Tiridates ad pedes Neronis conſedit, eique Nero diadema im-

poſuit; & ſecundùm hoc, frequentes omnigenique clamores editi ſunt. *Id. pag.* 718. ARSAC. 322.

Ludi quoque theatri facti fuerunt ex decreto; ipſumque theatrum non modò ſcena, ſed omnis etiam ejus ambitus intrinſecùs ipſum totum circa erat inauratus; itemque cætera omnia, quæ inferrentur, auro ornata erant. Quibus de cauſis ille dies aureus nominatus eſt. Cortinæ per aerem extenſæ, ſolis arcendi causâ, purpureæ erant. In medio earum Nero acu pictus, currum agitabat: circum hunc undique ſidera lucebant aurea. His ita peractis, ſumtuoſum denique convivium eis præbitum fuit. *Id. Dio ibid.*

Poſt hæc Nero citharâ publicè cecinit, curruſque praſina veſte indutus, & galero aurigarum ornatus, agitavit. Hic Tiridates Neronem reprobare & deteſtari; Corbulonem (inprimis) laudare: hoc tantùm in eo reprehendere, quòd talem dominum ferret. Quam rem nec ipſum quidem Neronem celavit: nam aliquando ei dixit: *Optimum, Domine, mancipium habes Corbulonem.* Sed id Nero non intellexit, quod ei Tiridates in cæteris rebus aſſentaretur, ſeque ſtudioſiſſimè in ejus familiaritatem inſinuaret. *Id. Dio ibid. pag.* 718. *Edit. Wechelianæ.*

Ejus igitur rei causâ Tiridates multa munera accepit, quorum pretium aiunt fuiſſe ad bis millies ſeſtertium: permiſſumque eſt ei Artaxata inſtaurare; ob eamque cauſam magnum numerum fabrorum, quos partim à Nerone acceperat, partim perſuaſerat pecuniâ, Româ abduxit: quos tamen Corbulo non omnes, ſed eos tantùm, quos à Nerone acceperat, paſſus eſt in Armeniam tranſire. Quamobrem Tirida-

ARSAC. 321. tes hunc magis admirabatur, illum damnabat. Reverſus eſt verò non per Illyricum, & trans Ionium, quâ viâ venerat: ſed Brundiſio Dyrrachium navigavit. Atque ita vidit etiam urbes Aſiæ, ut earum causâ Imperium Romanum ei ſtuporem, tùm ob potentiam, tùm ob pulchritudinem ſuam, injiceret. *Id. ibid.*

ARSAC. 322. Mòx denique Tiridates Artaxata inſtauravit, eaque *Neronia* cognominavit. *Id. ibid.*

Verùm Vologeſes,* licet ſæpe numero accerſitus, venire ad Neronem noluit, ac tandem cùm ei moleſtus eſſet, reſcripſit: *Tibi quidem longè facilius eſt tam magnum mare navigare, quàm mihi. Si ergo in Aſiam veneris, tunc inter nos componemus, ubi mutuò nos convenire poſſimus.* Nero tamen nec adverſùs eum, nec contra Æthiopas, & Portas Caſpias, ut in animo habuerat, navigavit: ſed, miſſis utroque exploratoribus, in Græciam tranſiit: non, ut majores ejus fecerant, Flamininus, Mummius, Agrippa, Auguſtus: ſed ut currus agitaret, citharâ caneret, præconis officio fungeretur, & tragedias ageret. *Dio ibid. lib. 63. pag. 719.*

Cæterùm, poſt tot res bellicas egregiè admodùm geſtas, Corbulo accitus honorificentiſſimè (quem virum Nero, præter cætera, patrem & benefactorem appellabat) ſtatim atque Cenchreas appulit, ab eodem occîdi juſſus eſt priùs quàm in conſpectum ejus veniret. *Dio lib. 63. pag. 722.*

Interim cùm omnia in Armenia tranquilla eſſent, C. Ceſtio Syriæ Præſidi ſuffectus eſt M. Licinius Mucianus, qui, teſte Tacito, tunc temporis Syriam & quatuor Legiones obtinebat. Quin etiam poſt Neronis cædem, ut idem ſubdit Tacitus, longâ concordiâ

quietus Oriens; nullaque ſeditio legionum, (quæ in Arsac.
Syria Judæaque commorabantur:) tantùm adverſùs 323.
Parthos minæ vario eventu. Et proximo civili bello turbatis aliis, inconcuſſa ibi pax: dein fides erga Galbam. Hæc Tacitus *lib.* 2. *Hiſtor. pag.* 339.

Sub idem tempus Achaïa atque Aſia falsò exterri- Arsac.
tæ, velut Nero adventaret: vario ſuper exitu ejus 324.
rumore, eoque pluribus vivere eum fingentibus, credentibuſque.... Tunc ſervus è Ponto, ſive, ut alii tradidêre, Libertinus ex Italia, cytharæ & cantûs peritus, (undè illi ſuper ſimilitudinem oris propior ad fallendum fides) adjunctis deſertoribus, quos inopiâ vagos ingentibus promiſſis corruperat, mare ingreditur, ac vi tempeſtatum Cythnum Inſulam detruſus & militum quoſdam ex Oriente commeantium adſcivit, & abnuentes interfici juſſit; &, ſpoliatis negociatoribus, mancipiorum valentiſſimum quemque armavit. *Tacitus ibidem pag.* 340. De eodem Pſeudonerone hæc quoque Xiphilinus in vita Othonis ait: Per id tempus quidam captus eſt, qui ſe Neronem eſſe ſimulabat: cujus quidem nomen à Dione ignoratum eſt: ſed is tandem ſupplicio affectus eſt. Hunc autem Pſeudoneronem eo ipſo anno fabulam ſuam incepiſſe, credibile eſt. Niſi fortè falſi Nerones plurimi exſtiterint. Quod veriſimillimum videtur. Et certè tres fuiſſe Pſeudonerones probat vir doctiſſimus Iſaacus Caſaubonus.

Cùm verò in odium Vitellii Veſpaſianus ante Idus Julias Imperator in Syria appellatus fuiſſet, miſſi ſunt ad Vologeſem Parthum, Armeniumque Tiridatem Legati, proviſumque ne verſis ad civile bellum legionibus, terga nudarentur. *Tacit. ibid. Hiſt. lib.* 2.

ARSAC. 325. Legati Regis Vologeſis Alexandriam veniunt ad Veſpaſianum, quadraginta ei Parthorum equitum millia offerentes. Magnificum lætumque tantis ſociorum auxiliis ambiri, neque indigere. Gratiæ Vologeſi actæ: mandatumque ut Legatos ad Senatum mitteret, & pacem eſſe ſciret. *Id. Hiſt. lib. cap.* 51.

Parthorum Rex Vologeſus (ita enim Suetonio ſemper dicitur) *miſſis* ad Senatum Legatis de inſtauranda ſocietate, hoc etiam magnopere oravit, ut Neronis memoria coleretur. Hæc ſunt ipſa Suetonii verba in Vita Neronis *cap.* 57.

Titus à patre Veſpaſiano ad Hieroſolymorum obſidionem miſſus, hâc urbe captâ & excisâ, Antiochiam profectus eſt. Nec diu ibi commoratus, continuò ad Zeugma Euphratem versùs, iter contendit. Quò miſſi etiam ab Rege Parthorum Vologeſo venêre, auream ei ferentes coronam, quòd Judæos viciſſet. Eâque ſuſceptâ, convivium præbuit Legatis Regiis; atque ita Antiochiam remeavit. *Joſeph. de Bello Jud. lib.* 7. *cap.* 24.

ARSAC. 326. Interea Cæſennius Pætus, quem poſt Mucianum Syriæ præfecerat Veſpaſianus, litteras ad Cæſarem miſit, Antiochum Commagenes Regem dicens deficere ab Romanis cum Epiphane filio decreviſſe, pactis habitis cum Rege Parthorum: proptereaque debere illos antè capere: ne, ſi priores novas res adorti eſſent, totum Romanorum Imperium bello perturbarent. Non erat autem Veſpaſianus hujuſmodi nuntium ad ſe perlatum neglecturus. Nam vicinitas Regum, majore negotium providentiâ dignum eſſe faciebat. Samoſata enim Commagenes maxima civitas juxta Euphratem

ſita eſt; ut eſſet Parthis (eo namque id cogitavêre) facillimus tranſitus, tutum autem receptaculum. Fide igitur iis ſermonibus habitâ, poteſtatem ei agendi quodcumque expedire videretur dedit Veſpaſianus. *Joſephus ibid. cap.* 28. Arsac. 326.

Pætus igitur, litteris à Veſpaſiano Auguſto acceptis, ſubitò in Commagenem ingreſſus, nil tale opinanti Antiocho totis viribus bellum infert; Samoſatamque in ſuam redigit poteſtatem. Antiochus inſperato perculſus nuntio, bellum quidem contra Romanos nec cogitatione concepit. Decrevit autem toto regno in eo, quo erat, ſtatu relicto; cum conjuge ac liberis egredi: hoc ſe Romanis purum ab ea ſuſpicione, quæ ſibi ingereretur, probaturum eſſe ratus. Atque ita in Ciliciam aufugit. Attamen filiis ejus Epiphani & Callinico adoleſcentibus, bellique peritis, non admodùm facile erat in ea calamitate ſine pugna durare. Itaque ad virtutem ſe conferunt, vehementique pugnâ per totam diem habitâ, inſignis fortitudinis ſpecimen egregium dederunt, nullâque parte ſuarum virium imminutâ diſceſſerunt. Verùm hanc victoriam Antiochi fuga irritam planè fecit. Namque ejus milites, fracti animis, veluti deſperato ab ipſo regno, defecêre, & ad Romanos ſeſe tranſtulêre. *Id. Joſephus ibid.* Arsac. 327.

In tanta ergo poſiti calamitate Epiphanes & Callinicus, priuſquàm penitus deſtituerentur auxiliis, cum reliquis ſervare ſe ex hoſtibus ſtatuerunt. Fiuntque omnes equites decem; qui cum his unà tranſgreſſi ſunt flumen Euphratem. Hinc jam ſine metu profecti, cùm ad Vologeſem Parthorum Regem veniſſent, non quaſi profugi deſpecti ſunt; ſed ac ſi priſtinam fortu-

ARSAC. 327. nam retinerent, omni honore dignati ſunt. *Id. Jopſeh. ibid.*

Interim cùm Pætus accepiſſet Antiochum Tarſum Ciliciæ advenisse; miſſo Centurione, eum vinctum Romam tranſmiſit. Quod cùm reſciviſſet Veſpaſianus, ei ſtatim auferri vincula jubet, intermiſsâque interim profectione Romam, apud Lacedæmonem degere; magnos verò ei pecuniæ reditus præbet, ut non modò copiosè, ſed etiam regiè victum haberet. *Id. Joſephus ibid.*

His Epiphanes & cæteri cognitis, qui patri antè metuebant, magnâ curâ & inextricabili animos relaxarunt, & ipſi quoque ſpem reconciliandi cum Cæſare concepêre. Cùm autem etiam Vologeſes de iis ſcripſiſſet ad Cæſarem, & cùm Cæſar manſuetè facultatem dediſſet, Romam venerunt; patre autem ad eos ex Lacedæmone ſtatim advecto: cùm omnis honor eis haberetur; ibi mansêre. *Id. ibid.* Hujus rei meminit Dio in Veſpaſiano, dum ait: Vologeſum, qui ad ſe ſcripſerat his verbis: *Rex Regum Arſaces Flavio Veſpaſiano ſalutem*: ne reprehendit quidem; ſed ei iiſdem verbis, non adſcriptis Imperatoriis nominibus, reſpondit. *Dio lib. 66. pag. 750.*

ARSAC. 328. Alanorum natio (ii quidem Scythæ ſunt, juxta flumen Tanaïn & Mæotides paludes ſedes habentes) his temporibus inito conſilio, ut terram Mediam & ulteriùs prædandi causâ pervaderent, cum Rege Hircanorum colloquuntur. Namque is eſt illius tranſitûs dominus; quem Rex Alexander ita fecerat, ut portis ferreis clauderetur. Aditu autem ſibi præbito, univerſi nihil ſuſpicantibus Medis incumbunt: eorumque fines populoſos, omnigenûmque pecorum plenos diripiebant,

bant, cùm reſiſtere nullus auderet. Nam qui regnum Arsac.
ejus terræ obtinebat Pacorus, Vologeſis frater, metu 329.
perculſus, in difficiliora loca refugiens, cæteris quidem bonis omnibus ceſſerat; vix autem ab illis conjugem ac concubinas ſuas captas, datis centum talentis redemerat. *Joſephus de Bello Jud. lib. 7. cap. 27.*

Summâ ergo facultate ſine pugnâ prædabundi, & uſque ad Armeniam, vaſtantes omnia, proceſſere. Ejus Rex Tigranes erat Vologeſis Parthorum Regis frater junior, qui cùm his obvius bello conflixiſſet, non multùm abfuit quin minus in illa acie caperetur. Procul enim quidam miſſo in eum laqueo circumdatum tracturus fuerat, niſi celeriter gladio rupiſſet laqueum, atque ita fugiſſet. Illi autem pugnâ multò magis efferati, terram quidem depopulati ſunt; magnam verò hominum multitudinem, aliamque ducentes prædam ex utroque regno, ad ſua domicilia rediêre. *Id. Joſephus ibid.*

Cæterùm Vologeſi timorem incuſſiſſe, atque etiam in Provincias Parthis ſubditas irruiſſe videntur Alani, ex Suetonio; ita enim hic loquitur: „Nec tamen eò ſeciùs, cùm Vologeſus Parthorum Rex auxilia ad- " verſus Alanos, Ducemque alterum ex Veſpaſiani li- " beris depopoſciſſet; omni ope contendit Domitia- " nus, ut ipſe potiſſimùm mitteretur. Et quia diſcuſſa " res eſt, alios Orientis Reges, ut idem poſtularent, " donis ac pollicitationibus ſollicitare tentavit. *Suetonius* " *in Domit. cap. 2.* Id ipſum quoque confirmare videtur Dio; ſed negatum auxilium ab Veſpaſiano refert, inquit enim: Parthis bellum cum quibuſdam populis gerentibus, opemque à Veſpaſiano poſtulantibus au-

Arsac. xilia non miſit; negavitque convenire ſibi curam re-
330. rum alienarum. *Dio lib. 66. pag. 752.*

Vologeſes Veſpaſiani reſponſo iratus, bellum Romanis inferre, atque in Syriam ingredi conſtituit: verùm, ut auguror, illicò repreſſus eſt ejus conatus. Ita enim Aurelius Victor: *Vologeſus in pacem coactus.* Quod itidem in Hiſtoriæ Auguſtæ Epitome confirmatur à Sexto Victore his verbis: *Rex Parthorum Vologeſus metu ſolo in pace coactus eſt.*

Circa ea tempora, ut & otio, ſic & commodis pacis perfruens Vologeſes, ad exhauriendam quoque cùm Babyloniam, tùm Cteſiphontem, aliud præterea oppidum *Vologeſocertam* in vicinio condidit. Sicuti diſcimus ex *cap.* 26. *lib.* 6. C. Plinii; cujus heic verba ipſa „apponam. „Invicem ad hanc (Babyloniam) ex„hauriendam & Cteſiphonten juxta tertium ab eâ „lapidem in Callonitide condidêre Parthi, quod eſt „nunc caput regni. Et, poſtquàm nihil proficiebatur, „nuper Vologeſus Rex aliud oppidum *Vologeſocertam* in „vicinio condidit. *Vologeſocerta* autem *urbem Vologeſis* latinè ſonat. Siquidem apud Chaldæos *Carta* ſive *Certa*, oppidum eſt: undè apud Rabbinos *Cartani* dicitur Oppidanus.

Cæterùm imperante Tito Artabanum quempiam Parthorum Regem indicare videtur Zonaras, at manifeſto errore. Primùm enim *Titum* dicere non debuit, ſed *Domitianum*: ut ex Suetonii verbis colligitur. Deindè *Artabanum* malè vocat, quem ſimpliciter nominare *Arſacem* debuit, ſi accuratiùs ſuum ſecutus auctorem fuiſſet. Nemo namque neſcit res Romanas plerumque Zonaram ex Dione hauſiſſe; qui *lib.* 66. *pag.* 750.

de eo ipſo Vologeſe loquens eum tantummodò *Arſacem* nuncupat. Cùm igitur inter Vologeſis ſucceſſores nullus ab Hiſtoriæ Scriptoribus memoretur, qui *Artabani* nomine inſignitus fuerit; ita, meo periculo emendandus ac legendus eſt hic Zonaræ locus: Sub eo (Domitiano) *Pſeudonero* exſtitit homo Aſianus, nomine Terentius Maximus, Neroni & facie & voce ſimilis: nam ad citharam quoque canebat. Is, comparata in Aſia factione, & ad Euphratem progreſſus, manu longè majore facta, denique ad *Arſacem*, (id eſt ad *Vologeſem* Parthorum Regem) conprofugit. Qui *Domitiano* iratus; illum receptum, Romam reducere inſtituit. *Zonaras Ann. lib.* 11. *cap.* 18. ARSAC. 330. ARSAC. 345.

De eo Pſeudonerone ita loquitur Suetonius: „Denique cùm poſt viginti annos, adoleſcente me, " extitiſſet conditionis incertæ, qui ſe Neronem eſſe " jactaret, tam favorabile nomen ejus apud Parthos " fuit, ut vehementer adjutus & vix redditus ſit. *Sue-* " *ton. in Nerone cap.* 57. Nero autem ſe interfecit anno V. C. 822. cui ſi viginti adjiciantur anni, fiet annus V. C. 842. quo tempore jam rerum potiebatur Domitianus, & Tribuniciam poteſtatem VIII. gerebat.

Cui verò alii Neronis nomen adeò favorabile fuit, quàm Vologeſi; qui cùm ad Senatum, Veſpaſiano Imperatore renunciato, Legatos miſiſſet, hoc etiam magnoperè oravit, ut Neronis memoria coleretur. Idque proculdubio indicare nobis voluiſſe videtur ipſe Suetonius, qui & ſtultam illam perpetuandæ Neronis memoriæ cupidinem, & ejuſdem favorabile nomen apud Parthos ita connexuit; ut ea omnia in unum Vologeſem cadant.

Arsac. Quo anno Rex Parthorum Vologeſes obierit, prorsùs
346. incertum eſt. Attamen veriſimillimum duxerim circa
annum V. C. 843um, Arſacidarum verò 346um; ſcilicet, Tribuniciâ poteſtate Domitiani IX. incipiente; hunc Barbarum Regem è vivis exceſſiſſe; relictis duobus filiis, Pacoro & Choſroë: poſtquàm annos circiter quadraginta regnaviſſet.

NUMMUS
ARSACIS VOLOGESIS I.



Ex Collectione Morelliana.

Caput Regis prolixâ barbâ conſpicui, necnon mitrâ ut & diademate adornati : in averſâ parte Rex ipſe ſedens, cui figura turrita ſtans coronam porrigit, cum Epigraphe : ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΒΟΛΑΓΑΣΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙ-ΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ : & in area ΤΗ. id eſt, Regis Regum Vologesis justi, benefici, illustris, amici Græcorum : anno 308.

IN hoc nummo Vologeſes non ſolitum *Arſacis*, ſed proprium tantùm nomen aſſumit : quod *magnum Regem* ſonat; ut quidam exiſtimant. Atque eam fortaſſis ob cauſam videtur illud appellationi *Arſacis* prætuliſſe. Verùm, utut ſit, variè vox illa apud auctores Latinos uſurpatur. Aliis enim Vologesus ; aliis Vologæsus ; quibuſdam Vologeses. Græcis verò, ut plurimùm, ΟΥΟΛΟΓΑΙΣΟΣ ; Luciano ΟΥΟΛΟΓΗΣΟΣ ; ΒΟΛΟΓΕΣΟΣ Ariſtidi ; Joſepho ΒΟΛΟΓΕΣΗΣ. At nobis Antiquariis verum ac genuinum nomen præbet hic num-

mus, in quo ΒΟΛΑΓΑΣΙΣ nuncupatur Vologeſes. Undè Parthos Litterâ B pro V, uſos eſſe edocemur. Uſitatiùs tamen *Vologêſis* nomen in ſcribendo retinere maluimus.

Cæterùm, etiamſi *Vologêſis* nomen non exhiberet nummus, ad eum tamen Regem huncce pertinere nos edoceret ſola Arſacidarum Æra in arçâ conſignata. An verò Vologeſes eam primus in Nummis ſuis ſignare cœperit, prorsùs ignoramus. Certè hic ejus nummus argenteus maximus, omnium, quos vidimus, primus eſt, qui illam præ ſe ferat. Atqui optandum ſanè foret, ut citiùs Parthorum Reges eamdem quoque Æram conſignandam in nummis ſuis curaviſſent. Hinc enim faciliùs multò dignoſcerentur: neque adeò deſudandum nobis foret in enucleandis variis illis cognominibus, quibus facilè priſcis temporibus Arſacidæ ab invicem diſtinguebantur: quorumque notitiam longa ætas abolêvit. Re verâ Seleucidæ Reges tardè & tantummodò poſt centum Imperii ſui annos Æram ſuam in nummis conſignârunt. Eâ namque uſus eſt omnium primus Antiochus, cognomine *Magnus*. At ſeriùs multò Vologeſes: quippequi poſt trecentos tantùm annos Arſacidarum Æram adhibere in nummis cœperit; cùm Arſacidæ jam duo ſupra viginti regnaviſſent.

Illa verò Arſacidarum Æra in nummo Vologêſis expreſſa, non Seleucidarum quidem more; inverſo ſcilicet ordine Litterarum, inſcripta eſt; at recto: eâ ratione Litteras exhibens numerales: TH. id eſt Anno 308°. Neque idcircò ſcribendæ Arſacidarum Epochæ novam hanc eſſe methodum putes. Id enim aliquando & in Seleucidis, Sculptoris incuriâ, evenit. Et certè Æram quoque Phœnicio more inverſam in quibuſdam aliis Parthorum Regum nummis deprehendes. Ea autem Æra TH. hoc eſt, 308, ſecundùm Imperii Vologeſis annum deſignat: qui quidem incidit in annum Arſacidarum 308°. Vologeſes namque anno Arſacidarum 307°. imperare cœpit: initio ſumpto ab anno 498°. ab Urbe Condita: L. Manlio Vulſone, & M. Attilio Regulo iterùm Conſulibus: ut in Vita Arſacis Imperii Parthorum Conditoris ſuprà jam retulimus: videlicet Antiocho, cognomine Deo, apud Seleucidas regnante.

Mulier in averſâ parte ſtans, Genius eſt urbis, in qua

cuſus eſt nummus. Regi ſellæ aureæ inſidenti lauream illa porrigit, tanquam ſemper victori. Quem quidem typum obſervo in permultis argenteis nummis maximis ut plurimùm exhiberi. Rex, velut ad recipiendam coronam, dextram porrigit. Eâdem quoque manu videtur Diadema geſtare, ſupremæ Poteſtatis inſigne. Si quis verò ad egregium quoddam facinus bellicum revocare eum typum velit: credat per me licet coronam hanc offerri Vologeſi, ob Armeniam ab ipſo hocce Anno 308°. recuperatam: cùm jam, Rhadamiſto Ibero expulſo, fratrem ſuum Tiridatem Armeniæ Regem impoſuiſſet.

Arsac. 546.

ARSACES XXIV.

ARSACES. PACORVS
REX PARTHORVM XXIIII



In Collectione Morelliana,
ex num. arg. drach.

PACORUS, Vologeſis filius primogenitus, patri ſuo ſucceſſit ; ſed illius geſta admodùm obſcura ſunt. Colligitur tamen ex Epigrammate 36. *lib.* 9. Epigrammatων Martialis, Pacorum non levem injeciſſe Domitiano timorem ; cùm falſum Neronem reducturum

reductturum ſe eſſe Romam jactaret. In eo autem Epigrammate Poëta falsè vellicat quemdam famigeratorem, paraſitum celebrem, Philomuſum nomine; qui novis rebus enarrandis aut fingendis totus incumbens, cuncti tædium afferebat. ARSAC. 346.

Artibus his ſemper cœnam, Philomuſe, mereris,
Plurima dum fingis, ſed quaſi vera refers.
Scis quid in Arſaciâ Pacorus deliberet aulâ
Rhenanam numeras, Sarmaticamque manum.
Verba ducis Daci Cattis mandata reſignas;
Victricem laurum, quàm venit, antè vides. &c.

Pacorus igitur in pace agens, rebus regni adminiſtrandis totus incumbebat. *Hiſtor. lib.* 23. Ammianus enim Marcellinus in enumeratione regionum & urbium, ex quibus Parthicum regnum conſtabat, Cteſiphontem fuiſſe ab eo ampliatam refert his verbis: Et Cteſiphon, quàm Bardanes priſcis temporibus " inſtituit; poſteàque Rex Pacorus incolarum viribus " amplificatam & mœnibus, Græco indito nomine " Perſidis effecit ſpecimen ſummum. *Amm. Marcellinus* " *lib.* 23. *pag.* 371.

Cteſiphonte igitur Parthorum Reges in hieme, propter aëris temperiem, degere ſolebant: æſtatem verò in Hyrcania & Ecbatanis agunt, propter antiquam loci & adhuc durantem famam. Hæc Strabo *lib.* 16. *pag.* 743. Cui Athenæum ſubjungam ita diſſerentem: Parthorum etiam Reges ver traducunt Rhagis, hiemant Babylone; alibi, quod ex anno ſupereſt. *Athenæus lib.* 12. *cap.* 2. Sed notandum eſt Rhagas Ecbatanis proximas fuiſſe.

Arsac. Edeſſanum Regnum, magnâ pecuniâ Abgaro vendidit Pacorus, ex Henninge; id eſt, Regis nomen.
346. Edeſſeni enim Principes, tunc temporis erant tantummodò Phylarchæ, hoc eſt Dynaſtæ, ex eorum numero, inquit Suidas, quos illi vocant *Philarchas*, quia & ipſorum regiones vocantur *Phylæ*.

Plinius junior in Epiſtola ad Trajanum Imperatorem ſcribit quemdam nomine *Callidromum*, cùm detineretur à Maximo & Dionyſio *Piſtoribus*, quibus operas ſuas locaverat, confugiſſe ad ſtatuam Imperatoris perductumque ad Magiſtratus, indicâſſe, ſerviſſe aliquando Laberio Maximo, captumque à Suſago Dacorum Duce in Mœſia, & à Decebalo eorum Rege muneri miſſum Pacoro, Parthiæ Regi, pluribuſque annis in miniſterio ejus fuiſſe: deindè fugiſſe, atque ita in Nicomediam perveniſſe. Quem Plinius perductum ad ſe, cùm eadem narraſſet, mittendum ad Trajanum putavit. Quod tamen, ut fatetur ipſe, paulò tardiùs fecit, dum requirit gemmam, quam ſibi, habentem imaginem Pacori, & quibus inſignibus ornatus fuiſſet, ſubtractam Callidromus indicabat. *Plin. jun. lib.* 10. *Epiſt.* 16. *ad Imp. Trajan.*

Verùm, ut paulò altiùs rem repetamus, Domitianus quidem cum Decebalo bellum geſſit; ſed, pace tandem cum eo initâ, magnam mox pecuniæ vim, & opifices peritos variorum artificiorum, tam pace quàm bello utilium, ei dedit. Ut teſtatur Dio *lib.* 67. *pag.* 762. Is autem *Callidromus*, cùm Piſtor eſſet eximius, eam ob cauſam Pacoro fuiſſe dono datus à Decebalo videtur: plurimiſque annis in Regis illius fuiſſe miniſterio. Quem demùm è Parthia aufugiſſe,

civilium bellorum apud Parthos cauſâ, probabile eſt, ac Nicomediam eo veniſſe tempore, quo Plinius Bithyniam adminiſtrabat: anno ſcilicet Imperii Trajani undecimo, ut quidam autumant, aut ſaltem duodecimo, ſi Euſebio habenda ſit fides. Id verò Scriptorem hunc ex conjectura potiùs, quàm ex fide hiſtoriæ contuliſſe refert Scaliger *Animadverſ. pag.* 207. ARSAC. 348.

Cæterùm imperante Pacoro diſcordiis civilibus agitatos fuiſſe Parthos apertè ſatis innuit Dio; dum exhauſtam civibus Babylonem notat, quo tempore Trajanus Auguſtus ad eam urbem pervenit: his ferè verbis: Poſt Babylonem uſque veniunt Romani propter hoſtium, à quibus prohiberentur, ſolitudinem. Nam Parthorum vires comminutæ erant bellis civilibus; eratque tunc inter eos adhuc ſeditio. *Dio lib.* 68. *pag.* 783. *Edit. Vvechel. Hanov.* 1606.

Pacorus autem videtur à Parthis in exſilium actus eſſe, necnon cum iis poſteà bellum atrox geſſiſſe; quod ejus tantùm morte ſopitum ſit. Certè Choſroës, frater ejus junior, in illius locum Rex eſt ſubſtitutus: præterito Parthamaſiri Pacori filio, ut infrà videbimus. Itaque Pacorum mortuum eſſe autumo circa annum Epochæ Arſacidarum exeuntem 363. aut ſaltem 364. ineuntem: cùm annos circiter ſeptemdecim regnaviſſet.

NUMMUS ARSACIS PACORI.



Ex Collectione Morelliana.

Caput Regis barbati ac diademate & mitrâ ornati. Ex averſâ parte Rex imberbis ſellæ inſidens, dextrâ extensâ arcum geſtat, cum Epigraphe : ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ ; id eſt, Regis Regum Arsacis, Benefici, Illustris, Amici Græcorum.

Ecquis primo intuitu hunc argenteum nummum drachmalem Arſaci Pacoro audacter adjudicare audeat? Neque enim Æra in eo conſignata eſt ; neque inſigne quoddam epitheton occurrit, quo à Prædeceſſoribus Regibus hic diſtinguatur. Attamen, ſi peritus quiſpiam Antiquarius, atque in enodandis Regum nummis egregiè verſatus, ea omnia, quæ Arſacidam hunc deſignare queant, accuratè attenteque expenderit, hancce monetam ad Pacorum Vologeſis filium pertinere haud dubiè fatebitur.

Primùm namque & pater & filius vultu admodùm ſimiles ſunt; ſi barbam exceperis; quæ quidem in Vologeſe prolixior occurrit, ut in Rege ſeniore: brevior verò ac denſior in Pacoro vigentis ætatis viro. In hoc vultus virilior & plenior: in illo deflorescens, rugiſque aliquot exaratus. At in utroque Rege eadem mitra, cujus ſummitas compluribus uncis aureis exornata eſt; qualemque nullam in reliquis omnibus Regum Parthorum nummis deprehendimus: hos ambos Reges patrem eſſe & filium maximo ſanè eſt argumento. Adde, quòd mitræ Vologeſis ſua ſunt redimicula, quæ Arſacidæ ætate provecto rectè conveniunt: quæque in Pacoro, utpote juniore, non obſervantur. Ad hæc, filii diadema in nodi formam pone caput religatum eſt, velut ad oſtentationem. Patris verò mitra tam brevi cingitur diademate, ut mitræ adglutinatum diceres, atque illi ſolummodo adpoſitum, ceu exterius regiæ dignitatis inſigne.

In eo autem, de quo hîc agitur, nummo, Parthico referta faſtu cognomina ſibi non adrogat Pacorus. Quod modeſtum ſanè arguit Regem. Arſacidarum igitur ſolito Regis Regum titulo contentus, Justi cognomen omittit: non quod juſtitiæ non eſſet amantiſſimus; ſed quòd, pro inſitâ ſibi atque innatâ modeſtiâ, populis ſuis, ſicut probum Regem decet, nondum jus ſatis ſe accuratè tribuiſſe exiſtimaret. Reliquos Benefici, Illustris & Amici Græcorum titulos, non ad faſtum, ſed tantummodò more Majorum ſuorum adhiberi ſuſtinuit.

Cur verò aut impiam Dei, aut faſtoſam Magni appellationem aſſumere ſibi noluerit Pacorus, diſce Lector. Is, æqui & pacis amans, Artes primùm videtur excoluiſſe: undè ad inteſtinas diſcordias eſt deductus. Parthi namque, bellis externis aſſueti, tranquillum ac pacificum regnum oderant: hoc unum in animo habentes, ut Imperii ſui fines proferrent. Quam ob cauſam Proceres quidam contra Pacorum rebellârunt. At rebellium vires, bellis civilibus attritæ, in eorum tandem perniciem ruituræ fuiſſent; niſi Pacorus præmaturâ eſſet morte ſublatus: ut ex ejus Annalibus eruitur.

In argenteis Parthorum Regum nummis drachmalibus Rex imberbis ſellæ aureæ inſidens, ſemper exhibetur ad anti-

quam ex regiâ proſapiâ eorum originem indicandam. Is igitur arcum dextrâ extenſâ gerit: quo quidem armorum genere præpollent ii Populi: quemadmodum innuit Propertius, *lib.* 14. *Eleg.* 3.

Subdolus & verſis increpat arcus equis.

NUMMUS ARSACIS PACORI.



Caput Regis barbati, & diademate ornati, ante quod Litteræ numerales ENT. id eſt, ANNO 355. In averſâ parte mulier capite turrito, cum faſcia quadam vultum ejus circumvolitante. Littera verò initialis A, urbis nomen deſignat, in qua cuſus eſt nummus.

SI primo intuitu ſuperiorem nummum Arſaci Pacoro adjudicare non ita facile eſſe pronuntiaverimus, præſertim cùm Arſacidarum Æram non præferat; ne mireris, erudite Lector. Nummus enim patris ejus Vologeſis, qui eam præfert, tetradrachmalis eſt. Atque in hujuſmodi nummis Æra Arſacidarum ſemper invenitur exarata: quemadmodum in

ſequentibus deinceps Regibus obſervabis. Aſt hic Pacori nummus tantummodò drachmalis eſt: in argenteis autem ejuſmodi formæ nummis, in totâ Parthòrum Regum ſerie Æra hactenùs nulla à nobis eſt obſervata. Quod maxime notandum.

Æreus hic Regis Pacori nummus, minimæ licet molis, plurimi tamen eſt æſtimandus; quippe qui Arſacidarum Epocham præ ſe ferat. His namque ſolis numeralibus Litteris Pacori regnum indicari, nummumque ad eum pertinere planè convincimur.

Illæ autem Litteræ ENT. annum deſignant 355. quo jam Parthi diſcordiis agitabantur: &, ſi conjecturæ locus, imminutis jam tùm regiis opibus: cùm nummus ita exiguus, iſque ex adeò vili conflatus metallo, in patentiſſimo regno monetæ loco cuderetur. Quod quidem in hoc primùm Rege obſervatur.

Attamen, etiamſi Æra huic, de quo agitur, nummo deeſſet, eum nihilominùs ad Pacorum ſpectare planè nos evincerent idem in Pacoro, qui in Vologeſe, oris habitus; eadem naſi oblongi forma; eadem & barbæ: denique eadem prorsùs lineamenta. Hoc unum igitur intereſt inter utrumque diſcrimen: quòd Vologeſis caput mitrâ redimitum ſit: Pacorus verò capite ſit nudo, capilloſque habeat ſolito Parthorum more calamiſtratos, ac ſolo diademate revinctos.

Capite turrito in averſa nummi parte expreſſo urbis genium repræſentari nemo neſcit. Genius autem inter minores Deos habebatur; videlicet ex numero erat eorum, quos *Indigetes* vocabant, ut teſtatur Cicero in Tuſculan. Illi credebantur Dei, qui faciles erant, & præſto aderant: unde urbium populi ipſos præcipuè colebant.

Cur autem urbis Genius capite turrito depingeretur, ſi rationem quæras, amice Lector, reddam paucis. Alii ita interpretati ſunt, quòd urbes primis temporibus in ſummis montium cacuminibus conderentur: alii verò iis tantùm urbibus, quæ validiſſimis mœnibus cingerentur, conceſſum fuiſſe talem capitis ornatum litteris prodiderunt. At Genius in nummulo hoc noſtro expreſſus, præter turritam coronam, diademate quoque inſignitur: quod quidem ornamen-

tum regiam urbem omninò videtur indicare.

Ea autem urbs regia, in qua cuſus eſt nummus, cujuſque A Littera eſt initialis, *Arſacia* eſt: de qua hæc Strabo, *lib.* 2. *pag.* 524. APUD RHAGAS A [SELEUCO] NICATORE CONDITA RHAGEIA: QUAM IPSE EUROPUM APPELLAVIT; PARTHI ARSACIAM: VERSUS MERIDIEM, A CASPIIS PORTIS DISSITAM QUINGENTIS CIRCITER STADIIS: ut tradit Apollodorus Adramytenus. Ea autem, ſive *Rhageia*, ſive *Rhagæ*, Parthorum regia erat, in qua Arſacidæ ver traducebant. Quemadmodum legere eſt apud Athenæum *lib.* 12. *cap.* 2. talia ſcribentem: Parthorum etiam Reges ver traducunt Rhagis; hiemant Babylone; alibi, quod ex anno ſupereſt. Nil mirum igitur, ſi in urbe regia moneta ſignetur; &, ſi huic, ut & hodieque in Gallia, littera quædam adponatur, qua oſtendatur ſtatim, in quânam ſit officinâ, atque urbe percuſſa.

ARSECES

ARSACES XXV.



In museo D. Baudelot. I. C. Paris
ex num. æreo minuto.

CHOSROES, ſive HOSROES, Vologeſis filius junior, Pacoro fratri primogenito; inter inteſtinas Parthorum diſcordias demortuo, ſucceſſit; in locum Parthamaſiridis, Pacori filii, à Parthis electus. Aſt, ubi primùm Parthicum Regnum adep-

ARSAC. tus eſt, ne à Parthamaſiride, conciliatis ſibi aliquando
356. paternis amicis, bello impeteretur; Armeniæ ipſi regnum quæſivit.

Exedares Arſacida, Tiridatis Armeniorum Regis filius, poſt patris mortem, conſentientibus Armeniis, tanquam legitimus heres, ei in regnum Armeniæ ſucceſſerat. Romanorum autem Imperator Trajanus, quanquam inſcius atque inconſultus, de ea tamen non fuerat irreverentiâ conqueſtus. At, poſteaquàm Exedarem, bello à Choſroe impetitum, ſpoliatumque regno audivit: (Parthus enim Rex, quaſi Armenia adhuc ad Parthos pertinuiſſet, Exedarem, ut puta Arſacidam, amovere ſe pro arbitrio poſſe exiſtimabat) huic tùm vehementer ſuccenſens, eam ob cauſam ſtatim bellum Parthis inferre decrevit.

ARSAC. Julianus Imperator in Cæſaribus Trajanum Auguſ-
366. tum ita ferè loquentem introducit: Parthos autem, priuſquàm ab his injuriâ affectus eſſem, armis violandos non exiſtimavi. Ut verò injuriam intulerunt, cùm nempè Armeniam invadere auſi ſunt; non me ætas ingraveſcens, & jam tum legibus mihi militiæ vacationem concedentibus, ab iis invadendis revocavit.

Interim Choſroes, poſtquàm Armeniæ majori Parthamaſirim fratris ſui filium, Regem præfecit; Maniſſaro Regulo, (quem nummus noſter Abaiſſarum appellat,) bellum intulit. Is enim, durantibus Parthorum diſcordiis civilibus, Armeniam minorem occupaverat; ideòque caput tiarâ ornatum in nummo præfert; in cujus aversâ parte legitur hæc inſcriptio ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΒΑΙΣΣΑΡΟΥ: *cum aquila.* Quin & Meſopotamiæ quoque partem ſibi vendicaverat. Teſte Dione *lib.* 68. *pag.* 778.

Trajanus, qui initio anni V. C. 865. cum Articuleio Pæto Conſulatum acceperat, ineunte vere in Armenios & Parthos profectus eſt, iis bellum illaturus; propterea quòd (ut ipſe dicebat) Rex Armeniorum non ab ſe, ſed à Rege Parthorum diadema accepiſſet: ſed revera id bellum ſuſcepit adductus gloriæ cupiditate. *Id. Dio ibid. pag.* 778. Quam rem, licet intra plures annos geſtam, in hunc unum annum conjicit Euſebius: eò quòd vertente Abrahami anno 2129. fuerit inchoata: Parthis Armeniam invadentibus, quæ in Imperatoris Romani clientelâ erat. ARSAC. 367.

Hâc verò expeditione contra Parthos inſtitutâ, Trajanus Româ egreſſus eſt, anno Imperii ſui 15°. apud Malelam 16°. (ſed lege 13.) menſe Hyperberetæo, ſeu Octobri. Nam auctor ille Antiochenus, qui ſua ex Domnino Chronographo mutuatur, ab anno Abrahami ineunte 2129^{a}. computat, qui eſt Arſacidarum 368us.

Cùm autem Imperator Trajanus Athenas adpelleret, Legati quidam Choſrois illîc eum convenêre, qui & pacem petebant, & munera ſecum adferebant. Nam quia de profectione Trajani Choſroes acceperat, quodque factis ille fidem minis ſuis adſtrueret, trepidare cœperat; remiſſaque animi elatione, miſerat oratum ſuppliciter, ne bello invaderetur; & Armeniam pro Parthamaſiride, Pacori & ipſo filio, petebat; utque diadema illi mitteretur, rogabat. Etenim Exedarem, qui nec erga Romanos, nec erga Parthos officio ſe gereret, regno abdicatum per ſe aiebat. *Dio lib.* 68. *pag.* 778.

Legatis auditis, Imperator Trajanus nec accepit illa

Arsac. munera, nec aliud quidquam vel reſpondit, vel reſ-
368. cripſit; extra hoc ſolum, amicitiam factis, non verbis probandam: ideòque ſe, poſtquàm in Syriam veniſſet, facturum omnia, quæ fieri par eſſet. *Id. Dio ibid.* In ea igitur ſententia perſiſtens Trajanus Aſiam Ciliciamque, finitimis cum Provinciis, peragravit, ac Seleuciam adpulit ad portum Batyllum, μηνὶ Ἀπελλέω τῶ καὶ Δεκεμβεί. Legendum ex Domnino apud Malelam, Ἀπελλαίω; menſe *Apellæo*, ſeu Decembri.

Interea Choſroes trepidus, ob Imperatoris Romani adventum, Cteſiphontem ſeſe receperat, copias undique colligens. At bella civilia quàmplurimos milites abſtulerant, nec ceſſaverat adhuc inter Parthos ſeditio; ut innuere videtur Dio, dum Trajano Babylonem adventante, notat fuiſſe tunc adhuc eos inter populos tætram ſeditionem. *Dio lib.* 68. *pag.* 783.

Trajanus menſis Audinæi, ſive Januarii, die ſeptimo, ἡμέρᾳ ἑ (ſupplendum ἑβδόμη) feriâ ſeptimâ, per portam auream, ſeu Daphniticam, veniens, Antiochiam Syriæ ingreſſus eſt, coronam capite geſtans ex ramuſculis oleagineis contextam. *Malela ut ſuprà.* Antiochiæ cùm eſſet Imperator, Abgarus (*ſic enim ſemper in nummis*) Oſrhoenus, ei non ipſe quidem occurrit: munera tamen, & Legatos cum mandatis ab amicitia non alienis, miſit. Is enim pariter & Trajanum, & Parthos metuens, utrique parti ſtudebat; ſiquidem à Pacoro Regis nomen, ut ſuprà dictum eſt, acceperat: ac propterea cum Trajano congredi noluit. *Idem Dio ibid. pag.* 779.

Poſtquàm Trajanus vere in fines hoſtium penetravit, Satrapæ qui eas adminiſtrabant regiones, regeſque

cum magnis muneribus obviam ei proceſsêre. Partha- ARSAC.
maſiris autem, ceu vi cogente, hujuſmodi quiddam 368.
fecit. Primùm Trajano ſcripſit, tanquam Rex: &, quia nihil reſcriptum eſſet, alias denuò litteras dedit, omiſſo nomine regio; Marcumque Junium Cappadociæ Præſidem, ad ſe mitti poſtulavit, velut aliquid per eum petiturus. At Trajanus Junii filio ad eum ire juſſo, Samoſata progreſſus ipſe, citra pugnam oppido potitus eſt. Indè *Satala* pervenit, & Anchialum, Neniochorum Machelorumque Regem donis mutuis cohoneſtavit. *Idem Dio ibid. pag.* 779.

Ad oppidum autem Armeniæ Elegiam Parthamaſiridi copiam adeundi ſui fecit. Intra munitionem caſtrorum ipſe pro tribunali conſederat. Parthamaſiris, eo ſalutato, diadema capiti detraxit, eoque ad Trajani pedes poſito, tacitus adſtitit, dum id ſibi redderetur, expectans. Cùm autem, hoc facto, milites clamorem unâ *ſuſtuliſſent*, ac Trajanum tanquam in victoriâ quâquam, Imperatorem appellaſſent: (quippè victoriam hanc ſine bello partam, & incruentam vocabant; propterea quòd Regem Arſacidam, Pacori filium, Choſrois è fratre genitum, adſtantem Trajano ſine diademate videbant, veluti captivum.) *Idem Dio ibidem.* Atque ideò Trajanus ſecundò à Senatu *Optimus*, *Armeniacus* verò à militibus eſt dictus. Illo igitur militum clamore perterritus Parthamaſiris, ad contumeliam perniciemque ſuam id factum putavit. Quamobrem ſeſe convertit, quaſi fugiturus. Ubi verò circumdatum ſe militum coronâ conſpexit, deprecatus eſt, ne quid in turba dicere cogeretur. Itaque deduc[illegible] Trajani tentorium, nihil eorum quæ volebat im[illegible] *Dio lib.* 68. *pag.* 779. & 780.

ARSAC. 386. Exſiliente verò Parthamaſiride præ iracundiâ, etiam indè mediis è caſtris eum Trajanus arceſſivit, iterùmque conſcenſo tribunali, quæcumque volebat, audientibus univerſis ei dici juſſit: ne qui fortè neſcii rerum earum, quæ ſeorsùm inter ipſos actæ prolatæque fuiſſent, diverſa quædam confictis fabellis ſpargerent. Id verò cùm audiiſſet Parthamaſiris, non continere ſe potuit ampliùs; ſed magnâ libertate, cùm alia protulit in medium; tùm quòd minimè victus, nec bello captus, ſed ſponte ſuâ veniſſet, in perſuaſione certâ, futurum uti nec ulla ſibi inferretur injuria, & regnum perindè conſequeretur, ac à Nerone Tiridates id impetraſſet. *Id. Dio ibid. pag.* 780.

Ei autem Trajanus, præter alia, viciſſim reſpondit, ad rem quæ facerent; & Armeniam nemini ſe relicturum dixit, quòd ea juris Romani Præſidem Romanum habitura eſſet: Ipſi tamen abeundi, quò vellet, poteſtatem facturum. Hoc modo Parthamaſirim cum iis Parthis, quos ſecum habebat, dimiſit; cùm equites quoſdam ipſis duces dediſſet, uti nec cum aliquo colloquerentur, nec novi quid moliri poſſent. Omnes autem Armenios, quotquot cum ipſo venerant, totâ regione jam veluti ſuæ ſubjectos ditioni manere juſſit. *Id. Dio ibid.*

ARSAC. 369. Cùm igitur præſidia Trajanus in locis opportunis reliquiſſet, Edeſſam venit, ibique primùm Abgarum vidit. Nam antea quidem ille tam Legatos, quàm munera ſæpiùs ad Imperatorem miſerat: ſed ipſe modò propter has, modò propter illas cauſas non acceſſerat; uti nec Mannus (*ita ex nummis*) Arabiæ finitimæ Regulus, nec Anthemuſiæ Phylarchus, ſive Rex S[illegible]

ces. Tunc verò partim perſuaſus ab Arbande filio, Arsac.
egregiâ formâ præſtante, ideòque Trajani familiari- 369.
tatem adepto, partim hujus jamjam præſentis metu perculſus, adventanti profectus eſt obviam, ſeque purgato, veniam conſecutus eſt. Nam filius ei ſplendidæ ſupplicationis inſtar aderat. Abgarus quidem indè Trajani amicitiam meruit, eique tunc epulum præbuit, in quo filium barbaro quodam more ſaltantem produxit. *Id. Dio ibid. pag.* 780.

Cùm autem veniſſet in Meſopotamiam Trajanus, jamque miſſi pacis componendæ Præcones & Legati eſſent tàm à Manno, quàm ab Abaiſſaro, cui bellum Choſroes inferebat, ideòque ſe hic Armeniâ *minore* Meſopotamiâque, quàm ceperat, ultrò ceſſurum offerret: nec Abaiſſaro ſe fidem priùs habiturum reſpondit, quàm profectus ad ſe, quemadmodum pollicebatur, ipſis factis promiſſa confirmaſſet: & cùm aliis de cauſis Mannum ſuſpectum habuit; tùm quòd auxiliares ille copias Adiabenæ Regi Bebarſapi ſuppeditaſſet. *Id. ibid.*

Ideò igitur Trajanus non ampliùs eos, ut ad ſe venirent, expectandos duxit; ſed in Adiabenen ad ipſos deflexit. Hoc modo tùm Singara, tùm alia quædam oppida, citra pugnam ullam, operâ Lucii Quieti Legati in poteſtatem venerunt.

Adenyſtræ permunitum erat caſtellum. Eò miſſus Legati nomine fuit ad Bebarſapem Centurio quidam Servius nomine; & ab eo in vincula conjectus, in [illegible] commorabatur. Cùm autem Romani propiùs [illegible]ceſſiſſent, quoſdam ex iis, quos vinculorum ſocios habebat, inſtruxit; & è vinculis unà cum ipſis

elapſus, interfecto præſidii magiſtro, portas ſuæ nationis militibus aperuit. *Dio ibid.* 781.

In ea autem expeditione Trajanus pedibus iter faciebat ſemper cum exercitu; inſtruebatque milites, quoties proficiſceretur, eoſque variis modis ductabat. Itaque pedibus non aliter quàm illi, tranſibat flumnia. Eâ ratione ſuos & verbo & exemplo docens, nil non tentat, nil non expugnat: atque inter cætera, validiſſimis urbibus Niſibi, Batniſque captis, Parthicus in Meſopotamia cognominatus eſt; & hieme tunc adventante, Antiochiam eſt reverſus. *Id. ibid.*

Antequàm verò Trajanus Antiochiam proficiſceretur, Meſopotamiæ Præfectum impoſuit; cùm eam in Provinciam Romanam, ſicuti & priùs redegerat Armeniam, jam tùm quoque redegiſſet. Senatus autem, quò utriuſque rei memoriam poſteris mandaret, eam in æreis hujus Imperatoris nummis conſignavit. Ex quibus unum hîc, Lectoris gratiâ, adponendum eſſe exiſtimavimus.

In antiqua Nummi parte caput cernitur Trajani Imperatoris, cum ſolita epigrâphe: Imp. Cæs. Nervæ Trajano Aug. Ger. Dac. P. M. Tr. P. Cos. V. P. P.



In poſticâ verò ſtat Trajanus ipſe paludatus, dextrâ haſ- Arsac.
tam, lævâ parazonium geſtans: inter duas fluviorum figuras, 370.
hinc & indè cum urnis ſuis & arundinibus humi decumbentes, Tigrimque & Euphratem deſignantes; à quibus Meſopotamia circumſcribitur. Ad pedes Imperatoris Armenia etiam humi ſedet, capite tiarâ exornato, at mœſto ac demiſſo vultu, & manibus revinctis, cum Epigraphe: ARMENIA ET MESOPOTAMIA IN POTESTATEM P. R. REDACTÆ.

Dum autem Trajanus immoraretur Antiochiæ, Dominicâ die 23. menſis Apellæi, ſeu Decembris, anno Antiochiæ 164. ex Malela ritè emendato, terræ motus ingens factus eſt, quo eorum, qui in urbe remanſerant, infinita multitudo periit. Multi enim domibus collapſis urbis aliiſque ædificiis obruti ſunt. In quorum numero fuit Pedo Conſul, qui ſtatim mortuus eſt. Trajanus autem per feneſtram ex ædibus, in quibus erat, effugit. Nam cùm quidam inuſitatæ & pluſquàm humanæ magnitudinis ad eum veniſſet, eduxit foras; ita quidem, ut parumper alicubi vulneratus, ſuperſtes manſerit. Cùmque plures ad dies terræmotus duraret, in circo ſub dio agitabat. *Dio ut ſuprà lib. 68. pag. 782. & 783.*

Ineunte vere Trajanus in hoſtilem terram ingreditur. Cùmque ea regio, quæ ad Tigrim fluvium ſpectabat, materiam ad ædificandas naves non ferret, ea navigia, quæ in ſilvis apud Niſibim fecerat, plauſtris in flumen convehi juſſit. Sic enim comparata fuerant, ut diſſolvi facilè ac conjungi poſſent. Indè naves has ju[illegible]xit, [illegible] magnis quidem cum moleſtiis, ad montem [illegible]m; cùm Parthi ex adverſo conſiſtentes im[illegible] Sed tanta Trajano erat navium copia, tan[illegible]udo militum, ut aliæ celerrimè conjun-

Arsac. gerentur; aliæ plenæ gravis armaturæ militibus atque
370. ſagittariis, vim Parthorum antè prohiberent; aliæ hinc & illinc periculum facerent; quaſi tranſituræ eſſent. *Dio ibid. pag.* 783.

His rebus perterriti Barbari, ſimul quòd tanta multitudo navigiorum in regione arboribus vacuâ conſpiceretur, ipſi terga dant. Romani flumen tranſeunt, Adiabenemque omnem, quæ pars eſt Aſſyriæ ad Ninum pertinentis, in ſuam poteſtatem redigunt; itemque Arbela & Gaugamela; ubi Alexander olim Darium ſuperaverat. Poſt Babylonem uſque veniunt, propter hoſtium, à quibus prohiberentur, ſolitudinem. Nam Parthorum vires comminutæ erant bellis civilibus: (ſcilicet, regnante Pacoro, nuper mortuo:) eratque tunc inter eos adhuc ſeditio. Sin autem heic conjicere liceat, ei ſeditioni locum dediſſe putem Pacori filium Parthamaſirim, Armeniâ expulſum; nec ſat gnaviter à patruo Choſroe defenſum.

Interea conſtituerat Trajanus Euphratem, factâ foſſâ in Tigrim derivare, ut per eam naves ad pontem faciendum duceret. Sed, ubi eum altiorem Tigri eſſe intellexit, mutavit conſilium; veritus, ne, ſi id faceret, Euphrates navigari non poſſet, quòd amnis impetuoſiore fluxu in partem declivem tenderet. Itaque navibus per phalangas, ſive pulvinos, tranſportatis per interjectum utrique flumini ſpatium, quod perexiguum eſt, (nam Euphrates totus in paludem fluit, indeque cum Tigri conjungitur) Tigrim tra[illegible]it, poſt Cteſiphontem ingreditur. Quâ urbe captâ, [illegible] appellatus eſt, confirmato *Parthici* cognomine[illegible] *pag.* 784.

Cùm verò Cteſiphon eſſet Parthorum Principum Regia; idcircò in nummis, quos ex auro tunc temporis cudi juſſit Trajanus, eâ receptâ urbe, Parthiam captam jure ac meritò videtur inſcripſiſſe: veluti in nummo hoc aureo ſuperſtite obſervare eſt: in cujus averſâ parte duo adſunt captivi lugentes, atque ſub trophæo Parthicis armis onuſto hinc & indè humi ſedentes, cum illa inſcriptione, Parthia capta. Quod autem ad trophæum attinet, iis omnino ſimile eſt, quæ, poſt reportatam inſignem aliquam victoriam, in terra hoſtili erigebantur. Arsac. 370.



Poſtquam igitur Trajanus Cteſiphontem cepit, invaſit eum cupiditas navigandi ſecundo flumine in mare rubrum. Sinus eſt maris Oceani, quem Sinum Erythræum ab Erythro, qui regnum illic tenuit, appellant. Meſſenen quoque inſulam Tigridis (propè oſtium fluminis) in quâ Athambilus regnabat, nullo labore cepit: atque iis in locis propter vim hiemis, & rapidum Tigrim, æſtumque maris, in magnum periculum venit. Sed & qui Spaſini vallum (urbem ita dictam) atque quæ à Rege Characenorum olim conditam) habitabant, erantque in ditione Athambili; Trajanum amicè receperunt. Arsac. 371.

ARSAC. 371. Indè venit ad Oceanum; ac de Indis quoque cogitare cœpit: cùm tamen ea, quæ ceperat, tueri non poſſet. Dum enim navigat verſus Oceanum, atque indè revehitur; ea quæ ceperat, omnia maximo tumultu defecerunt: præſidiis, quæ apud eas gentes reliquerat, ejectis à ſingulis, aut cæſis. Atque hæc ad Trajanum, dum eſſet in navi, perferuntur.

ARSAC. 372. Cognitâ igitur defectione, Lucium & Maximum contra rebelles mittit. Maximus prælio ſuperatus, obiit. Lucius cùm alia præclarè geſſit, tùm Niſibin recuperavit: Edeſſam expugnavit, direptamque incendit. Seleucia ab Erucio Claro, & Julio Alexandro Legatis capta & incenſa eſt.

Verùm Trajanus metuens, ne Parthi quoque aliquid molirentur, Regem eis dare conſtituit. Itaque ut Cteſiphontem venit, convocatis in magnam planitiem Romanis omnibus Parthiſque, qui tùm aderant, excelſum tribunal conſcendit. Ibi apud eos de rebus ab ſe geſtis gloriatur, deindè Parthis Regem deſignat Parthamaſpatem (quem Malela Choſrois Regis hoſtem eſſe ait, utpote, qui Exedarem patrem ex Armenia depulerat) eique diadema imponit.



En numiſma æreum primæ formæ à Senatu percuſſum in memoriam Parthamaſpatis Regis à Trajano Parthis dati. Trajanus in tribunali ſedet, adſtante ponè cum Præfecto Prætorii. Coram Trajano ſtat Parthamaſpates, cujus capiti diadema Imperator imponit. Ante tribunal Parthus unus, totius populi nomine, flexo genu, junctiſque manibus, ſupplex Regem ab Imperatore petit. ARSAC. 372.

His perfectis, Trajanus Cteſiphonte in Arabiam profectus adoritur Agarenos, qui & ipſi defecerant, quorum civitas, neque magna eſt, nec dives; finitimaque regio magna ex parte deſerta, quòd in eâ aquæ rarò inveniantur, atque illæ parùm ſalubres; quodque in eâ ligni pabulique magna ſit penuria. Ex quo fit, ut ibi magna hominum multitudo, diu eſſe non poſſit. Tùm verò ardentiſſimis caloribus, quibus expoſita eſt, defenditur. Quamobrem expugnatione relictâ, Trajanus receſſit, nec multò pòſt in morbum incidit. *Dio lib. 68. pag. 785, & 786.*

Cogitabat iterùm exercitum in Meſopotamiam traducere, ſed ingraveſcente morbo, iter in Italiam navigio cœpit, Ælio Hadriano in Syria cum exercitu relicto. Itaque Romani, captâ Armeniâ, ac magnâ parte Meſopotamiæ, ſuperatiſque Parthis, fruſtra tot labores ſuſcepiſſe, totque pericula adiiſſe viſi ſunt; propterea quòd Parthi Parthamaſpatem deteſtati, regi ſuis moribus cœperunt. *Id. ibid.*

Tandem Trajanus aquâ intercute, ſeu hydropiſi laborans, Selinuntem urbem Ciliciæ perlatus eſt; in quâ mortem illicò obiit A. D. Id. Auguſti, poſtquàm regnâſſet annos decem & novem, menſes ſex, & dies quindecim. Atque huic ſucceſſit in imperium Hadria-

Arsac. 373. nus, qui Syriæ præerat, tunc autem Antiochiæ morabatur. *Dio ut ſuprà.*

Adeptus imperium Hadrianus, ad priſcum ſe ſtatim morem inſtituit, & tenendæ per orbem terrarum paci operam impendit. Nam deficientibus his nationibus, quas Trajanus ſubegerat, Mauri laceſſebant, Sarmatæ bellum inferebant, Britanni teneri ſub Romana ditione non poterant, Ægyptus ſeditionibus urgebatur, Lycia denique ac Palæſtina rebelles animos efferebant. Quare omnia trans Euphratem ac Tigrim reliquit, exemplo (ut dicebat), Catonis; qui Macedonas liberos pronuntiavit; quia teneri non poterant. *Pſamatoſirim*, (lege *Parthamaſpatem*) quem Trajanus Parthis Regem fecerat, quod eum non magni ponderis apud Parthos videret, proximis gentibus Regem dedit. *Spartianus in Hadriano.*

Interea Parthi Regem ſuum Choſroem, è ſuperioribus Satrapiis, in quas conceſſerat, acerſiunt, eumque, Parthamaſpate expulſo, omnes provinciæ recipiunt. Hadrianus enim, ut ait Eutropius, Trajani gloriæ invidens, ſtatim provincias tres reliquit, quas Trajanus Romano addiderat imperio; & de Aſſyria, Meſopotamiâ & Armeniâ revocavit exercitus; ac finem imperii eſſe voluit Euphratem. *Eutropius lib. 8.*

Parthos autem in amicitia ſemper habuit Hadrianus Auguſtus, quòd ex Parthiâ Regem retraxit (Parthamaſpatem) quem eis Trajanus impoſuerat. Armeniis quoque, qui ſub Trajano Legatum tantum habuerant, Regem habere permiſit (eundem Parthamaſpatem) quem in Exedaris Regis ſui defuncti locum, dari ſibi à Cæſare ſupplices ii populi petierant. *Spartianus in Hadriano.*

Cæterùm, cùm de Meſopotamiâ ab Hadriano Auguſto Parthis relictâ loquitur Eutropius; intelligendum illud eſt de ea Meſopotamiæ parte, quam Arſacidæ priùs obtinuerant, cujuſque primariæ urbes erant Amida & Niſibis. At alteram ejuſdem regionis partem, *Oſrohënen* dictam, quam alluit Euphrates, quæque Abgaro Regulo eâ fuerat lege conceſſa, ut tributum penderet; non Parthis, ſed indigenis Regulis parere voluit Hadrianus. Ita & Meſopotamii, qui in eo tractu erant, videlicet Rheſaineſii, ad fluvium Chaboram in eâdem Oſrhoëne ſiti, ſub iiſdem dominis, quibus antea paruerant, remanſêrunt: ut ex eorum nummis colligitur. ARSAC. 373.

Igitur Ælius Hadrianus, inquit Aurelius Victor, pace ad Orientem compoſitâ, Romam regreditur: ubi ſpectacula, quæ *Parthica* nominabantur, in honorem Divi Trajani Auguſti edidit. Quæ quidem ſpectacula, teſte Dione, per multos annos celebrata ſunt: poſteà verò, ut alia multa, in uſu eſſe deſiêrunt. *Dio lib.* 69. *pag.* 788.

Interea Choſroes pacis à Romanis conceſſæ temporibus fretus, regiones ſuas, quæ bello exhauſtæ fuerant, tributis imminutis, mirum in modum ſublevavit; quò Parthorum omnem ſibi benevolentiam conciliaret. At, quamquam plurimos annos regnaverit, nihil tamen de ejus geſtis protulerunt Hiſtorici. Ex ſolis igitur illius nummis, Arſacidarum Epochâ inſignibus, diſcimus pace eum populis ſuis præfuiſſe. ARSAC. 374.

Cùm verò ſingulas Imperii Romani provincias perluſtrare decreviſſet Hadrianus, dum in Aſia eſſet atque in Syria, Toparchas & Reges ad amicitiam invi-

ARSAC. 374. tavit; invitato etiam Choſroe, Rege Parthorum, (qui ad eum venit,) remiſsâque illi filiâ, quam Trajanus ceperat; ac promiſsâ ſellâ aureâ, quæ itidem capta fuerat. Atque eâ ratione bellum, quod à Parthis ob cauſas memoratas jamjam imminebat, Hadriani cum Choſroe colloquio repreſſum fuit. Addit idem Spartianus in Hadriano, at præpoſtero ordine; Parthis amicis uſum eſſe ſemper Hadrianum; propterea, quod indè Regem retraxit, quem Trajanus impoſuerat. *Spartianus in Hadriano ibid.*

Antequam Hadrianus Imperator ex Orientalibus Romani Imperii provinciis in Italiam regrederetur, ne quid pacem cum Parthis & finitimis barbaris initam turbare poſſet, Meſopotamios; eorumque Regulos, Oſrhoënos ſcilicet, omni tributorum onere liberavit. Quâ de re Spartianus: „ A Meſopotamiis non exegit „ tributum, quod Trajanus impoſuit. Idque omninò probant Rheſaineſiorum nummi plurimi Trajano Decio Auguſto & Etruſcillæ ejus uxori, percuſſi cum Epocha ab anno illo Urbis conditæ 886. deſumpta. Quos nummos in noſtro de Imperatorum Romanorum Nummis in Coloniis percuſſis Libro, pag. [illegible], 286, &c. deſcripſimus.

Verumtamen Hadrianus, promiſſam licet, auream Choſroi ſellam non remiſit; quæ Romæ aſſervata eſt, eam fortaſſis ob cauſam, quod eo ipſo anno obiiſſe Choſroes videatur: relicto ſucceſſore filio Vologeſe: poſtquam annos ſex & viginti regnaviſſet.

NUMMUS

NUMMUS ARSACIS CHOSROIS.



Ex Museo Cl. V. Caroli Cæsaris Baudelotii I. C. Parisini.

Caput Regis mediocriter barbati, & diademate ornati: ante quod litteræ numerales ΔOT, id eſt 374. In aversâ parte caput turritâ coronâ, necnon diademate inſigne: ante quod littera initialis A, id eſt, Arsac[illegible]

Æreus nu[illegible]lus, ei omninò ſimilis, quem in Arſacidarum Reg[illegible] ſerie, ſub Pacoro, ob publicas bellorum civilium calami[illegible]tes, ut ſuſpicati ſumus, primùm per[illegible] eſſe obſervavimus; ecce ſub alio Rege iterùm prodit: parvi quidem, ſi materiam ſolam; plurimi verò, ſi raritatem ſpectes atque elegantiam; æſtimandus. Eum Vir clariſſimus Carolus Cæſar Baudelotius inter plurimos, quos poſſidet, eximiæ raritatis nummos, jam in eo vulgavit libro, quem de peregrinandi utilitate vernaculâ linguâ compoſuit. Hic nummulus conſpicitur in tomo II. p. 605. Tab. num. 4.

Sed perperam Scalptor in eo ſcripſit ΔΟΡ pro ΔΟΤ : ut ipſe nummuli dominus poſtmodùm probè animadvertit : qui mihi, tanquam veteri amico ſuo, eum æri incidendum libentiſſimè commodavit. Scalptoris autem errorem agnoſcet ſtatim & ipſe lector. Æra cum litteris ΔΟΡ., id eſt, 175, incideret in annum quintum regni Mnaſkiris, qui Rex annos tùm erat nonaginta natus; barbamque admodùm prolixam alebat, ut ſuo loco videre licuit.

Hic autem nummulus juniorem adhuc Parthorum Regem exhibet, barbâ non oblongâ, carnoſâ & vividâ facie; talemque omninò, qualem fratrem Pacori Choſroen fuiſſe conſentaneum eſt; cùm æræ Arſacidarum, ΔΟΤ, id eſt, 375us. annus ageretur. Quo quidem anno paucióres ſupra triginta annos natus erat Choſroes; nondumque nonum regni ſui annum compleverat; poſteaquàm, cùm è Meſopotamiâ, tùm ex aliis regionibus, quas Trajanus Auguſtus victricibus armis occupaverat, revocatis ab Hadriano Imperatore Romanis exercitibus; ipſe à Parthis fuiſſet avitum in ſolium reſtitutus.

Sin verò in tantulo nummuli ſpatio faſtoſi illi tituli, quos ſibi Parthorum Reges adrogare ſoliti erant, deſiderentur: aliundè tamen haud mediocris certè lætitia animum ſubit; cum earum numeralium litterarum ope, Choſrois nobis effigies certiori exhibeatur fide; quàm in argenteo nummo drachmali; in quo proprium quoque Regis illius nomen non exaratur. Undè, meo quidem judicio, æreus hic nummulus argenteo drachmali longè eſt anteponendus.

Littera A. haud dubiè initialis eſt nominis urbis, in qua ſignatus eſt nummus. Plurimæ in vaſto Parthorum Imperio occurrunt urbes, quæ ab hac littera exordium habent. Undè in quanam earum percuſſus eſt nummus, aliquis remaneret dubitandi locus: niſi uſu receptum foret Regiis urbibus Monetarias officinas ſemper adſignari. Quapropter heic litteram A. *Arſaciæ* Parthorum Regiæ initialem eſſe nemo non fatebitur.

ARSACES XXVI. Arsac. 389.

ARSACES VOLOGESES. II.
REX PARTHORUM. XXVI.



In museo D. Vaillant D.M
[illegible] ex num arg. drach.

VOLOGESES, hujus nominis ſecundus, patre Choſroe defuncto, Parthorum Imperium adeptus eſt.


Eodem anno bellum Alanorum (hi Arsac. 390. ſunt Maſſagetæ) Rex Iberorum movit; ac Mediam quidem totis viribus infeſtavit; Armeniam

Arsac. 390. verò Cappadociamque tantùm adtigit. Pòſt, Alanis partim muneribus à Vologeſo perſuaſis, partim metu Flavii Arriani Præſidis Cappadociæ adductis; bellum hoc finem habuit. *Dio lib. 69. pag. 794.*

Arsac. 391. Cæterùm Romam Vologeſes Legatos miſit, qui Pharaſmanem accuſarent propter Alanos in Mediam inductos. Eos autem Legatos in Senatum Hadrianus introduxit: Cùmque huic Senatus negotium iis reſpondendi commiſiſſet; & ſcripto reſponſa complexus eſt, & ipſis ea recitavit. Intereà Pharaſmani Ibero, cum uxore Romam profecto; imperium auxit Hadrianus, & in Capitolio ſacrificare permiſit; equeſtremque ſtatuam in Æde Bellonæ poſuit. *Id. Dio ibid.*

Arsac. 393. Verùm non multò pòſt Hadrianus apud Baias Idibus Juniis mortuus eſt: annos natus 62. menſes 5. ac dies 19. cùm annos 20. & menſes 11. regnaviſſet. Eique Antoninus Pius in imperium ſucceſſit.


Arsac. 394. Defuncto Hadriano, Vologeſes Romam iterum Legatos miſit, qui, honoris causâ, Antonino Pio, imperium adepto, coronam auream deferrent. Æternam ejus facti memoriam Senatus in æreis hujus Imperatoris nummis conſervari voluit. En unum è multis heîc proferam.



Exhibet nummus ab una parte laureatum Antonini Auguſti Arsac. 394.
Pii caput. Ab altera ſtat mulier patrio more veſtita, onuſtæ ſagittis pharetræ lævam imponens, dextrâ verò radiatam coronam geſtans, cum Epigraphe PARTHIA: ut coronam hanc auream, ſolitum Regum amicorum munus, novo Imperatori Romano dono miſſam eſſe à Rege Parthorum ſignificet.

Legati Vologeſis etiam in mandatis habuiſſe videntur, ut ab Imperatore Antonino Pio ſellam auream Choſrois patris repoſcerent, quam Hadrianus redditurum ſe ei promiſerat. De qua ita Capitolinus *in Antonino Pio*. Sellam regiam Parthorum Regi repetenti, quam Trajanus ceperat, pernegavit.

Cùm Parthamaſpates paterno Armeniæ regno ab Arsac. 395.
Hadriano redditus, ſupremum diem obiiſſet; *Achæmenides*, ejus filius, (ex Iamblicho apud Photium) ut Romanorum benevolentiam ſibi conciliaret, non à Parthorum Rege Vologeſe, quamvis Arſacida & ipſe eſſet; ſed ab Antonino Pio diadema recipere maluit. Ideoque Legatos Romam miſit, qui id ſibi muneris ab Antonino ſupplices peterent. Hujus votis Imperator annuit lubens. Et certè egregium hunc nummum æreum cudendum curavit, Senatus tam præclari facti memoriam, ſilentibus omnibus Hiſtoricis, ad nos uſque perlaturum.



Arsac. Ab unâ parte nummus laureatum caput exhibet Antonini
395. Pii, cum Epigraphe; ANTONINUS AUG. PIUS TR. P. II. COS. II. Ab alterâ ea legitur inſcriptio: REX ARMENIIS DATUS. Stat Achæmenides, regiâ indutus chlamide; dextramque capiti diademate ornato admovet: dextram quoque ei imponente Antonino Pio; ſuâque auctoritate factum veluti confirmante. Togatus eſt Imperator, ut regnum Armeniæ Achæmenidi contuliſſe ſe volentem volenti demonſtret; cùm neque ullum antea interceſſiſſet bellum, neque ullum tùm intercederet. Item Conſul ſecundùm dicitur. Qui Antonini Conſulatus in annum cadit V. C. 893. quo Armeniæ regnum Achæmenidi fuiſſe ab eo conceſſum diſcimus; anno videlicet æræ Arſacidarum 395, regni verò Vologeſis ſeptimo.

Arsac. Interea iratus Vologeſes, quòd Antoninus Pius au-
396. ream patris ſui Choſrois ſellam, etſi ab Hadriano promiſſam, pernegaſſet; quòdque noviſſimè Achæmenides Arſacida, non à Parthorum Rege, ſed ab Imperatore Romano diadema accepiſſet: eas ob cauſas utrique infenſus, Armeniæ inhiabat, eique mox invadendæ totus jam incumbebat. Quod ubi primùm reſcivit Antoninus Pius, ad eum ſcripſit, minaſque ei intentans, omnem ejus conatum in ipſo, ut ita dicam, limine repreſſit atque coercuit. Quâ de re loquitur his verbis Capitolinus in Vita Antonini Pii: „ Parthorum Regem ab Armeniorum expugnatione „ ſolis litteris repulit.

Arsac. In ſumma igitur tranquillitate ac pace conquievit
416. omnis Oriens, quamdiu vixit Antoninus Pius: At eo optimo Imperatore Non. Martii an. V. C. 914. demortuo; ſimul ac primùm M. Aurelius Antoninus & L. Verus, ejus gener, Imperium Romanum unà gubernare cœperunt; Vologeſes meditatum jam ſub Pio bellum denuò inſtauravit. De quo ita Capitolinus:

Vita Marci Antonini. „Fuit eo tempore etiam *Parthicum* bellum, quod Vologeſus paratum ſub Pio, “ Marci & Veri tempore indixit: fugato L. Attidio Corneliano, qui Syriam tunc adminiſtrabat. “ *Capitolinus in Vita Marci Antonini.* ARSAC. 416.

Nuntiatâ morte Achæmenidis, arma ſtatim Vologeſes intuliſſe in Armeniam videtur, ut Soæmi, ejus filii, atavis editi regibus, regnum invaderet. Hic à Severiano Cappadociæ Præfecto auxilium petiit, & obtinuit. Verumtamen regno expulſus, ſalutem fugâ quærere, Romamque ſeſe conferre coactus eſt. Atque interim Vologeſes omnem exercitum Romanorum Severiano commiſſum ad Elegiam Armeniæ oppidum undique circumcluſum unà cum ipſis ducibus ſagittis confecit.

Cæterum Lucianus narrat Severianum illum, antequàm in Armeniam proficiſceretur, Alexandrum Dei Glyconis; ſive Sacerdotem, ſive Prophetam conſuluiſſe: eique redditum fuiſſe ſuper expeditione in Armeniam ſuſcipiendâ tale reſponſum; adhortans illum ad regionis illius invaſionem. ARSAC. 417.

Parthis, Armeniiſque citato Marte ſubactis,
Romam urbem repetes, & claras Tibridis undas;
Vertice ſerta gerens radiis diſtincta ſerenis.

Verùm, poſteaquàm vecors ille Gallus, Oraculo nimiùm confiſus, incurſione factâ, cum exercitu ab *Othriade*, (ſive, ut aliàs legitur, ab *Oſrhoe*, præcipuo duce Parthorum) fuiſſet cæſus: Oraculum illud impoſtor Alexander ſuſtulit à monumentis; aliudque

Arsac. 417. ejus in locum ſubſtituit hujuſmodi.

Agmen in Armenios ne duc ; neque enim expedit illud:
Ne tibi femineis vir amictus veſtibus, arcu
Exitium immittat, vitâque ac lumine privet.

Lucianus in Vita Alexandri Pſeudomantis. pag. 486. & 487.

Apud eumdem Lucianum in libro de ratione conſcribendæ hiſtoriæ pag. 357. Callimorphus Hiſtoricus dicitur de morte ejuſdem Severiani ſcripſiſſe; cæteros quidem omnes deceptos fuiſſe, qui putarint eum gladio interfectum, quando inediâ perierit.

Dum hæc in Armenia geruntur, ad Parthicum bellum, Senatu conſentiente, miſſus eſt L. Verus Auguſtus: Romæ verò Marcus Antoninus remanſit; quòd res urbanæ Imperatoris præſentiam poſtularent. At Lucius Verus, Provincias obeundo, luxui & popinis adeò vacavit, ut, exeunte tantùm autumno, in Syriam perveniret. Itaque Laodiceæ hiemavit; ubi, comparato maximo militum numero, veris initio Antiochiam uſque progreſſus eſt. In deliciis autem apud Antiochiam & Daphnen vixit, armiſque ſe gladiatoriis & venatibus exercuit; cùm per Legatos bellum Parthicum gerens, *Imperator* à militibus eſſet appellatus. Ex ea igitur urbe Lucium Statium Priſcum, Conſularem virum, Legatum ſuum in Armeniam miſit: ipſe Antiochiæ remanſit; ut indè omnia diſponeret, & ſufficientem commeatuum copiam militibus ſuis ſuppeditaret.

Arsac. 418.

Interea geſtæ ſunt res in Armenia proſperè adverſus

Hoſroem Vologeſis Ducem per Statium Priſcum : Ar- Arsac. 418.
taxatis oppugnatis & captis : delatumque *Armeniacum* nomen utrique Principum : quod Marcus per verecundiam primò recuſavit : poſtea tamen recepit. *Capitolinus in Marco pag.* 26. Narrat tamen Lucianus *pag.* 347. primò in Armenia Romanos magnâ clade affectos fuiſſe: deindè verò ingentes ac veluti continuas reportaviſſe victorias. Itaque Armeniâ omni recuperatâ, Soæmus, ejus Rex, qui, teſte Iamblico apud Photium, Senator primò, ac deindè Conſul Romæ factus fuerat; ad capeſſendum patrium regnum Româ accerſitus eſt.

Vologeſes, cùm res ſuas per Hoſroem Ducem, in Arsac. 419.
Armenia infeliciter geſtas eſſe accepiſſet; ineunte vere Syriam ingreſſus eſt; Syris tùm defectionem cogitantibus: *ex Capitolino.* Aſt Avidius Caſſius, quem ei Provinciæ tuendæ præfecerat Lucius Verus, adorientem ſe Vologeſum fortiter ſuſtinuit; deſertumque tandem à ſociis, ac terga vertentem inſecutus, Seleuciam & Cteſiphontem venit: deindè, vaſtatâ Seleuciâ atque incensâ, Regiam Vologeſi, quæ in urbe Cteſiphonte erat, ſolo adæquavit. *Dio lib.* 71. *pag.* 802.

Eodem ferè tempore Abgarus, Oſrhoenorum Rex, ſuum erga Romanos obſequium publico monumento teſtatus eſt; dum cudendos curavit nummos, ab una parte L. Veri Auguſti caput referentes, cum Epigraphe: Λ. ΟΥΗΡΟϹ *L. Verus:* ab altera verò caput ſuum mitrâ exornatum exhibentes, cum inſcriptione ΑΒΓΑΡΟϹ Β. id eſt, ΒΑϹΙΛΕΥϹ: *Abgarus Rex.*

Non multò pòſt quoque Mannus, Regulus Arabiæ ultra Euphratem ſitæ, è regione Commagenes, haud minus fidum ſe Romanis amicumque profeſſus eſt;

Arsac. 419. cùm nummum argenteum in honorem Lucillæ Auguſtæ, L. Veri uxoris, unà tùm cum marito Antiochiæ degentis percuſſit; ejuſdem Auguſtæ caput ab una parte; ab alterâ verò ipſam ſub Cereris effigie exhibentem; cum inſcriptione: ΒΑCΙΛΕΥC ΜΑΝΝΟC ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟC, *Rex Mannus, Amicus Romanorum.* Quos quidem nummos heîc non exhibebimus. Operæ enim pretium facturos nos eſſe exiſtimavimus, ſi nullorum aliorum nummorum icones, præter eorum, qui ad Parthos ſimul & ad Romanos ſpectant, huic noſtræ Arſacidarum Hiſtoriæ adtexeremus: ſolam reliquorum deſcriptionem attuliſſe contenti: ne fortè rebus alienis ſuffertum opus in immenſum ſuccreſceret.

Verùm, ut ad ea, undè digreſſi eramus, revertamur; dum hæc geruntur ad Euphratem, Rex Soæmus ex urbe advenit; quem L. Verus, totâ Armeniâ recuperatâ, cùmque ob id jam à militibus *Armeniacus* appellatus fuiſſet; in caſtris, præſente exercitu, Armeniæ Regem conſtituit. At, ne ejuſmodi facti memoria excideret, illud non ſolùm Senatus in æreis hujus Imperatoris nummis Romæ percuſſis conſignavit; ſed etiam Verus ipſe in aureis quoque, qui cudebantur in caſtris, publicavit. En unum heîc oculis lectorum ſubjicimus.



Ab una parte caput laureatum L. Veri Auguſti cernitur, cum Epigraphe : L. Verus Aug. Armeniacus. Ab altera verò ARSAC.
Sellæ curuli ſuggeſtui ſuperimpoſitæ. inſidens exhibetur Imperator; adſtantibus hinc & indè ponè eum duabus figuris militaribus; ſtante quoque infra ſuggeſtum ipſo Soæmo : cui diadema Verus impoſuit, cum inſcriptione : Tr. Pot. IIII. Imp. III. Cos. II. & in imo nummo: Rex Armen. Dat. 419.

Cæterum is ſuggeſtus indubiè probat L, Verum in caſtris, coram exercitu, Armeniæ regnum Soæmo contuliſſe. In cujus rei monimentum non ſolum Senatus ærea numiſmata eum typum exhibentia Romæ conflari curavit: ſed etiam Verus ipſe nummos aureos eodem typo inſignes percuti juſſit, ſuis ducibus erogandos. Quod quidem & Imperator & Senatus fecêre; quò apertiùs declararent, ſupremam penès Romanos eſſe poteſtatem; ideòque etiam facultatem, ut & dandi, ſic & eripiendi regnum Armeniæ: utpote quod à Lucullo atque Pompeio jamdudum Populo Romano vendicatum, ac nuperrimè in ejus poteſtatem à Trajano Auguſto redactum fuiſſet.

Interea, poſteaquàm Avidius Caſſius Vologeſem ultra Euphratem repuliſſet, in Meſopotamiam penetrare con[illegible]is. Ideò igitur L. Verus unà cum eo ad fluvium uſque progreſſus eſt, ibique aliquamdiu remanſit; dum Caſſius Meſopotamiam pervagaretur; in qua Vologeſis Dux Oſrhoes caſtra poſuerat. Hunc ſtrenuè adortus eſt Caſſius; devictumque ac fugatum, tranare Tigrim cum magna perturbatione coëgit. Teſte Hiſtorico Callimorpho apud Lucianum *pag. 856.* qui multis verbis, iiſque ſat inanibus, deſcribit, qualis, eâ clade acceptâ, fuerit coma Oſrhois per eum fluvium natantis; & in quale antrum trep idus tandem ille effugerit.

ARSAC. 419. Interim P. Martius Verus, unus ex tribus L. Veri Auguſti Legatis, vir Conſularis, (cujus videri poteſt Encomium apud Suidam in voce Μάρτιος) Mediam cum valido exercitu ingreditur; eâque occupatâ ac devaſtatâ, Lucio-Vero MEDICI cognomen adquiſivit. Undè proculdubio in æreis quibuſdam Lucii Veri nummis à Senatu percuſſis tria trophæa conſignata ſunt, cum Captivo ſub unoquoque illorum ſedente, eâque Epigraphe: TR. POT. VI. IMP. IIII. COS. II. Unum ſcilicet trophæum ob Armeniam receptam; alterum ob Mediam occupatam: tertium denique ob Parthos variis prœliis devictos ac ſuperatos.

ARSAC. 420. Avidius igitur Caſſius, fugatis undique Parthis, Tigrim fluvium tranſgreditur; ac recto itinere Seleuciam pergit: quæ quidem urbs Romanos, ut amicos recepit. Attamen, ut teſtatur Capitolinus in Vero, Seleucia à Caſſio contra fidem expugnata eſt. Quod quidem inter cæteros etiam Quadratus, belli Parthici Scriptor, incuſatis Seleucenis, qui fidem primi ruperant, purgat. Verùm, ut ut ſit, non ſolum vaſtata eſt à Caſſio Seleucia, ſed etiam incenſa; uti ſuprà jam notavimus ex Dione *lib*. 71. *pag*. 802.

Poſt expugnatam, incenſamque Seleuciam, Caſſius ad Cteſiphontem pervenit: quam urbem, utpote propugnaculis deſtitutam, facillimè ingreſſus, ac depopulatus eſt; Regiamque Vologeſis in ea conſtructam miro opere, ſolo adæquavit. *Dio ut ſuprà*. Undè L. Vero Auguſto *Parthici Maximi* inditum eſt cognomen: quod quidem & cum M. Aurelio Antonino habuiſſe commune æreus hic apertè nummus oſtendit.

Arsac. 420.



Ab una parte caput laureatum M. Aurelii Antonini exhibet nummus, cum Epigraphe: M. Aurel. Antoninus Aug. Arm. Parth. Max. id eſt, *Marcus Aurelius Antoninus Auguſtus Armeniacus Parthicus Maximus.* Ab alterâ ea legitur inſcriptio: Tr. P. xx. Imp. iiii. Cos. iii. hoc eſt, *Tribuniciâ poteſtate vigeſimâ, Imperator quartùm, Conſul tertium.* Victoria ſtans dextrâ ramum lauri gerit, ſiniſtram imponens ſcuto, trunco palmæ arboris ſuperimpoſito, in quo hæ litteræ leguntur: Vic. Par. *Victoria Parthica.* Similis occurrit æreus L. Veri nummus, cum Armeniaci & Parthici Maximi titulis; in cujus averſa parte idem quoque typus obſervatur, ſed cum eâ inſcriptione: Tr. P. vi. Imp. iiii. Cos. ii. id eſt, *Tribuniciâ poteſtate ſextâ, Imperator quartùm, Conſul ſecundùm.*

At nos hujus L. Veri nummi iconem hoc in loco exhibendam non duximus, cùm jam paulò altiùs illius Imperatoris repræſentata ſit effigies; cùmque eadem illuſtria cognomina utrique Auguſto, ob confectum bellum Parthicum, fuerint ex Senatuſconſulto decreta.

Dum autem Avidius Caſſius Babyloniam diripit, ſubitò ea in urbe nata fertur peſtilentia: ubi de templo Apollinis ex arcula aurea, quam miles fortè inciderat, ſpiritus peſtilens evaſit; atque indè non Parthos modò, ſed & orbem ferè univerſum complevit; ut refert Capitolinus in Vero.

ARSAC. 420. Cùm verò reverteretur Caſſius, magnum, teſte Dione, numerum militum amiſit: qui partim fame enecti, partim morbo exſtincti ſunt: ipſe tamen cum reliquis militibus incolumis rediit in Syriam. *Dio lib.* 71. *pag.* 802.

ARSAC. 421. Interea, tumultu apud Parthos exorto, ob vaſtatas Parthiæ Provincias, plurimaſque eorum Urbes incenſas igni tam ſub Choſroe patre, quàm ſub ejus filio Vologeſe: ab illis populis, pulſo prius in exſilium legitimo Rege, novus Rex conſtituitur, ut ex rariſſimo ejus nummo diſcimus: quem idcircò in Parthorum Regum ſerie collocavimus.

ARSACES XXVII.

Arsac. 422.

MONNESES
REX PARTHORUM. XXVII.



In muſeo D. Vaillant D.M.
ex num. æreo 2. formæ.

RES contra Romanos à Vologeſe II. infeliciter geſtæ, Parthos ad ſeditionem incitarunt. Quod quidem ex Parthicis nummis conjeciſſe me fateor. Quoties enim Arſacidarum Regum deeſt nobis Hiſtoria, toties eorum numiſmata ſupplere abunde

ARSAC. 422. poſſunt. Et certè ea nos docent à rebellibus Populis, in exſilium actum eſſe Vologeſem; atque in ejus locum Nobilem quemdam Parthum, nomine Monneſen, fuiſſe ſubſtitutum. Quòd autem Vologeſes II. ex ſolio deturbatus fuerit, neque nova res apud Parthos, neque mira videri debet. Ita enim priùs & Gotarzem, & Phrahatem IV, & Vologeſem I. pariter è ſolio ejectos, ac poſtea reſtitutos, Arſacidarum, ut ſuprà vidimus, teſtantur Annales.

MONNESES, nomen eſt Parthicum, multis Nobilibus Viris commune. Ita enim vocabatur vir ille nobilis, cujus meminit in Antonio Plutarchus; quemque ex aula Phrahatis IV. fugiſſe ad Antonium, ac poſtea cum Phrahate in gratiam rediiſſe refert. Item *Annalium lib.* 15. à Tacito alius memoratur, *Monneſes*, cui Tigranis è regno Armeniæ exturbandi negotium Vologeſes I. mandaverat. Undè apparet complures Nnobiles Parthos variis temporibus eo fuiſſe nomine vocitatos.

Monneſes verò, de quo nunc agitur, ſtatim atque Imperium Parthorum eſt adeptus; contractis ex omnibus Provinciis militibus, ineunte vere in Meſopotamiam tranſgreditur. Quo comperto, Duces Romani, etſi fatigatis diuturno bello Legionibus, iterùm tamen contra Parthos movêre: ac L. Verum Auguſtum adhortati ſunt; ne prioribus partis victoriis amitterentur, iter ad Euphratem unà ſecum ſuſciperet. Illud enim teſtatur Capitolinus in Vero, his verbis: „Ad Euphratem tamen impulſu Comitum ſuorum ſecundò „profectus eſt.

Poſt prælium acre rurſùs Romanos inter & Parthos in Meſopotamia commiſſum, devicti ac profligati ſunt Parthi.

Parthi. Ideòque L. Verus, ob res tam proſperè adverſus eos geſtas, Imperator IV. ab exercitu appellatus eſt. At, ne Romani iterum Tigrim tranſgrederentur; Parthi cum illis pacem his conditionibus pepigêre: ut deinceps Tigris utriuſque Imperii terminus foret; utque penès Romanos Meſopotamia remaneret. Quam quidem Provinciam poſtea Parthi recuperare numquam potuerunt; licet eam multoties incurſionibus ſuis infeſtaverint. ARSAC. 422.

His itaque pactis ac ſancitis, L. Verus milites veteranos Carrhis, quæ urbs eſt Meſopotamiæ, relinquit; eamque Romanorum coloniam ſtatuit: cujus rei argumento eſt Carrhenorum nummus; in cujus adverſa parte cernitur M. Aurelii caput cum ſolita Epigraphe: in averſa verò ea legitur inſcriptio: KO. AYP. KAPPHNΩN. id eſt, *Colonia Aurelia Carrhenorum*: creſcentique Lunæ ſuperimpoſitum exhibetur caput Dei Luni, qui præcipuè ea in urbe colebatur; ut refert *Spartianus in Caracalla*.

Iiſdem ferè temporibus ſupremum diem obiiſſe videtur Armeniæ Rex Sohæmus; cui ſucceſſit filius ejus, Sanatruces nomine; de quo hæc ſcribit Suidas: SANATRUCES, Armeniorum Rex; qui corpus quidem habebat mediocre; ſed animo erat ad omnia magno, præcipuè verò ad res bellicas. Viſus autem eſt & accuratus juſtitiæ cuſtos fuiſſe; & in ipſa victus ratione æquè caſtigatus & frugalis, atque vel præſtantiſſimi quique Græcorum & Romanorum.

L. Verus, Parthico bello poſt quadriennium confecto, regendas Comitibus ſuis orientales Provincias relinquens; Romam indè ad triumphum rediit: atque ARSAC. 423.

Iu

Arsac. 423. unà cum M. Aurelio Antonino Romæ proceſſit: ut teſtantur & Capitolinus in Marco, & ipſius Veri Auguſti nummus; in cujus averſa parte hæ litteræ cernuntur Tr. P. xxi. Imp. iiii. ut & duo Imperatores in quadrigis, quas triumphalis pompa præcedit.

Monneſes, pace cum Romanis initâ, in Parthorum regiam regreſſus eſt, ac copias dimiſit. At regni Proceres turpe reputantes Meſopotamiam Romanis fuiſſe conceſſam; utpote quæ ſolâ vi armorum ab Imperatore Trajano capta, ab Hadriano mox Parthis fuiſſet reſtituta: indignabundi, Monneſique multùm infenſi, cùm eam ob cauſam, tùm etiam eò quòd non eſſet Arſacida, adeoque probroſam cum Romanis pacem feciſſet; eum è ſolio dejiciunt, ſtatimque ab exſilio Vologeſem II. revocant; qui ſe tàm ſtrenuè contra Romanos geſſerat. Quæ omnia, ſilentibus Hiſtoricis, colligimus, cùm ex uno Regis Monneſis nummo, Epochæ Arſacidarum annum 422um referente; tùm ex altero Vologeſis II. nummo, ejuſdem Epochæ annum 423um exhibente. De quibus fiet infrà à nobis mentio.

NUMMUS ARSACIS MONNESIS.



EX MUSEO NOSTRO.

Caput Regis barbati & diademate ornati. In averſâ parte Rex idem ſub Herculis nudi ſpecie cippo innixi, necnon lævâ clavam geſtantis, cum Epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΜΟΝΝΗΣΟΥ ΣΟΤΗΡΟΣ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ: id eſt, REGIS REGUM MONNESIS, SERVATORIS, ILLUSTRIS. In imo nummo Litteræ numerales ΥΚΒ. id eſt anno 422.

EN effigies Monneſis Regis in Vologeſis II. locum à Parthis ſuffecti, cujus nummus genuinam nominis illius appellationem nobis adſerit; videlicet *Monneſen* per geminam Litteram N. exaratum: cùm Scriptores tamen omnes eum *Moneſem*, vel *Moneſi*, malè omninò, ut videtur, nuncupaverint. Aſt apud Auctores non inſolita res eſt. Siquidem *Manus* Arabiæ Regulus à Dione libro 88. nominatur, qui in argenteo Lucillæ Auguſtæ nummo à Seguino vulgato Edit. 2. pag. 158. ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΑΝΝΟϹ dicitur. Undè appa-

ret, quantam priſcæ Hiſtoriæ lucem adferant nummi. Quòd autem Monneſes Arſacidarum ſanguine ortus non fuerit, id planè ex ejus nummo liquet; in quo, ſuperbo Parthorum Regum titulo ΒΑCΙΛΕΩC ΒΑCΙΛΕΩΝ contentus, ΑΡΓΑΚΟΥ nomen nequaquam adhibet. Jam verò, quidnam ſibi velit inſolitum in Parthicis nummis CΩΤΗΡΟC, id eſt, Servatoris, epitheton expendamus. Illud ſibi adrogaviſſe videtur Monneſes, ob egregium quoddam adversùs Romanos facinus bellicum; quo populorum omnem ſibi benevolentiam atque amorem conciliarit; quoque in turbulento illo rerum ſtatu ad Parthicum ſolium viam ſibi patefecerit. At, poſteaquàm turpem, ut ipſis videbatur, cum Romanis pacem feciſſet, exiſtimatio illa omnis, quam de eo primùm Parthi conceperant, citò ex eorum animis obliterata eſt.

Monneſes igitur ſub ſpecie Herculis illius ΣΩΤΗΡΟΣ, exemplo ΘΑΣΙΩΝ, hoc in nummo depingitur. Præcipuus enim apud Parthos erat hujus Dei cultus; ut jam in Phrahate IV°. & in Gotarze obſervavimus: nec ſine cauſa. Nam Parthi, perindè ac Perſæ, *Herculem* tanquam *Solem* venerabantur. Uti Theologorum vetus erat opinio per *Herculem* ſignificari *Solem*. Undè duodecim ei certamina ſunt attributa: quòd videlicet duodecim ſigna ſingulis annis ſoleat permeare; ut refert Lilius Giraldus Syntagm. 10.

Hercules clavam ſolam, tanquam proprium inſigne, geſtat: nec leonis exuviis ornatur, propterea quòd heîc pro Sole haberi videatur. Sedens exhibetur, quoniam (ut alicubi obſervavimus) ejus Sacris epulaturi ſedebant. Teſte Macrobio *lib.* 3. *Saturnaliorum*: qui & lib. 1. *Herculem* reverà *Solem* eſſe affirmat.

Æreus eſt nummus, ſed argenteorum Tetradrachmalium magnitudine. Tenui verò argenti bracteolâ obductum olim fuiſſe nummum denotant ſuperſtites adhuc hujus metalli reliquiæ. Quod quidem tùm factum fuiſſe propter res Parthiæ difficillimas, ſummamque argenti penuriam autumamus.

Litteræ numerales ΥΚΒ. Epochæ Arſacidarum annum indicant 422um. Hæ in nummis Regum Parthorum, modò recto, modò inverſo ordine, Seleucidarum Regum more, inſcribuntur. Tales autem Litteræ numerales, ſi quando in vetuſtis illis monumentis occurrunt, maximi ſanè ſunt momenti:

ſicuti in hocce nummo conſpicere eſt, qui medium Regni Vologeſis II. tempus interrumpit. Undè Vologeſi II. proculdubio ſubſtitutum à Parthis fuiſſe *Monneſen* planè edocemur: cùm maximè alius ſeſe nobis offerat Vologeſis II. nummus; ejuſdem Arſacidarum Æræ annum exhibens 423um.

ARSAC. 423.

ARSACES VOLOGESES II.

REDUX.

VOLOGESES II. poſt ejectum è ſolio Monneſen, (quem tamen non expulſum regno fuiſſe, ſed fato conceſſiſſe quidam exiſtimant; at ex conjectura tantùm:) anno uno elapſo, poſtquàm Monneſes Parthorum Rex fuerat conſtitutus; regendas iterum Imperii Parthici habenas; omnium populorum conſenſu, recepit; eò acceptior ſuis, quòd ab alto Arſacidarum ſanguine duceret genus; atque inſuper, neque propter ſuperbiam, neque propter crudelitatem; imò potiùs Procerum quorumdam tumultu ac rebellione, ob proſperos Romanorum contrà Parthos ſucceſſus, actus in exſilium fuiſſet.

Itaque Parthi, poſt tot ac tantas clades, ſub tribus continenter Regibus à Romanis acceptas, reliquum regni Vologeſis tempus quietè peregerunt. Vologeſes enim, ſuo exſilio cautior factus atque prudentior, cùm Parthicas regiones militibus exhauſtas, urbes quàmplurimas incenſas igni, ac Regiam quoque direptam & ſolo adæquatam videret: ad ea omnia publica opera reſarcienda animum adplicuiſſe videtur, pacis otia in commoda ſubditorum ſibi Populorum ita impenſurus, ut eorum benevolentiam ſibi conciliaret. Attamen altiſſimum eſt de reliquo eo Vologeſis regno apud Auctores ſilentium. Quod non mirum: cùm nulli de peculiari Parthorum Hiſtoria ſuperſint hodie Scriptores: &, ſi modicum quid ſuper eorum geſtis

ad nos uſque pervenerit; illud ab exterorum Populorum Hiſtoriis ſit repetendum. Arsac. 430.

Cùm igitur plurimis jam abhinc annis Parthi pace fruerentur; in finitimis Orientis partibus Romani inteſtino bello agitari cœperunt. Avidius enim Caſſius, Dux ille, qui ſub L. Vero Auguſto in Syria tam ſtrenuè ſe geſſerat, ac Parthorum vires ſuperbiamque adeò contuderat: (Hunc M. Aurelius non Syriæ modò Provinciæ, ſed Ægypti & Cappadociæ Legionibus præfecerat) poſtquàm Imperatorem Marcomannico bello procul à ſe occupatum animadvertit; Imperii inſignia arripuit; mortem Marci Antonini mentitus; aut, ut quidam dicunt, Fauſtinâ ipsâ volente; quæ de mariti valetudine deſperaret. *Capitolinus in Marco Antonino, & Vulcatius Gallicanus in Avidio Caſſio.*

Quoniam autem, Syriæ vixdum Præfectus, in Armenia, & in Arabia, & in Ægypto, res optimè geſſerat Avidius Caſſius; mirum in modum omnibus Orientalibus carus fuit, & ſpeciatim Antiochenſibus; qui etiam Imperio ejus conſenſerunt. Quod certè opportunam Parthis præbuiſſet occaſionem recuperandæ Meſopotamiæ: ſive eam Caſſius, impetrandi adversùs Romanos auxilii causâ, ultrò ipſis traderet: ſive, durante adhuc in Parthia bello civili, ipſimet ſuis eam armis invaderent. At, poſteaquàm compertum eſt vivere Marcum Antoninum; citò, conſenſu omnium, præter quàm Antiochenſium, Avidius interemptus eſt, menſe ſcilicet Julio ejuſdem anni: uti refert *Vulcatius Gallicanus in ejus Vita.*

Ubi Marcus Antoninus de defectione Caſſii factus eſt certior, relicto ſtatim Sarmatico, Marcomanni-

ARSAC. 431. coque bello, in Syriam contra Caſſium profectus eſt. At vix illam attigerat Provinciam, cùm ad eum Caſſii caput allatum eſt. Attamen pius Imperator non ſolùm cæde Caſſii non exſultavit; verùm etiam caput ejus humari juſſit, neque in conſcios defectionis animadvertit. Quin imò ignovit & civitatibus, quæ Caſſio conſenſerant; ignovit & ipſis Antiochenſibus, qui multa in ſe pro Caſſio dixerant. *Capitolinus in Vita Marci Antonini.*

Cùm verò in Syria res omnes Marcus Antoninus ordinaret atque componeret; Vologeſes Legatos ad eum miſit de pace: ut innuit Capitolinus, dum inquit: „ Multa egit cum Regibus, & pacem confir„ mavit: ſibi occurrentibus cunctis Regibus, & Le„ gatis *Perſarum*, id eſt, *Parthorum. Capitolinus in Vita Marci Antonini.*

Paulus Oroſius *lib.* 8. *cap.* 15. ſcribit quoque, occiſo in Syria Avidio Caſſio, pacem cum Marco Aurelio Antonino iniiſſe Vologeſem.

ARSAC. 445. Quonam tempore mortuus ſit Vologeſes II. atque idcircò, quot annos regnaverit, prorsùs incertum eſt. Extremis tamen Commodi Imperatoris temporibus videtur obiiſſe. Quapropter, ut Arſacidarum Chronologiam ſequamur, illius mortem anno V. C. 942. aſſignamus. Et certè Regis illius effigies cum prolixa barba, eum diu regnaviſſe argumento eſt. Filios reliquit Vologeſem & Tiridatem: quorum prior ei ſucceſſit.

NUMMI

NUMMI
ARSACIS VOLOGESIS II.



EX THESAURO REGIO.

Caput Regis prolixâ barbâ conſpicui, necnon diademate ornati ac mitrâ ſuis inſtructâ redimiculis. Ponè caput Littera initialis A. Ex averſâ parte Genius Urbis, capite turrito ac diademate exornato, rupibus inſidet, quibus ſiniſtrâ manu innititur; dextrâ vultui admotâ. Ante Genium illæ leguntur Litteræ numerales, Γ Κ Υ. id eſt, anno 423.

ÆReus itidem eſt Parthicus hic nummus: at Pacori & Choſtois nummulis mole & magnitudine ita ſuperior, ut, eorum reſpectu, mediæ hunc formæ diceres. Atque ideò alia eſt typi forma. In illis enim ſolum Genii caput repræſentatur: in hoc verò integra Genii figura conſpicitur. Præterea poſterior hic nummus litteram initialem, quâ deſignatur nomen Urbis, ponè caput Regis præfert: contrà, quas habet numerales litteras in averſa parte oſtendit.

Jam verò, donec ad reliquam nummi explanationem ve-

niamus, quiſnam Parthorum Rex in eo ſit inſculptus, non abs re erit indagare. Sed, ut aiunt, nodum in ſcirpo quærimus. Litteræ numerales in poſtica parte excuſæ eum nobis planè declarant; cùm Epochæ Arſacidarum annum exhibeant Γ Κ Υ. 423. Nemo enim neſcit litterâ Υ. numerum 400. Κ. autem 20. Γ. denique numerum 3. ſignari. Annales autem Arſacidarum Vologeſem II. Choſrois filium, hoc ipſo anno regnaviſſe nos edocent. Siquidem Capitolinus eum Regem ad Marcum Aurelium in Syriam poſt Avidii Caſſii necem Legatos miſiſſe refert, anno Arſacidarum 431. Urbis verò conditæ 928. Undè apparet, poſt expulſum Monneſen, Vologeſem II. in ſolium avitum à Parthis fuiſſe reſtitutum.

In hoc nummo Vologeſes ſolito Arſacidarum Regum ornatu, videlicet, mitrâ inſigni prodit: & eâ quidem redimiculis inſtructâ. Quod mitræ genus, ut & prolixior barba, Principem jam ſenem, aut ſaltem ſenectuti proximum ſatis arguit. Tunc autem annum regni ſui trigeſimum quartum agebat Vologeſes II. & jam vir factus, Parthorum Imperio potitus eſt. Neque verò putes, quia heîc mitram gerit, alibi quoque ſine mitra conſpici non debere. Nam in ſequenti nummo cum diademate ſolo exhibebitur.

Ad Urbis Genium revertor. Is inſidet rupibus: Quæ res Urbem in loco declivi ſitam eſſe arguit: ut ex typo probè norunt ſtudioſi nummorum Urbium Græcarum & Coloniarum Antiquarii. Arſacia autem, in qua hæc Vologeſis percuſſa eſt moneta, Urbs habetur Mediæ: quæ quidem Regio frigidiuſcula erat & aſpera atque montoſa. Quæ omnia cum ejus Urbis ſitu ſat bellè congruunt. An verò *Arſacia* ea ipſa ſit, quæ hodie Caſbin appellatur, ut Minadoo placet; apud omnes æquè non conſtat.

NUMMUS ARSACIS VOLOGESIS II.



Ex Museo nostro.

Caput Regis barbati & diademate cincti. Ex averſa parte ea legitur Epigraphe barbarè ſcripta: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΝΟΥ ΕΥΙΡΓΙΤΟΥ ΛΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΧΟΣ: id eſt: Regis Regum Arsacis benefici, justi illustris, amici Græcorum. Rex imberbis ſolito more ſedet, dextrâ extensâ arcum gerens. In area nummi A. initialis littera vocis Arſaciæ Urbis conſpicitur.

In hoc argenteo nummo eadem, quæ in ſuperiore æreo, nam oblongi forma, eadem oris lineamenta cernuntur; eadem denique barba prolixior, atque in acumen deſinens. Quæ omnia Vologeſi II. nummum proculdubio adſcribunt. Nec te moveat ΑΡΣΑΚΟΥ appellatio pro ΒΟΛΑΓΑΣΟΥ, quam in avo ejus Vologeſe I. vidimus. Vologeſis enim nomine appellati Reges, modò hanc, modò illam, utpotè Arſacidæ adhibuerunt. Imò & filius ejus Vologeſes, hujus nominis tertius, utramque ſimul ΑΡΣΑΚΟΥ ΒΟΛΑΓΑΣΟΥ aſſumpſit appellationem, ut infrà videbimus.

Ecce iterùm Vologeſes, quem mitrâ decorum in ſuperiore nummo conſpeximus, nunc cincinnatus prodit; ut noſcat Lector Arſacidas eoſdem, modò cum mitra, Parthorum Regum inſigni, modò capite nudo, exhiberi: aſt, quoquo modo, diademate ſemper revinciri.

Is, barbâ oblongâ, Arſacidarum more, inſignis, veluti jam ſenior conſpicitur. Quod adprimè demonſtrat ejus, uti in ſuperiore nummo prolixitas. Quâ de causâ illum alteri nummo prætuli, juniorem eum exhibenti; quem quidem nummum inter tot tamque varios, raros & conſpicuos nummos illuſtriſſima Comitiſſa DE VERDE poſſidet, quemque ingenitâ ſibi humanitate, ut & Vononem Phrahatis IV. filium, deſcribendum mihi commodavit.

Littera A. in area exarata, major, quàm epigraphes litteræ; ut ſæpiùs jam diximus, initialis eſt nominis Arſaciæ urbis, in qua argenteus hic Vologeſis II. nummus, æquè ac ſuperior ejuſdem æreus, eſt percuſſus. Atque heic obiter obſervandum eſt in illa Regia Urbe veram Linguæ Græcæ pronuntiationem jam tunc depravatam fuiſſe, Scalptoreſque ac Monetarios à rectâ & germanâ nominum ſcriptione deflexiſſe: ita ut ΑΡΣΑΝΟΥ ipſius nomen pro ΑΡΣΑΚΟΥ ſcriberetur.

Quòd ſi nummum noſtrum præ manibus habuiſſet illuſtriſſimus ac doctiſſimus Vir Ezechiel Spanhemius, diſſertatione quinta pag. 425. Goltzium non accuſaſſet, quaſi veram illius lectionem adſecutus minimè fuiſſet. Ibi enim ait, de Goltzio loquens: NEC FELICIOR IDEM FUIT IN ERUENDO NOMINE ARSACIS, PRO QUO ΑΡΣΑΝΟΥ IN EJUSDEM THESAURO PERPERAM LEGITUR. At id condonandum eſt eruditiſſimo Scriptori, qui Arſacidarum nummos inter rariſſimos collocat, nec plures quàm quatuor, vidiſſe ſe profitetur.

In hujus autem Vologeſis II. nummi epigraphe non ſolùm ARSACIS nomen corruptum legitur; ſed & voces ΕΥΙΡΓΙΤΟΥ pro ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ, ΑΙΚΑΙΟΥ pro ΔΙΚΑΙΟΥ, & ΦΙΛΕΛΛΗΧΟΣ pro ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ ſubſtituuntur. Ac deinceps tanta litterarum ſecuta eſt depravatio; ut jam ipſi caracteres Græci eſſe deſierint; atque adeò à peritis legi jam non poſſint. Undè nulli propriè Regi adjudicari nummos,

ſed inter incertos collocari neceſſum fuit : ut in appendice huius libri patebit.

Rex ille imberbis ſedens, ac dextrâ arcum gerens, in nummis drachmalibus argenteis ſemper exhibetur, tanquam ſolitus Arſacidarum typus, quo originem ſuam ab antiquiſſimo Rege Perſarum deduxiſſe ſe teſtentur.

ARSACES XXVIII.

ARSACES VOLOGESES III.
REX PARTHORVM XXVIII



In Sueton. Car. C[illegible] D.M.
Ex num. arg. [illegible]

Arsac. 445. VOLOGESES *III.* patri ſuo Vologeſi *II.* in Parthorum Regnum ſucceſſit. Sed quo anno, incertum eſt: cùm prorsùs ignoretur, quo tempore Vologeſes II. ſupremum diem obierit. Id tamen extremis Commodi Auguſti temporibus eveniſſe ſuſpicamur.

Jt ut eſt, ſimul atque Vologeſes III. ad Imperium evectus eſt, Sanatruci Armeniæ Regi videtur bellum intuliſſe: ut conjicimus ex his Suidæ de Sanatruce loquentis verbis: *animo erat ad omnia magno, præcipuè verò ad res bellicas.* Cum quo enim Sanatruces ſuam in re bellica peritiam experiri potuiſſet, niſi cum Vologeſe; qui, magnâ militum manu, venerat Armeniæ regnum invaſurus; quod fratri ſuo Tiridati largiretur: Parthorum Regum more, qui fratribus ſuis Armeniæ regnum tradere ſemper conati ſunt? At Sanatrucis rei militaris ſcientiſſimi virtute repulſus Vologeſes, deſiſtere ab incœpto coactus eſt.

ARSAC. 446.

ARSAC. 447.

Poſt interfectum Imperatorem Commodum, P. Helvius Pertinax à Senatu Auguſtus dicitur. Sed breviſſimum ejus Im[illegible]ix enim tres [illegible]rat menſes. Vir n[illegible]mis; cùm [illegible] Prætoriani milites [illegible]truncant; auctoremque ſceleris Didium Julianum Imperatorem faciunt. Eodem ferè tempore exercitus Syriaci Peſcennium Nigrum, Provinciæ rectorem, itidem Auguſtum creant. Hic, poſtquàm rerum potitus eſt, amicis uſus eſt Parthis atque Adia[illegible]. Siquidem eos omnes cum Peſcennio ſenſiſſe, hoc [illegible], ab ejus ſtetiſſe partibus ſcribit Spartianus in *Severi Vita cap.* 9.

Poſtquàm rumor increbuit Peſcennium in Syria à militibus appellatum eſſe Imperatorem; ad eum Legati undique Antiochiam confluxêre, velut ad legitimum Principem: Reges quoque & Satrapæ trans Euphratem Tigrimque habitantes, gratulatum miſerunt; ſuamque operam in omnem eventum pollice[illegible]tur. Quos ille ampliſſimis affectos muneribus, gratiiſque

ARSAC. 448.

Arsac. 448. de ſua propenſa voluntate, deque iis, quæ pollicerentur, actis, dimittebat: nullis ſibi inpræſens opus eſſe auxiliis affirmans; ſatis munitum Imperium, idque geſturum ſe incruentum. *Herodianus lib. 2.*

Interea Peſcennius Niger, ubi Romam à Septimio Severo occupatam, ipſum à Senatu appellatum Imperatorem, nihil tale expectans, audivit; præterea omnem Illyricum exercitum contra ſe, aliaſque pedeſtres navaleſque copias educi: perturbato vehementer animo, monet Provinciarum Præſides, aditus omnes portuſque cuſtodiant: mittitque rogatum auxilia ad Parthorum, Armeniorum, atque Atrenorum Reges. Cui quidem Armenius, neutras ſe partes ſuſcepturum reſpondit; tantum res ſuas defenſurum Severi a[illegible]. Parthus aut[illegible]mperaturum per epiſto[illegible]uti copia[illegible] Ita enim facere conſuevit bellum c[illegible] mercenarios milites, atque ordinarios exercitus Parthi nullos habent. *Idem Herodianus lib. 3. initio.*

Arsac. 449. Igitur Vologeſes III. copias ad Peſcennium miſit, quemadmodum & ambo Abgari Reges, Oſrhoenorum unus, alter Adiabenorum. At Legatis Peſcennii præſtantiſſimus Æmilianus, a[illegible] Cyzicum Helleſponti urbem commiſſo cum Severi [illegible] prælio, ab eis victus & interfectus eſt. Hoc prælio facto, ru[illegible]m æqualis acriſque pugna commiſſa eſt. Præerant exercitui Severiano Valerianus & Anulinus. Niger ſuas Legiones ipſe præſens inſtruxerat. Locum, in quo pugnatum eſt, propter anguſtiam, *Cilicias Pylas* nominant, quòd ex altera parte impendent prærupti montes, ex alterâ magna præcipitia in mare porriguntur.

Hoc

Hoc autem poſtremo in prælio tanta facta eſt cæ- Arsac.
[illegible], ut deſiderata ſint Nigrianorum viginti millia: ac 449.
Niger ipſe cum paucis incolumis ex acie evadere vix potuerit; Antiochiam ſeſe recepturus. Capta verò non multò pòſt à Severianis Antiochiâ, denuò ex eâ ad Euphratem confugit, ratus hoc unum ſibi ad Parthos perfugium futurum. Sed eum inſecuti Severiani capiunt, eique caput abſcindunt. *Dio lib.* 74. *pag.* 842. 843. & 844.

Occiſo Nigro, Severus omnes (ſtatim) illius amicos ſupplicio affecit, [illegible] qui ſponte, ſive qui neceſſitate coacti rebus illius ſtuduiſſent: militibus tantùm, qui effugerant, ac trans fluvium Tigrim, metu Severi, ad Parthos abierant, impunitate propoſitâ, receptis. Quippe magna vis hominum in ea loca [illegible]. [illegible] effectum eſt, ut validiores deinceps Parthi adve[illegible] [illegible]manos conferendâ manu evaſerint. Nam gnari antea [illegible] tantùm arcu ex equis, neque armaturâ muniti, neque haſtâ gladiove ſatis audaces, levi pendulâque veſte, plurimùmque inter fugiendum averſi, ſagittas intendebant. Poſtea verò quàm Romani aliquot milites, fa[illegible] nonnulli in eas regiones confugerunt, ibi ætatem acturi, non ſolùm armis uti, [illegible] quoque [illegible]icari Parthi didicerunt. *Herodianus lib.* [illegible]

Dum verò Romani de imperio inter ſe armis ita diſceptabant; Oſrhoëni & Adiabeni (imò & Arabes) qui ab ipſis defecerant, cùm Niſibin obſiderent; ac victi eſſent à Septimio Severo Auguſto: Legatos ad eum, intellectâ Nigri morte, miſerunt, non excuſatum, quòd injuſtè ſe geſſiſſent; ſed ut beneficium quoque

ARSAC. 449. poſtularent; quòd eâ Severi causâ, feciſſent: Aiebant enim, ſe milites illos, qui à Nigri partibus ſtetiſſent, Severi causâ necâſſe. Miſerunt & munera quædam ipſi, nec tantùm captivos, ſed etiam ſpolia; quæ quidem eſſent reſidua, ſe reddituros polliciti ſunt. Non tamen ea caſtella, quæ ceperant, deſerere, nec impoſitionem tributi admittere volebant. Immò reliquos etiam milites Romanos extra regionem ſuam adduci poſtulabant. Has igitur ob cauſas bellum illud contra eos populos occœptum fuit. *Dion. ex Theodoſ. lib.* 75. *pag.* 848.

ARSAC. 450. Poſtquàm igitur Severus tranſiit Euphratem, ac terram hoſtilem invaſit; factum eſt cùm ea regio à natura ſit in ſumma inopia aquæ, ac tum permagno ſolis æſtu exſiccata, atque arida eſſet, ut Severus in ſummum diſcrimen venerit, ne maximam exercitûs partem amitteret. Nam defeſſis longo itinere militibus & calore ſolis vexatis, pulvis tantam moleſtiam exhibebat; nec jam ut iter facere poſſent, nec loqui. Hoc unum verbum poterant efferre, *aquam, aquam.* Quæ ut inventa eſt, Severus initio, perindè ac ſi ea non reperta eſſet, anxius, calicem poſtulavit, plenumque aquæ coram omnibus exhauſit. Poſt eum ceteri quoque omnes biberunt, atque ita recreati ſunt. *Dio ex Xiphil. ibid. pag.* 849.

Cùm autem Niſibin adveniſſet Severus Auguſtus, ibi ſubſtitit; Paternum verò, Candidum & Lætum contra barbaros, quos paulò antè dixi, miſit; qui cùm primò regiones illorum incendiſſent, cepiſſentque urbes, atque ob eam cauſam Severus magnificè ſe efferret, quaſi prudentiâ & magnitudine animi præſtaret reliquis hominibus; maximè novum & inſolens quiddam accidit:

quòd Claudius Latro, qui Judæam Syriamque prædari cœperat, & ob eam cauſam ſtudioſè conquirebatur, ad Severum quodam tempore pro Tribuno militum venit cum equitibus; eumque complexus, atque exoſculatus ſalutavit: neque tamen ab eo ſtatim agnitus, neque captus (unquam) eſt poſtea.... Arsac. 450.

Per idem ferè tempus Severus Auguſtus rurſus exercitum in tres partes diſtribuit; quarum partium uni Lætum, alteri Anulinum, tertiæ Probum præfecit; eoſque in Orientem miſit: quem illi tripertitis ingreſſi copiis & itineribus, in poteſtatem, non abſque labore redegerunt. *Id. Dio. ibid.*

Verum enim verò cùm Imperator Severus in Meſopotamia ageret, de capto Byzantio, quod vivi mortuique Peſcennii ſecutum partes fuerat, adlatus eſt ad eum nuntius. Quo quidem ſummoperè lætatus eſt, quippe qui [illegible] ſui virium quod reliquum ſupererat, eâ urbe expugnatâ, penitus exſtinctum videret. Arsac. 451.

Itaque igitur, rebus Orientis ex ſententia geſtis, atque ut res poſcere videbatur, ordinatis, cupido jam Severum invaſit Regem quoque Atrenorum bello tentandi, ac Parthorum regionem occupandi: quos utroſque in ſocietatem Niger adſciverat. Quibus tandem rebus in aliud tempus rejectis, cogitare inſtitit, quo pacto ſibi univerſum Romanum Imperium liberiſque ſuis bonâ fide adjudicaret. *Herodianus. lib. 3. cap. 63.*

Et certè interjecto dein tempore Severus Auguſtus circa Arabiam plurima geſſit; Parthis etiam in ditionem redactis, necnon quoque Adiabenis: qui quidem omnes cum Peſcennio ſenſerant. Atque ob hoc, reverſus, triumpho delato, appellatus eſt ARABICUS,

Arsac. 451. Adiabenicus, Parthicus. Sed triumphum reſpuit, ne videretur de civili triumphare victoriâ. Recuſavit & *Parthicum* nomen, ne Parthos laceſſeret. *Spartianus in Severo.*

Interea Severus Niſibi magnam dignitatem dedit; eamque Coloniam Romanam prius factam, ut docent nos hujus urbis nummi, cum Septimiæ nomine; commiſit Equiti Romano. Sæpius autem dicere ſolebat, ſe magnam regionem adjunxiſſe Imperio; eamque propugnaculum Syriæ effeciſſe. Tamen revera conſtat eam Romanis, ut frequentium bellorum, ita multorum quoque ſumptuum cauſam extitiſſe: propterea quòd pauciſſima pendebat, inſumebatque multa: quòdque Romani ad Medos finitimos, Parthoſque progreſſi, ab iis ſemper quodammodo pugnare cogebantur. *Dio lib.* 75. *pag.* 849. & 850.

Cæterum, conſtitutis in Meſopotamiâ rebus, Romam regreſſus eſt Severus. Aſt huic nondum à bellis barbaricis reſpiranti bellum civile cum Albino Cæſare, qui ſe Imperatorem appellaverat, exortum eſt. Quo bello dum occupatur, Parthi, arreptâ licentiâ, Meſopotamiam ceperunt, magnis copiis conductis. *Idem Dio ibid. pag.* 850. & 853.

Arsac. 452. Albino in Galliis interfecto, vixdum reverſus Romam Severus Parthorum in Meſopotamiam irruptionem comperit; ſtatimque profectus ad bellum Parthicum eſt; edito prius Gladiatorio Munere, & Congiario Populo dato. Trajecto poſthac exercitu, à Brunduſio continuato itinere venit in Syriam, Parthoſque ſubmovit. *Spartianus in Severo.*

Eo ipſo tempore, quo in Syriam appulit Severus,

Parthi Niſibin obſidione jam cinxerant, eamque haud dubiè cepiſſent; niſi Lætus, qui legiones in Meſopotamiam induxerat, urbem illam ab expugnatione ſervâſſet. Quâ ex re magnam gloriam eſt adeptus. *Dio lib. 75. pag.* 853. Arsac. 453.

Tiridates, Vologeſis Parthorum Regis frater, ut Severum in Syriam adveniſſe accepit, ad eum venit oratum, ut Armeniæ regnum concedere ſibi vellet: cùm ejus Rex Sanatruces Arſacida nuper functus fato fuiſſet.

Interim Severus Auguſtus paulò pòſt Niſibin profectus eſt. Parthi autem, adventu ejus minimè exſpectato perterriti, domum ſunt reverſi. Præerat iis Vologeſes III. cujus frater Tiridates tùm in comitatu erat Severi. *Dio ut ſuprà pag.* 854. Arsac. 454.

Jam verò in Armeniam facturus impetum Severus præventus eſt à Sanatrucis filio Vologeſo, Rege Armeniorum, m[illegible]ſides ultrò & munera, ac ſuppliciter petente [illegible] ſibi cum eo inire amicitiam, fœduſque ferire liceret. *Herodianus lib. 3. cap.* 73.

Rem tamen paulò aliter narrat Dio his verbis: Cùm Vologeſus, Sanatrucis filius, aciem Severianis oppoſuiſſet, ac priùs, quàm cum eis confligeret, inducias poſtulaſſet, & impetraſſet: Legatos Severus ad eum miſit, eique partem Armeniæ, pacis causâ, donavit. *Dio lib. 75. pag.* 854.

Cùm majores Regis Armeniæ, licet Arſacidæ, Romanorum amici ſemper fuiſſent, utpote qui Reges Armeniorum ab iis facti eſſent; eam ob cauſam ipſius Regni partem Severus Vologeſi Sanatrucis filio dedit: Sophenem verò (quam olim Tigranes filius, vivo patre, à Pompeio acceperat) retinuit; ut ejus aliquando obtinendæ ſpem

ARSAC. 454. Tiridati qui ſecum morabatur, faceret. Nam patris de Romanis optimè meriti filium patrio regno omnino ſpoliari æquum non exiſtimabat.

Severus igitur, procedentibus ex ſententia rebus in Armenia, perrexit ad Atrenos. (Eorum enim Rex Barſenius, Peſcennii partes foverat.) Sed & Rex Oſrhoenorum Abgarus ad eundem transfugit, traditiſque obſidio liberis, fidem ſuam auctoravit; ſagittariorumque vim magnam miſit auxilio. *Herodianus lib. 3. cap. 73.*

Cæterum Romanus Imperator regionem interamnanam, agrumque Adiabenorum tranſgreſſus, etiam in Arabiam felicem excucurrit. Ibi expugnatis vicis urbibuſque permultis, omnemque agrum depopulatus, in Atrenorum regionem mox ingreſſus, Atras circumſedit, urbem ſcilicet altiſſimo impoſitam monti, ac maximis validiſſimiſque obſeptam mœnibus, florentemque ingenti ſagittariorum copiâ. Igitur hanc Urbem Severianus exercitus, quantâ maximâ vi poterat, oppugnabat: machinæque omnifariam mœnibus admovebantur, nullo oppugnationis genere prætermiſſo. *Id. Herodianus ibid.*

Contrà autem Atreni audacter urbem defenſare, ſagittaſque ac lapides ſupernè jacientes, peſſimè accipere Severianos; etiamque vaſa fictilia volucribus quibuſdam venenatiſque beſtiolis oppleta devolvere, quæ cùm aut oculis involitarent, aut in apertas corporis partes ſenſim obreperent; graviter ſingulos conſauciebant. Incideratque in morbos Romanus miles; æſtum illum cœli nimio ſole præfervidi, parùm ferens: ſicut longè plures ob hos caſus, quàm hoſtili

manu interierint. Proin defatigatis jam & contuſis om- ARSAC. 454.
nibus, procedente ſecùs obſidione, ac plus jacturæ, quàm lucri Romano faciente, decrêvit exercitum Severus, priùs quàm univerſus periret, ex eis locis deportare: triſtem videlicet infecto negotio. Quippe aſſuêtus vincere præliis omnibus; victum ſe tunc putabat, quia non vicerat. Sed eum tamen proſpera ſors & fautrix ſtatim conſolatur. Neque enim planè rebus infectis rediit; ſed majore, quàm ſperaverat, ſucceſſu. Nam impoſitus navibus permultis exercitus univerſus, nequaquàm ſcilicet quò intenderat, Romanæ appulſus ripæ: ſed undarum impetu Parthorum ad agrum provectus, haud procul Cteſiphonte; quâ in urbe ſedes Regis eſt. Is tunc pacem agitans, ac nihil ad ſe pertinere, Severi pugnas autumans, quas gereret cum Atrenis, otioſus videlicet nihil exſpectabat mali. *Idem Herodianus libro 3.*

Ceterùm Severi exercitus cùm ad eas ripas vi fluminis injectus, moxque in terram eſſet expoſitus, omnem illicò depopulari agrum cœpit; abactiſque, ut in quæque inciderant, pecoribus, ad veſcendum, viciſque aliquot incenſis, paulatim uſque ad Cteſiphontem perrexêrunt: quâ in civitate magnus Rex *Vologeſes* commorabatur. Artabanus enim hujus filius, mortuo tantùm Severo Auguſto, regnavit; cùm jam filius ejus Antoninus Caracalla rerum potiretur.

Igitur imparatos nacti barbaros, cæſis primò qui- ARSAC. 455.
cumque reſtitiſſent, direptâque mox urbe, pueris feminiſque in captivitatem adductis, tantùm ipſo Rege cum paucis equitibus elapſo, theſauris illius ornatuque omni & ſupellectile potiti victores regrediuntur. Ita

ARSAC. 455. Severus, fortunâ magis quàm conſilio, Parthicam victoriam adeptus eſt. Igitur proſperè ſuccedentibus rebus, litteras ad Senatum Populumque Romanum de ſe magnificas dedit, ac depictas in tabulis pugnas, victoriaſque ſuas expoſuit: nihil non honorum decernente Senatu, & ſuper his, cognomina imponente gentium devictarum. *Herodianus lib. 3. cap. 74.*

Hæc Herodianus. Rem verò ita narrat Spartianus. Æſtate jam exeunte Parthiam ingreſſus (Severus) Cteſiphontem, pulſo Rege, pervenit, & cepit hiemali propè tempore: (quòd in illis regionibus meliùs per hiemem bella tractantur) cùm herbarum radicibus milites viverent, atque inde morbos ægritudineſque contraherent: quare cùm obſiſtentibus Parthis, fluente quoque per inſuetudinem cibi alvo militum; longiùs ire non poſſet, tamen perſtitit, & oppidum cepit, & Regem fugavit, ac plurimos interemit, & Parthicum nomen meruit. Ob hoc etiam filium ejus Baſſianum Antoninum, qui Cæſar appellatus jam fuerat, annum decimum tertium agentem, participem imperii dixerunt milites. Getam quoque minorem filium Cæſarem dixerunt: eumdem *Antoninum* appellantes. Harum appellationum causâ Donativum militibus largiſſimum dedit: conceſſâ eis omni prædâ oppidi Parthici, quod milites quærebant. *Spartianus in vita Severi.*

De eâdem Severi Auguſti fortuitâ in Parthiam expeditione loquens Dio in talia fermè erumpit verba: item Seleuciam & Babylonem ab hoſtibus deſertas celeriter occupavit; ac paulò poſt Cteſiphontem: quam urbem diripiendam reliquit militibus, & in ea cædem

maximam

maximam fecit, cepitque ſuperſtitum hominum ad Arsac.
centum millia. Vologeſum tamen fugientem non eſt 455.
inſecutus; neque Cteſiphontem retinuit; ſed tanquam ob id ſolum veniſſet, ut eam diriperet; diſceſſit coactus ignorantiâ locorum, & inopiâ rerum neceſſariarum, reverſuſque eſt aliâ viâ; quòd fœnum lignaque inventa in ſuperiori itinere, conſumpta eſſent. Pars igitur pedeſtris exercitûs iter fecit ad ſuperiorem ripam Tigris pars navibus vecta eſt, *Dio lib. 75. pag. 854.*

Eâ ratione Severus, Seleuciâ, Babylone & Cteſiphonte captis, dictus eſt à militibus Imperator XI. atque ob Parthiam captam cognomen Parthici Maximi aſſumpſit, moxque nummos aureos & argenteos ſignari juſſit cum iis titulis.



Ex Museo nostro.

Eodem quoque tempore à Senatu decretus eſt Severo de Parthis triumphus; teſte Spartiano *in ejus Vita.* Quem quidem triumphum idcircò recuſavit, quòd conſiſtere in curru, affectus articulari morbo, non poſſet. Sibi tamen ad radices Capitolii triumphalem arcum extrui paſſus eſt in perpetuam victoriarum ſuarum memoriam.

Arsac. Dum autem hæc geruntur, comparato magno com-
456. meatu, paratiſque multis machinis, iterum Atra exercitum duxit. Grave enim eſſe ſtatuebat, captis cæteris, eam urbem, ſolam, in medio poſitam, reſiſtere. Itaque in eam rem magnos ſumptus fruſtrà fecit, amiſitque machinas omnes, paucis exceptis, quas fecerat Priſcus. Amiſit præterea milites complures. Quippe etiam dum pabularentur, cædebantur; impetum faciente in ipſos celeriter barbaro equitatu Arabum, & Atrenis longiſſimè jaculantibus; telaque ita conjicientibus machinis quibuſdam, ut ſæpè ſatellites Severi proſternerent. Cùm autem Urbem illam ſpatio 20. dierum tenuiſſet obſeſſam; re infectâ, diſcedere rursùs eſt coactus. *Dio lib. 75. pag. 855. & 856.*

Interea Septimius Sev[illegible]ndæ Meſopotamiæ causâ, ex tribus iis Legion[illegible]uas ad Parthicum bellum conſcripſerat, ideoqu[illegible]llaverat *Parthicas*; Primam & Tertiam in ea reliquit [illegible]gione, ut ex Dione diſcimus, *lib. 55. pag. 564.*

Arsac. Ipſe verò Antiochiam regreſſus eſt; quâ in Urbe
457. hiemem egit, primoque Januarii die anni V. C. 955. Conſul III. unà cum filio M. Aurelio Antonino Caracalla proceſſit. Indè profectus in Ægyptum, totam regionem curiosè perluſtravit; ac Romam poſtea eſt reverſus.

Cæterùm, poſt illam Severi Auguſti in Parthos expeditionem, nec de Parthis, nec de Vologeſe, apud Hiſtoriæ Scriptores ulla fit mentio. Verùm ex Dionis excerptis colligitur tantùm hunc Parthorum Regem mortuum eſſe ſub Antonino Caracalla anno V. C. 966. Arſacidarum 469. De eo enim Imperatore tùm in Germania verſante ſic loquitur doctiſſimus ille Scriptor.

Antoninus eò ſe multùm jactabat, quòd Vologeſo Arsac.
Parthorum Rege mortuo, ejus filii de regno inter ſe 469.
certabant; cùm id quod caſu evenerat, ipſe conſilio ſuo factum eſſe fingeret. *Dio lib.* 77. *pag.* 747. *Excerpt. Valeſian.* Nec multò pòſt idem Dio ea quoque addit; de eodem Caracalla ſermonem faciens. Hæc ille poſt fratris necem cùm ſentiret & ageret, nihilominùs lætari ſe aiebat Parthorum fratrum diſſenſione; quippe quæ maximam labem illatura eſſet rebus Parthorum. *Id. Dio ibid. pag.* 748.

Neque verò piguit eum ſcribere ad Senatum de Regibus Parthorum, quòd cùm fratres eſſent, & diſſiderent inter ſe, Reſpublica Parthorum ex eorum diſſenſione magnum detrimentum caperet: quaſi verò ob eam cauſam poſſet res Parthorum interire; & Reſpublica Romana ſalva eſſet, ac non quodammodo penitùs everſa, non ſolùm quòd, cum magno malo civium, maxima præmia pro cæde fratris dederat militibus; ſed etiam quòd plerique rei fiebant per calumniam; non modò ii, qui ad Getam aliquid ſcripſerant, aut ei, Cæſari deſignato, factòve Imperatori, fuerant in Prætorianis Cohortibus; ſed etiam reliqui omnes, quibus nihil unquam rei cum illo fuerat. *Dio lib.* 77. *pag.* 876.

Cæterùm Vologeſes, cùm annos viginti-quinque regnaviſſet, fato conceſſit; reliquitque Artabanum & alios filios, qui armis inter ſe de Imperio decertarunt.

NUMMUS
ARSACIS VOLOGESIS III.



Ex Museo Car. Patini D. M.

Caput Regis barbati, ac mitrâ & diademate conſpicui. Ante caput ſceptrum, ut videtur. Ponè verò Littera Γ. In averſâ parte Rex ipſe ſedet in ſella aurea, dextram porrigens Genio Urbis, ſtanti capite turrito, coronamque ei deferenti. In ambitu Nummi ea legitur Inſcriptio: ΒΑCΙΛΕΩC ΒΑCΙΛΕΩΝ ΒΟΛΑΓΑCΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥC ΦΙΛΕΛΛΗΝΟC: id eſt, Regis Regum Bolagasis justi, illustris, amici Græcorum. In area litteræ ΑΝΥ, id eſt, anno 451.

Hic Nummus argenteus tetradrachmalis à Patino noſtro bis vulgatus eſt. Semel in Theſauro ſuo pag. 209. ubi eum quidem ad Vologeſem revocat, ſed re non ſatis perpenſâ; videlicet, ad quemnam eorum Regum pertineat, qui nomine Vologeſis appellati ſunt: quamvis, ut jam ſuprà retulimus, tres numero extiterint. Iterum in ſuis ad Suetonium Notis,

pag. 202. ubi nummos Parthicos complures habere ſe commemorat, quos litterariæ Reipublicæ non denegaturum ſe eſſe pollicetur. At duos tantùm Vologeſis nummos comparaverat Vir doctiſſimus: hunc ſcilicet, quem jam Patrono cuidam fuerat largitus: alterum verò, drachmalem, quem, veteris amicitiæ noſtræ gratiâ, dono mihi dedit eo tempore, quo Patavii illum inviſi anno 1686.

Quin ad Vologeſem hujus nominis tertium pertineat hic maximus ex argento nummus, dubitare nos non ſinunt litteræ numerales in area nummi exaratæ inverſo ordine: ANΥ, id eſt anno 451, quo Vologeſes, civili bello Severum inter & Albinum exorto, in Meſopotamiam irrupit: prout nos edocet tam neceſſarius, tantique faciendus numeralium litterarum uſus, maximèque in nummis Regum Parthorum. Quibus quidem litteris omiſſis, cùm tres in Parthorum Regum ſerie Vologeſes occurrant, cuinam eorum adſignandi ſint nummi ſolo Vologeſis nomine inſigniti, penitùs ignoraremus.

Jam verò litterâ Γ. ponè Vologeſis exſculptâ, Gorpiæum menſem, à Triſtano citatum, heic fortaſſis indicari exiſtimat Patinus, eò quod [illegible] in nummo Arſacis Primi verbum ΓΟΡΠΙΑΙΩ inſc[illegible]m ad ſignificandum Arſacidarum Epocham, id eſt, Parthicum Regnum, ab eo menſe exordium ſumpſiſſe. At, cùm Arſaces Secundus, ut ſuprà vidimus, nummos ſuos menſe Hyperberetæo ſignârit, quo Regnum fuerat auſpicatus: alia ſanè cauſa nobis videtur inquirenda.

In plurimis Arſacidarum nummis cùm ponè Regis effigiem, tùm ponè Urbis Genium coronâ turritâ inſignem littera A. conſpicitur; quâ nihil aliud, quàm initialis Arſaciæ Urbis littera ſignatur, in quâ cuſa eſt moneta: uti probant tùm caput Genii Urbis in averſa parte nummi Regis Choſroïs expreſſum; tùm Genius ſtans in hoc, de quo agitur, nummo. Qui quidem Genius coronam lauream Regi ſuo, tanquam perpetuo victori defert. Simili igitur ratione litteram Γ. initialem eſſe Urbis Gazæ, in quâ percuſſus eſt hic Vologeſis nummus aſſerere nos poſſe arbitramur: cùm B. in nummo infrà deſcribendo *Bologeſiam* urbem indicet.

ΓΑΖΑ Straboni Mediæ Atropatiæ Urbs eſt, quæ, ob

adjunctum articulum Perſicum, ΓΑΖΑΚΑ à Stephano nominatur. Illa Regia erat Parthorum Regum æſtivis temporibus ſedes; in mediâ ſita planicie; loco tamen edito, ac naturâ ipsâ munito. Eam in Parthicâ ſuâ expeditione oppugnavit Marcus Antonius. Gaza autem illa ab Ecbatanis 450. ſtadiis diſtabat: Stephano quidem Urbs Mediæ maxima; Arriano verò magnus tantummodò vicus.

NUMMUS

ARSACIS VOLOGESIS III.



IN MUSEO COMMENDATORIS A PUTEO ROMÆ.

Idem Vologeſis III. caput, antè quod ſceptrum: ponè verò littera initialis A. Ex aversâ parte idem omninò typus, qui in nummo ſuperiore, cum diverſâ paululùm Epigraphe; ſcilicet, ΒΑCΙΛΕΩC ΒΑCΙΛΕΩΝ ΑΡCΑΚΟΥ ΒΟΛΑΓΑCΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥC: id eſt, REGIS REGUM ARSACIS BOLAGASIS JUSTI, ILLUSTRIS. In area ΞΥ. id eſt anno 460.

HIc argenteus Nummus tetradrachmalis eumdem Parthorum Regem Vologeſem III. exhibens, quàm in ſuperiore nummo, paulò ſeniorem, nempè novem annorum numero; eximiæ raritatis ideò eſt habendus; quòd utrumque

Arſacis & Vologeſis præferat nomen, cùm & Patinianus & alius Romanus, de quo mox nobis erit ſermo, ſolam ΒΟΛΑΓΑΣΟΥ appellationem exhibeat; ut Arſacidas Reges in nummis ſuis certos quoſdam titulos omiſiſſe modò, modò inſcripſiſſe doceamur.

Lucas Holſtenius in ſuis ad Stephanum notis pag. 70. narrat ab Alexandro VII. Ghiſio Pontifice Maximo legendum ſibi datum fuiſſe nummum argenteum primæ magnitudinis; in cujus parte anticâ caput Regis cum mitrâ ſuis redimiculis inſtructâ cernebatur: in poſticâ verò Victoria (aut forſitan Urbis Genius) Regi ſedenti coronam deferens cum hâc inſcriptione: ΒΑCΙΛΕΩC ΒΑCΙΛΕΩΝ ΒΟΛΑΓΑCΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥC ΚΑΙ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟC. Hunc nummum vidiſſe ſe teſtatur Illuſtr. Spanhenius *Diſſ* 5. *pag.* 425. penès Illuſtr. Principem Auguſtinum Ghiſium Alexandri VII. P. M. ex fratre filium: At cùm Patinus & Spanhenius litteras numerales prætermiſerint; ambos eos nummos ex ſolâ Epigraphe ad Vologeſem III. nemo poterit certò ac tutò revocare.

Tanti ergo momenti ſunt, præſertimque in Arſacidarum Regum nummis, litteræ numerales; ut ſine earum auxilio plurimi ex illis Principibus deliteſcere adhuc in tenebris cogerentur. Nummus autem, de quo in area heîc agitur, eas exhibet litteras ΞΥ, quæ Parthorum Regum Æræ annum indicant 460. anno V. C. 958. reſpondentem. Undè hunc nummum percuſſum eſſe diſcimus regni Vologeſis III. anno duodecimo; quo de rebus tùm in Parthia geſtis ne verbum quidem litteris mandavêre Scriptores.

Littera initialis A. ponè Vologeſis caput exarata, nummum, ut ſæpius jam diximus, in Arſacia Urbe Regia percuſſum fuiſſe teſtatur, quemadmodum littera Γ. in Urbe Gaza Parthorum itidem Regiâ, ſuperiorem nummum ſignatum eſſe oſtendit. Ex quo apparet ſolis Urbibus Regiis Monetarias Officinas fuiſſe adſignatas. Adde quod, hujus maximi numiſmatis exemplo, omnis generis monetas, cùm ex argento, tùm ex ære, in Urbe Arſaciâ conflatas eſſe cognovimus.

Figura ſtans in poſtica parte, non Victoria eſt, ut exiſtimavit Vir Clariſſimus Lucas Holſtenius; ſed Urbis Genius, patrio veſtitu ornatus, & capite turrito inſignis; qui Regi

ſedenti coronam porrigit. Atque hoc frequens ac ſolitum argenteorum nummorum tetradrachmalium ſymbolum: quo ſcilicet Genius ille exhibetur, non gratulaturus quidem Arſacidæ Regi ob recentem aliquam victoriam; ſed tantummodò ei, tanquam ſemper victori, coronam lauream delaturus.

ARSACES XXIX.

ARSACES ARTABANVS . IV.
REX PARTHORVM XXIX .



In musco D. Vaillant D.M
ex num æreo minuto .

ARTABANUS IV. Vologeſis III. filius, ad quem Imperium Parthorum ut primogenitum jure ſpectabat, fratribus ſuis repugnantibus, decertare cum illis coactus eſt: ſed, compoſitis neſcio quo pacto rebus, illud tandem ſolus obtinuit.

ARSAC. 469. In Germania erat Antoninus Caracalla anno V. C. 966. cum fratrum Parthorum diſſenſionem accepit. Eam autem opportuniſſimam ratus occaſionem de bello Parthis inferendo cogitavit, ac per Illyricum, Thraciam & Macedoniam ſtatim iter fecit. Cumque hibernaret Nicomediæ, armavit Phalangem Macedonicam, quam in ea Provincia comparaverat; & duas ingentes paravit machinas ad Armeniacum & Parthicum bellum; ut eas diſſolutas in naves imponeret, atque in Syriam veheret. *Dio lib. 77. pag. 878.*

ARSAC. 470. Poſtquàm vero Antiochiam Syriæ Caracalla perveniſſet, cùm ad ipſum, tanquàm ad amicum, Abgarus, Rex Oſrhoënorum veniſſet, ut qui Severo patri multùm carus fuerat, ei fidem fregit, comprehenſumque conjecit in vincula; & Oſrhoënen Rege deſtitutam cepit. *Dio ibid. pag. 785.*

Item Regem Armeniorum *Vologeſem*, Sanatrucis filium, qui cum filiis diſſentiebat, ad ſe amicè per litteras vocavit, velut inter eos pacem facturus. At poſteaquàm Rex cum uxore & filiis ad eum veniſſet; non aliter ipſos quàm Abgarum tractavit. Armenii tamen arma capere, quàm ad ipſum deficere maluerunt. *Id. ibid.*

Poſt hæc bellum intulit Parthis Caracalla: cujus belli cauſa fuit, quòd Vologeſes III. Artabani IV. pater, Tiridatem patruum, qui ad Severum Auguſtum confugerat, & Antiochum quemdam, quos ille poſcebat (ad ſupplicium) non dederat. Erat Antiochus, Cilix natione, qui primò Philoſophiam Cynicorum ſimulaverat, eâque re plurimùm in bello profuerat militibus, quos, cùm maximo frigore defeciſ-

ſent, propterea confirmavit: quòd ſe ipſe in nivem abjecerit, in eâque volutatus ſit. Sed cùm ob eam cauſam à Severo, atque ab ipſo Antonino pecuniâ donatus, adfectuſque honore eſſet; his rebus elatus, cum Tiridate ſe conjunxit, ſimulque cum eo ad Parthum defecit. *Id. ibid. pag.* 878. ARSAC. 470.

Verùm, ut ſuprà jam diximus, Antoninus Caracalla Oſrhoënos ſibi Oſrhoënem omnem Rege deſtitutam cepit, &, ut conciliare poſſet, Edeſſam eorum Metropolim, Romanorum Coloniam fecit, eamque nominibus ſuis vocavit Marciam Aureliam Antoninianam, ut patet ex nummis deſcriptis in noſtro de Coloniis libro, *tomo* 2. *pag.* 48.

Interea Artabanus valdè pertimeſcens, ne à fratribus ſuis, eâ arreptâ occaſione, è Parthico pelleretur Regno: (Id enim tùm facillimè occupare illi potuiſſent) Tiridatem & Antiochum ad Caracallam remiſit. Quibus ille receptis, ſtatim à bello deſtitit. *Dio ibid. pag.* 879.

Dum autem hæc geruntur, ipſe in Ægyptum profectus eſt; prætexens huic itineri deſiderium inviſendæ Urbis ab Alexandro conſtructæ: ſimulque conſulendi patrii illorum Numinis, quod egregiè incolæ venerabantur: At reverâ quò ultum iret Alexandrinos, quòd multa in ſe dicteria jactaviſſent. Interim Theocritum miſit cum exercitu in Armenios, à quibus victus, magnâque clade eſt affectus. ARSAC. 471.

Hujus cladis nuntium Caracalla Alexandriæ accepit: cùmque paulò pòſt Urbis illius incolas pleroſque perfidiosè circumventos, ac quaſi retibus implicitos, ſigno militibus dato, magnâ cæde contrucidaſſet; eo ſcelere

ARSAC. perpetrato, indè movit, atque Antiochiam eſt reverſus. *Herodianus lib.* 4.
471.

Non longo pòſt tempore crudeliſſimus ille Imperator affectans *Parthici* cognomen, famamque devictæ ad Orientem barbariæ, quanquam in altiſſima pace, tale quiddam machinatur. Dat litteras ad Regem Parthorum Artabanum; ſimulque Legatos cum muneribus mittit, omnis materiæ & artis conſpicuæ. In eis litteris fuerat ſcriptum, velle ſe Regis filiam ducere in matrimonium. Principem ſe eſſe; & Principe natum; quare haud decorum privati cujuſquam & tenuis fieri generum; ſed Reginam ducere potiùs filiamque magni Regis. Duo maxima Imperia eſſe, Romanum & Parthicum: quibus affinitate illâ in unum coeuntibus, ac nullo jam diſcriminante fluvio, unam tantùm potentiam factum iri, nullis expugnabilem viribus. Nam reliquas barbaras nationes, quæ nunc amborum Imperiis ſubjectæ ſunt, facilè jugum toleraturas, ſi proprios gens quæque ſit habitura rectores. Eſſe Romanis pedeſtrem exercitum, qui haſtis & ſtatariâ pugnâ cæteros antecellat: Parthis verò equitatum plurimum, peritiſſimoſque ſagittarios. His igitur concurrentibus, &, quæ uſui ad bellum ſunt, in unum conſpirantibus; facilè ipſos ſub uno diademate totius orbis terrarum imperium retenturos. Præterea odoramenta, quæ apud illos proveniant, telaſque laudatiſſimas; contràque apud Romanos metalla ipſa, & quæcumque arte aliquâ conſpicua viſuntur, non jam vix raròque & clanculùm per mercatores importatum iri: ſed in unâ duntaxat terrâ, unoque Imperio, communemque fore utriſque uſum rerum omnium, minimèque impeditum. *Herod. ibid.*

A

His Caracallæ litteris Artabanus acceptis, primò quidem abnuere: negare, Romano convenire barbarum matrimonium. Quam enim fore concordiam, neque voce ſatis congruentibus, & victu habituque inter ſe diſtantibus? Eſſe Romæ Patricios permultos, quorum ſibi ille optare liberos in matrimonium poſſit: ſicuti itidem apud ſe Arſacidas. Neque ullam ſanè exſtare cauſam, cur alterutrum genus adulteretur. *Id. Herodianus ibid. lib. 4.* ARSAC. 471.

Hæc igitur à principio Rex Parthus reſcribens, conditionem aſpernabatur. Sed inſtanti Antonino, doniſque & jurejurando fidem ſtudii ſui & caritatis uxoriæ facienti credidit: ac pollicitus daturum filiam, generum jam ipſum appellitabat. Cujus rei vulgatâ mox famâ, Parthi ſcilicet omnes ad Romanum ſuſcipiendum Principem ſe comparabant, ſpe quâdam ſempiternæ pacis exſultantes. Cæterùm Antoninus, prohibente nullo, fluvios tranſgreſſus, ac jam Parthicam regionem, quaſi propriam, peragrans, ſacrificantibus paſſim univerſis, ſupraque coronata altaria odores omniſarios incendentibus, lætum ſe honore illo Parthorum magnoperè ſimulabat. *Id. Herodianus ibid.* ARSAC. 472.

Poſtea verò quàm magno itinere facto, ad ipſam Artabani regiam appropinquabat, occurrit ei Rex in quâdam ante Urbem planitie, novum nuptum, generumque ſuum excepturus. Sed & Parthorum magna multitudo, floribus indigenis coronati, atque induti veſtes auro diverſiſque coloribus varias, feſtum agitabant, ad tibiarum fiſtularumque & tympanorum ſonitus ſaltantes numeroſè. Quippe hujuſcemodi tripudiis ſupra modum delectantur, (præſertim) cùm ſe

ARSAC. temero largiùs invitarunt. *Idem Herodianus ibidem.*

472. Sed ubi omnis multitudo confluxit, ac relictis equis, pharetriſque & arcubus depoſitis, inter libamina & calices agitabant, collectique in unum Parthorum quàmplurimi, temerè inordinatique conſtiterant, nihil ſuſpectantes mali, ſed pro ſe quiſque ſtudentes videre novum nuptum: tùm, ſigno dato, Antoninus militibus imperat, impetum cædemque in Parthos faciant. Illi, re ſubitâ perterriti, cædentibus, ſauciantibuſque Romanis terga obvertunt. Ipſe Artabanus à ſuis ſtipatoribus raptus, atque equo impoſitus, vix ægrèque cum paucis fugiens elabitur. Reliqua verò multitudo Parthorum paſſim cædebatur. Quippe neque equos habebant, quibus maximè utuntur: (deſcenderant enim ex iis, paſtumque dimiſerant.) neque ipſi evadere fugâ poterant; impediente curſum fluxâ veſte, ad pedes uſque deductâ. Porrò pharetras aut arcus omninò nón attulerant: nam quid illis opus ad nuptias? *Idem ibid.*

Ita ingenti cæde Parthorum factâ, Antoninus, prædaque & hominibus magnâ copiâ captis, diſcedit, reſiſtente nullo, viciſque & urbibus incenſis, datâ poteſtate militibus rapiendi, quod quiſque poſſet aut vellet. Hanc igitur calamitatem haud opinatò Parthi acceperunt. Antoninus autem Regionem Parthicam penitùs ingreſſus, defeſſis jam rapiendo cædendoque militibus, revertitur in Meſopotamiam. Indeque Senatui Populoque Romano per litteras ſignificat, ſubactum à ſe Orientem, cunctoſque illius regni mortales in ſuam ditionem conceſſiſſe. At Senatus, quamquam totius negotii gnarus, (quippè Principum res latere nullo

pacto poſſunt:) metu tamen atque aſſentatione cunctos illi honores victoriæ decernit. *Id. Herodianus ibid.* ARSAC. 473.

De eo ipſo bello adverſus Parthos ab Antonino *Caracalla* geſto ita Spartianus: „Dehinc per Caduſios fines & Babylonios ingreſſus, tumultuariè cum Parthorum Satrapis manum contulit; feris etiam beſtiis in hoſtes immiſſis. Datiſque poſtea ad Senatum, quaſi poſt victoriam litteris, PARTHICUS appellatus eſt. *Spartianus in Vita Caracallæ.*

Nummi tamen argentei, ab ipſo Caracalla percuſſi, *Germanici* tantum, non *Parthici* præferunt cognomen: licet ſint 20. ejus tribunitiâ poteſtate ſignati; in qua occiſus eſt; Parthicæque victoriæ typum exhibeant. Undè apparet Caracallæ morte prævento *Parthici* titulum à Senatu non fuiſſe confirmatum. En ex iis nummis unum heîc Lectoris oculis ſubjicimus.



Parthicam illam Caracallæ expeditionem paulò aliter narrat Dio; videlicet, puellæ quidem Regiæ nuptias ambiiſſe Caracallam; ab Artabano verò primùm repulſam tuliſſe. His enim ferè utitur verbis. Poſt hæc exercitum duxit in Parthos, quòd Artabanus ei filiam quam ambiverat, nollet uxorem dare: propterea quòd

Arsac. 473. ſciret Antoninum verbo quidem poſtulare nuptias, re autem Parthorum regnum auferre cupere. Tùm regionem, quæ Mediam attingit, in quam de improviſo irruerat, magnâ ex parte vaſtavit: multa caſtella diruit, Arbela ſubegit, ac ſepulcra Regum Parthorum, abjectis oſſibus, ſubvertit. Verùm, quia Parthi cum eo non venerunt ad manus, nihil de rebus tunc geſtis ſcribi à me eximium poteſt. *Dio lib.* 77. *pag.* 881.

Interea Parthi perfugerunt in montes, & trans Tigrim; ut ſe ad bellum compararent. Idque celabat Antoninus, &, quaſi omnino ſuperior fuiſſet, eos, quos ne viderat quidem, ſe viciſſe gloriabatur: tùm verò, quòd Leo, qui improviſò de monte deſcenderat, pro eo pugnaſſet. Nam id in litteris ſcripſit. *Dio lib.* 77. *pag.* 881.

Antoninus exindè in Meſopotamiam ſe recepit, atque Edeſſæ hiemavit. Parthi autem poſtquàm vidêre hunc, ejuſque milites diſſolutos voluptatibus, quòd præter cætera, hiemarent in ædibus, in iiſque omnes facultates hoſpitum non aliter, quàm ſuas, conſumerent: vehementer animis elati ſunt, tanquam ſi eſſent illos ſocios pro hoſtibus habituri. Contrà parabat etiam ſe Antoninus, cui tamen non licuit hoc bellum conficere; propterea quòd medios inter milites, quos habebat in maximo honore, & quibus potiſſimùm confidebat, occiſus eſt. *Dio ibid.*

Arsac. 474. Haud multò poſt enim cùm ageret ille Carrhis, (quæ eſt Meſopotamiæ urbs) Dei Luni inviſit templum, quod in eâ regione, diſtans aliquantùm ab urbe, præcipuo honore ab incolis colebatur. Eo ſecum paucos equitum eduxit, relicto exercitu cætero, ut,

ſacrificio

ſacrificio facto, in urbem reverteretur. Medio autem itinere, ventre urgente, uno tantùm famulo comitatus, ac reliquis abſiſtere juſſis, receſſit ad requiſita naturæ; atque à Martiale Tribuno militum accurrente illicò averſus, & ſubligacula ſibi deducens, pugione trajectus eſt, 8°. Id. Aprilis, ſi *Spartianum* ſequamur: 7°, ſi *Dionem. Herodianus lib.* 4. Arsac. 474.

Ea ratione extincto Antonino, incerti, ignarique quid agerent milites; biduò ſine Imperatore fuerunt, quærentes inter ſe, quem potiſſimùm Principem deligerent. Siquidem adventare magnis copiis Artabanus nuntiabatur, pœnas exacturus, & cæſis inter pacem ac libationes miſſurus inferias. Igitur Principem deligunt, primò quidem Audentium, militarem ſcilicet virum, Præfectumque non improbum. (Sed ille, ſenectutem excuſans, abnuit Imperium.) Dein verò Macrinum, Prætorio Præfectum: ſuadentibus potiſſimùm Tribunis, quos etiam conſcios inſidiarum Antonini, ac Macrino participes conſilii fuiſſe, poſt illius mortem ſuſpicio exſtitit. *Herodianus ibid.*

Hoc pacto adeptus Imperium Macrinus, cùm vidiſſet Artabanum cum magnis copiis, infeſtoque animo ſibi bellum inferre: conatus eſt, miſſis ad eum captivis, quos habebat, mitique oratione placare ejus animum, & à propoſito abducere. Sed cùm ille non leve quid exigeret, ac juberet, ut Macrinus urbes everſas ab Antonino reſtitueret, decederetque protinus ex Meſopotamia, & damnum, quod illatum erat monumentis Regum, reſarciret; nullum tempus ad deliberandum ſumpſit, ſed ei, quòd jam ad Niſibin venerat, occurrit. *Dio lib.* 78. *pag.* 886.

Arsac. His actis, jam ſcilicet Artabanus multis copiis ac
474. viribus aderat, equitatum ingentem, & ſagittariorum multitudinem adducens, præterea cataphractos camelis inſidentes, qui prælongis contis præliarentur. Quo cognito, Macrinus, convocatum exercitum adlocutus eſt. Confeſtimque, cognitâ neceſſitate, milites in ordines ſe recepêre, atque in armis agitabant. Sole autem oriente conſpiciunt Artabanum maximas ſecum copias adducentem. *Herodianus lib. 4.*

Ut autem Parthi Solem de more propitiârunt, confeſtim edito ingenti clamore concurrunt in Romanos, iiſque adequitantes ſagittas ingerunt. At Romani, decenti ordine, & magnâ cum cautione acie inſtructâ, Maurorumque equitatu per latera diſpoſito, ac receptis per intervalla expeditis militibus, quibus facilis eſſet excurſio, fortiter reſiſtentes, impetum Parthorum ſuſtinebant: qui ſcilicet & ſagittarum multitudine, & prælongis contis, quibus cataphracti ex equis aut camelis depugnabant, peſſimè Romanos accipiebant. *Idem ibid.*

Contrà Romani, quoties pedem conferebant, facilè ſcilicet adverſarios ſuperabant: poſteaverò quàm ab equitatu, & camelorum multitudine premebantur, fugâ ſimulatâ, tribulos aliaque machinamenta ferro acuminata projiciebant: quæ, ſub arenis latentia, neque cuiquam conſpecta, perniciem equitibus, & camelorum inſeſſoribus afferebant. Quippe, illis calcatis, equi, potiſſimùm verò cameli, (quoniam huic generi molliſſimæ ſunt ungulæ) ſucciduæ claudicabant, excuſſis tergo inſeſſoribus. *Id. ibid.*

Cæterùm Parthi, quandiu equis aut camelis inve-

huntur, acerrimè ſcilicet confligunt: ubi autem vel ARSAC.
deſcendêre jam, vel excidêre; faciles ſunt captu; 474.
neque prælium in manibus gerere audent; &, ſi fugiendus, aut inſequendus ſit hoſtis, crura ſcilicet fluxâ veſte præpediuntur. *Id. ibid.*

Uno igitur alteroque die à mane ad veſperam pugnatum: nox prælium diremit; reverſique ſunt in caſtra utrique, quaſi victores. *Idem Herodianus ibidem.* Rem tamen diverſâ ratione narrat Dio his ferè verbis: Ibique victus eſt (Macrinus) prælio à militibus, dum contraria caſtra facerent, propter aquam facto. Cùmque iterùm congreſſus eſſet, non ſucceſſit ei ex ſententia. *Dio lib. 78. pag. 886.*

Jam verò audiamus Herodianum talia ſuper hoc bello referentem. Tertia die in eandem planitiem pugnaturi convenêre. Tentante autem Partho (utpote qui numero præſtabat) circumvenire Romanum, quaſique indagine concludere: contrà non jam profundiorem, ſed in frontem productam conſtituebant Romani aciem, ac ſe circumveniri prohibebant. Tanta autem virorum jumentorumque multitudo cecidit, ut omnis compleretur campus, maximique cadaverum acervi in altum attollerentur; præſertim verò camelorum, qui alii ſuper alios procubuèrunt. Ergo nec liber pugnantibus curſus erat, nec inter ſe cernendi copia, velut ingenti quodam ac vix pervio aggere cadaverum in medium exſtructo; quo ſcilicet prohibente tranſitum ad reliquos, ſinguli ſe in ſua caſtra receperunt. *Id. Herodianus ibid.*

At Macrinus, cognito non aliâ de causâ tam acriter ac pertinaciter pugnare Artabanum, niſi quia ſe

ARSAC. pugnare contra Antoninum arbitrabatur: (ſolent enim
474. Parthi paulo negotio quaſi fatiſcere, velutique oneri cedere; ſi modò primis congreſſibus parùm ex ſententia res geſſerint: tunc autem perſtabant, prælium integraturi, cùm primùm cadavera ſuſtuliſſent atque concremâſſent, ignari periiſſe, qui has inimicitias concitaverat) mittit Parthis Legatos, cum litteris, quæ declararent occidiſſe Imperatorem, ac debitum ſupplicium luiſſe, qui fœdera & jusjurandum temeraverat: ſibi eſſe à Romanis, quorum ipſum tandem imperium ſit, ſummam rerum traditam. Non placere verò ſibi, quæ acta forent: itaque captivos, quicumque ſupereſſent, raptaque omnia redditurum: cupere ſe ex inimico amicum facere, pacemque jurejurando ac libaminibus ſancire. *Id. ibid. cap.* 209.

Quibus lectis, Artabanus, edoctuſque à Legatis de Antonini cæde, ſatis dediſſe ſupplicii violatorem fœderis arbitratus morte tam acerbâ; contentuſque reddi ſibi citra ullum cruorem captivos, prædamque omnem; tam æquas conditiones non recuſat. *Id. ibid.*

Secundùm hæc igitur miſſis ultrò citròque de pace Legatis, res inter Macrinum & Artabanum mutuam ad reconciliationem deducta fuit. Quippe Macrinus ob timiditatem, ac diſciplinæ militaris apud ſuos confuſionem, bellum gerere non eſt auſus: ſed pacis cauſâ, tùm plurima dona, tùm pecuniæ vim magnam & in ipſum Artabanum, & in eos, qui ſecundùm Regem plurimùm poterant, expendit; adeò quidem, ut omnis ille ſumptus eſſet ad bis millies ſeſtertium. Parthi verò moræ impatientes, quòd domo diù præter conſuetudinem abfuiſſent, ac præter annonæ penuriam

quam paratam & inſtructam habere non ſolent; pacem admiſerunt. *Dion. lib. 78. pag.* 887. Ars. c. 474.

De eo ipſo bello ita quoque Julius Capitolinus. „Appellatus igitur Imperator (Macrinus) ſuſcepto bello contra Parthos, profectus eſt magno apparatu, ſtudens ſordes generis & prioris vitæ infamiam victoriæ magnitudine abolere. Sane cum eſſet inferior in eo bello, quod Antoninus geſſerat, Artabano graviter necem ſuorum civium vindicante; primò Macrinus repugnavit; poſtea verò miſſis Legatis petiit pacem; quam libenti animo, interfecto Antonino, Parthus conceſſit. *Capitolinus in Vita Macrini.*

Ut ut eſt, pace inter Romanos & Parthos compoſitâ, Artabanus in proprias ſedes revertitur. Sed & Macrinus, deducto ex Meſopotamia exercitu, Antiochiam profectus eſt. Quemadmodum refert Herodian. *lib.* 4. *cap.* 109. Ubi verò hanc in urbem pervenit, litteras Senatui Populoque Romano miſit, quibus ſignificaret à militibus appellatum ſe eſſe Imperatorem; ac Parthicum bellum, longè maximum, & in quo omne Romanum Imperium fluctuaverit, ita confeciſſe, ut nec in acie fortiter dimicando hoſtibus ceſſerit, & Regem maximas ſecum trahentem copias, icto fœdere, ex inimico non facilè expugnabili, amicum reddiderit. *Id. Herodianus lib.* 5. *cap.* 110.

Neque tamen, addit Dio, omnia Macrinus, quæ inter ipſos acta ſunt, accuratè Senatui perſcripſit. Propterea decreta fuerunt ei ſacrificia, victoriæ ergo; datumque *Parthici* nomen. Sed hoc ipſe non accepit; quòd eum puderet (uti quidem conſentaneum eſt) ab iis hoſtibus ſumere cognomentum, à quibus fuiſſet ſuperatus. *Dio lib.* 78. *pag.* 900.

ARSAC. 474. Ecce tamen æreum primæ formæ Numiſma, quod Senatus ad memoriam ejus Parthicæ victoriæ percuti curavit.



De Macrino ita loquitur Capitolinus in ejus Vita. „Pugnavit tamen & contra Parthos, & contra Armenios, & contra Arabas, quos Eudæmonas vocant, non minùs fortiter quàm feliciter.

De bello Armeniaco à Macrino Imperatore compoſito, talia refert Dio. Fuit hoc quoque bellum compoſitum, quod in Armenia geſtum erat: cùm Tiridates *Vologeſis filius*, diadema ſibi à Macrino miſſum accepiſſet, ac matrem, quam Caracalla undecim menſibus in carcere detinuerat, (*ſcilicet à menſe Junio anni ſuperioris*) unà cum præda, quæ capta fuerat ex Armenia, & iis cum agris, quos pater ejus in Cappadocia poſſederat, impetraſſet. *Dio ex Theodoſ. lib.* 78. *pag.* 887. Vologeſes itaque, Tiridatis pater, in carcere perierat cum aliis filiis ſuis.

Nondum è Syria diſceſſerat Macrinus Romam petiturus, cùm *Elagabalus*, Caracallæ creditus filius, contra eum à militibus Imperator eſt appellatus A. D. Id. April. anni V. C. 971. eique ſtatim bellum intulit.

Cùm verò ventum ad manus eſſet, acie victus ac fugatus Macrinus chlamydem ſibi, cæterumque imperatorium detrahit ornatum; pauciſque è fidiſſimis ſuorum comitatus, clàm fugam occupat: miſſo priùs ad Artabanum filio Diadumeniano. Quo facto, Antiochiam venit; victorem ſe eſſe ſimulans, ut in urbem reciperetur. Sed, clade ejus per nuntios cognitâ, factiſque propterea multis cædibus per vias atque in ipſa urbe; ut propenſa erat cujuſque erga alterum eorum benevolentia: indè noctu equo admiſſo, raſoque penitùs capite ac mento, pullaque veſte indutus ſupra purpuream, ut privatus eſſe videretur; Ægas, quæ urbs eſt Ciliciæ, pervenit cum paucis: ibique veredum conſcendit, perindè ac ſi miles eſſet veredarius, vectuſque per Cappadociam, Galatiam & Bithyniam uſque ad Eribolum, quod navale eſt è regione Nicomediæ ſitum: Nicomediam ingredi non eſt auſus; ſed Chalcedonem navigavit, mandavitque uni ex procuratoribus, ut ad ſe pecuniam mitteret. Quâ ex re cognitus eſt, & Chalcedone remanſit. Eò autem venêre paulò pòſt miſſi ab Elagabalo milites; à quibus comprehenſus, perductus eſt in Cappadociam. Ubi, poſtquàm intellexit etiam filium ſuum, fugientem ad Parthos, eſſe interceptum: amiſsâ ſpe omni, dejecit ſe ex vehiculo, (nec enim vinctus erat) fregitque humerum: nec ita multò pòſt occiſus eſt Idibus Juniis. *Xiphilinus ex Dione pag. 889. Hiſtor. Dionis.* ARSAC. 474.

Auſpicatus eſt Imperium ſuum Elagabalus ab eo die, quo Imperator ab exercitu eſt appellatus: videlicet ab Idibus Aprilis; quemadmodum ſuprà jam dictum eſt. Atque idcircò ſignavit in nummis Tribunitiam poteſta-

ARSAC. 474. tem. Occiſus eſt verò menſe Septembri anni V. C. 975. uti Comes Mediobarba pluribus argumentis probavit in Faſtis ſuis. Eo ipſo enim & anno & menſe Severus Alexander Elagabalo ſucceſſit; ac Tribunitiam poteſtatem accepit.

ARSAC. 479. Eo verò tempore, ineunte Arſacidarum anno 479. ſub initium Imperii Severi Alexandri, Artabanus Arſacem fratrem ſuum, Tiridate Armeniorum Rege mortuo, Armeniæ Regem conſtituit: ut refert Armeniorum Hiſtoria, teſte Procopio lib. 3. *de Aedific. Juſtiniani.*

ARSAC. 480. Dum autem, Armeniâ fratri ſuo conceſsâ, Artabanus ſecurum ſe à Romanis exiſtimat; ecce Artaxerxes, educatus à Pauceo Perſâ, ejuſque filius dictus; obſcuro quidem natus loco, ingentis tamen animi & ſpiritûs vir, veterem Perſarum gloriam inſtauraturus, ſuis ad rebellionem ſollicitatis, ab Artabano Rege ſuo defecit, eique bellum intulit.

ARSAC. 481. Igitur ab Artaxerxe duobus præliis ſuperatus, tertio demùm occiſus eſt Artabanus IV. qui *Rex Magnus* primus appellatus, duplicique uſus diademate fuerat. Ejus verò filii ad patruum ſuum Arſacem in Armeniam ſe receperunt.

Ad hunc igitur modum Parthorum Imperium ab Artaxerxe ad Perſas tranſlatum eſt, ut refert Agathias lib. 4. pag. 134. his ferè verbis: Illud verò ſolum addiderim, quod annis 538. poſt Magnum illum Alexandrum Macedonem, quarto verò alterius illius Alexandri, Mamææ filii, regni anno, cùm Artaxares, quo dictum eſt modo, Perſarum regnum occupaſſet, quindecim in eo annos peregit, duobus menſibus demtis.

Annus autem 538. poſt Alexandrum Magnum intelligendus

telligendus eſt de Seleucidarum Epochâ inchoante ab Arsac.
Autumno anni V. C. 442. atque incidente in annum 481.
V. C 979. quo Severus Alexander quartum Imperii ſui agebat annum, inchoatum videlicet à menſe Septembri anni V. C. 978. atque ad Septembrem uſque anni V. C. 979. decurrentem. Si verò Agathias quatuor annos regni Severi Alexandri tùm fuiſſe completos intellexit; dicendum eſt Parthorum Regum Imperium per annos quadringentos unum atque octoginta completos duraviſſe.

NUMMUS
ARSACIS ARTABANI IV.



EX MUSEO D. BAUDELOT, PARISIIS.

Caput Regis barbati, ac diademate cincti. Ante caput litteræ numerales AOY. Ex alterâ parte caput muliebre turritum, cum faſcia oblonga, vultum ejus circumvolitante. Ante caput littera initialis A.

INTER plurimos Regum nummos, quos Vir clariſſimus Carolus Cæſar Baudelotius I. C. Pariſinus, in ſuo Libro de Peregrinationum utilitate, Gallicè vulgato, protulit; duæ cernuntur Parthorum Regum effigies. Verùm cùm ipſimet nummi ad deſcribendam Arſacidarum Hiſtoriam eſſent mihi adprimè neceſſarii; libenter eos mecum communicavit Vir ſummâ præditus humanitate. Horum Numiſmatum unum jam prodiit cum litteris numeralibus ΔOT, quæ illud adjudicandum eſſe Choſroï planè nos edocuerunt. Alterum verò, de quo heîc agitur, litteras habet numerales AOY; quæ Arſacidarum Epochæ annum deſignant 471. Artabanoque IV. nummum haud dubiè adſcribunt. Quis verò primo intuitu tantulum nummum ad dignoſcendas Arſacidarum effigies tanti eſſe momenti, tantæque utilitatis arbitretur?

Verumtamen adſiduà illa Parthorum Regum curà, in conſignanda nummis ſuis Arſacidarum Æra, non modò eorum nobis ſervavit imagines; ſed etiam, ad quemnam illorum moneta ſpectet, edocuit. Quâ ratione è ſpiſſiſſimis tenebris, in quibus conſepulti remanſiſſent, omninò ſunt revocati. Certè diadema, barbaque prolixior ex Arſacidis quemdam indicant, ſed indiſcriminatim: cùm barbati ferè omnes occurrant. At numeralium litterarum ope, Parthorum Regum unuſquiſque, à reliquis probè diſcretus, ob oculos obverſatur. Itaque litteræ ΛΟΥ, in hocce nummo exaratæ, eum Artabano IV. adſerunt; nummumque tertio regni illius anno percuſſum fuiſſe teſtantur.

NUMMUS ARSACIS ARTABANI IV.



EX MUSEO NOSTRO.

Caput Regis mitrâ & diademate ornati, prolixâque barbâ conſpicui. Ante caput numerales litteræ ΠΥ, id eſt, anno 480. Ex averſâ parte ſolitum caput muliebre turritum cum faſcia regia. Ante caput littera initialis A, id eſt, ARSACIA.

ARSACIDÆ Reges modò capite nudo, cincinnati, ſoloque revincti diademate, in nummis ſuis occurrunt: quemadmodum in ſuperiore Artabanus IV. conſpicitur: mo-

dò mitrâ, ſolito Regum ornatu, inſignes: ut idem in hocce nummulo exhibetur. Undè ſi varius ille capitis ornatus non omninò ſimiles eorum effigies offerre noſtris oculis videatur; litteræ ſaltem numerales ad unum Artabanum IV. pertinentes, eumdem prorsùs Regem in ambobus nummis arguunt exhiberi.

De Mitra, Parthorum Regum inſigni, plurimis in locis ſuprà jam abundè diximus. Id tamen heîc obſervari velim, eas ſcilicet non eâdem ſemper ratione confectas, atque ornatas; ſed ad Regis cujuſque libitum variè fuiſſe decoratas.

Litteræ numerales ΠΥ. in hoc nummulo ſignatæ, Arſacidarum annum indicantes 480, ad dignoſcendam Artabani IV. effigiem perutiles exiſtimari debent. At inſuper, cùm eædem penultimum regni illius annum oſtendant, quanto in pretio habendæ ſint, animadvertant eruditi. Hæ quippe litteræ reſpondent anno V. C. 978. quo imperabat Severus Alexander Auguſtus. Atqui Agathias Artabanum IV. inſequenti anno ab Artaxerxe in prælio fuiſſe interfectum; necnon unà cum eo Parthorum Imperium occidiſſe teſtatur. Et certè abhinc Artabani IV. tempora de Parthis, deque Parthico Imperio apud Scriptores nulla amplius fit mentio.

FINIS.

APPENDIX
DE
PERSARUM REGUM POST ARTABANUM NUMMIS.

POSTQUAM ARTAXERXES Paucci cujuſdam Perſæ, viri infimæ ſortis, & coriariam quidem exercentis, filius, rebus bello geſtis clarus, Artabanum IV. Parthorum Regem deviciſſet, ac tandem interfeciſſet; Parthicum Imperium, patris gratiâ, *Perſicum* appellavit; *Arſacis* tamen nomine ſervato, eò quòd Arſaces primus Parthorum Rex, etiam à Perſis originem ſe deduxiſſe gloriaretur. Verùm, ut Populorum, apud quos nomen illud carum & celebre erat, benevolentiam ſibi conciliaret, quaſi Arſacidarum Imperium in aliam tantummodò familiam tranſiiſſe videretur, eorumdem Epocham ſemper in nummis ſuis ſervavit.

Perſarum Regum, qui Artabano IV. ſucceſſêre, Hiſtoriam attingere nos debuiſſe putabat Amicus, cui, utpote diligentiſſimo Scriptori, illam tractandam relinquimus. Attamen, cùm mens noſtra fuerit deſcribere tantùm Annales Parthorum Regum, quorum

Nummos, licet paratu difficiles, aut in noſtris peregrinationibus comparaveramus; aut ex plurimis collegeramus cimeliis: ingrato labore, eam præſertim ob cauſam ſuperſedimus; quòd Regum Perſarum nummos haud ita commodè comparare nobis licuerit. Atqui & illud forſitan potuiſſemus, ſi tales nummos cujuſdam fore utilitatis duxiſſemus. Namque ii rudis adeò ſunt fabricæ, ac temporum lapſu ita corruptæ eorum litteræ ſunt; ut illas vix adſequi poſſint vel peritiſſimi Antiquariorum. Neque enim illi jam amplius nummi Græcâ gaudent Epigraphe; ſed aut Parthicâ, aut Perſicâ potiùs notantur inſcriptione, noſtris temporibus minimè intellectâ.

Porrò, cùm primi horum Perſarum Regum Artaxerxis nummus unus in Theſauro Regio à nobis obſervatus ſit, itemque alius Saporis, filii ejus ac ſucceſſoris, in noſtras inciderit manus: non ingratum erit Lectoribus, ſi eorum icones, Appendicis loco, heîc inſeruerimus; quemadmodum & unius ſubſequentis Regis, cujus nomen characteres incogniti ac barbari nobis inviderunt.

NUMMUS ARTAXERXIS,

Primi poſt Artabanum IV. Regis Perſarum.



Ex Thesauro Regio.

Caput Regis barbati, necnon mitrâ ſuis inſtructâ redimiculis, ac diademate ornati. Ponè caput littera B. Ex aversâ parte Rex ſedet dextrâ extensâ ad recipiendam coronam ab adſtante Genio Urbis, capite turrito, ſibi porrectam; cum hac in ambitu Nummi Epigraphe: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ: Regis Arsacis illustris. In area AϘΥ. anno 491.

Neque verò ſperet Lector proprium *Artaxerxis* nomen in Regis illius Nummis ſe eſſe deprehenſurum. Quemadmodum enim ſuprà jam vidimus in Parthorum Regum Tiridatis, Phrahatis, Mithridatis, aliorumque Arſacidarum nummis; non moris erat tùm peculiare Regum nomen adhiberi. Ita igitur & in his Perſarum Regum numiſmatibus propria illorum nomina nunquam reperiuntur. Omnes autem Reges Parthi, ſi tres *Vologeſes* exceperis, dicti ſunt *Arſaces*, ut eorum nummi teſtantur; utque ſatis innuit Ammianus

Marcellinus, lib. 23. dum de *Arſace* Imperii Parthici conditore ita loquitur: „ Numinis eum vice venerantur & colunt, „ eò uſque propagatis honoribus, ut ad noſtri memoriam „ non, niſi Arſacides is ſit, quiſquam in ſuſcipiendo Regno „ cunctis anteponatur. Is autem Scriptor florebat ſub Gratiano & Valentiniano Auguſtis.

Ne mireris igitur, ſi Artaxerxes, licet vir Perſa, ſolum *Arſacis* nomen, præcedentium Regum more, in nummis ſuis uſurpet; Arſacidarum Regno potitus. Hoc enim videtur feciſſe Imperatorum Romanorum exemplo, qui ſe *Auguſtos* vocitârunt omnes, ut refert idem Ammianus loco laudato. „ Ut„ que Imperatoribus noſtris *Auguſta* nuncupatio amabilis eſt „ & optata; ita Regibus Parthis *Arſacis* nomen. Pari ergo ratione, eamdem quoque Arſacidarum Epocham Reges hi ſervavêre. Cujus quidem rei fidiſſimi teſtes ſunt eorum nummi; hicque imprimis, in quo litteræ numerales AQY. annum deſignantes 491. Epochæ Arſacidarum.

Ex fragmentis Hiſtoriæ Parthorum, quæ pauciſſima nobis ſuperſunt, Artabani hujus nominis Tertii, Arſacidarum gente oriundi progeniem in Artabano Quarto Rege defeciſſe comperimus, anno ſcilicet quarto Imperii Severi Alexandri: cujus quidem Imperium à morte Elagabali ſumpſerat exordium circa Septembrem exeuntem anni V. C. 975. Itaque quartus ille annus regni Alexandri Auguſti porrigebatur uſque ad finem Septembris anni V. C. 979. qui reſpondebat anno Epochæ Arſacidarum 481. At annus Æræ Arſacidarum 491. in hoc nummo ſignatus, ad Artabani IV. regnum ſpectare nullo modo poteſt: cùm contrà in regnum hujus Artaxerxis omnino cadat: cujus quidem regni decimus jam agebatur annus ex quindecim, quos, duobus demtis menſibus, regnavit: ſi modò Agathiæ habenda ſit fides.

Cæterùm, cùm ſuprà jam retulerimus A. litteram eſſe initialem Urbis *Arſaciæ*, in qua cuſi ſunt variorum Parthorum Regum nummi; litteram verò Γ. in nummo Vologeſis III. inſcriptam ſpectare ad Urbem Straboni dictam *Gazam*, *Gazacam* verò Stephano: (cui poſtremo ſuffragatur Ammianus, eamdem & ipſe Gazacam collocans inter præſtantiſſimas Mediæ civitates.) Liceat itidem nobis B. litteram, in hoc Artaxerxis nummo exſculptam revocare ad *Barſeſiam* urbem Seleuciæ

leuciæ proximam, atque à Bardane Parthorum Rege ampliatam; in quâ quidem Urbe, ut & in cæteris Urbibus Regiis Monetaria erat officina.

Nummi, Artaxerxis temporibus ſignati, rudioris non modò ſunt formæ propter Monetariorum imperitiam; maximâ artificum multitudine bellis civilibus abſumptâ: ſed etiam ex ære argento immiſto conflati: quod difficillimis iis temporibus paupertatem ærarii ſatis arguit.

Genius Urbis capite turrito, muliebri habitu, Regi coronam deferens, ſolitus fuerat apud Parthos ac ferè unicus nummorum maximi moduli typus: quem idcircò retinuiſſe quoque videntur nobis Perſarum Reges, utpote notum populis ac familiarem.

NUMMUS SAPORIS REGIS,

Artaxerxis filii.



EX MUSEO NOSTRO.

Caput Regis diademate cinčti, promiſsâque barbâ. Ex aversâ parte Genius Urbis capite turrito ſtans, dextrâ coronam Regi ſedenti defert, cum eâ in ambitu Nummi Epigraphe : ΒΑCΙΛΕΩC ΒΑCΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΠΚΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥC.... In area ΗΦ, id eſt, anno 508.

Hic Nummus, pro argenteo tetradrachmali ſignatus æreus eſt, pauxillo admixtus argento; atque ideò adulteratus magis, quàm ſuperior Nummus. Adverſa pars nummi Regem exhibet capite nudo, at agreſtis admodùm & inconcinnæ for[...] ut de aversâ parte nummi taceam, multis in locis mutilâ atque decurtatâ. Attamen ex characteribus, qui integri in[...] ſuperſunt, magni is mihi videtur momenti eſſe; cùm & n[...] *Arſacis*, & integram Arſacidarum Epocham præ ſe ferat.

Atque in hoc quidem nummo nomen ΑΡΣΑΠΚΟΥ [...]gitur pro ΑΡΣΑΚΟΥ. Quod vitium ex a[...]cta Urb[...] qua percuſſus eſt nummus, pronuntiatione oritur; u[...]

ex leni pronuntiatione in iis nummis, in quibus ΑΡΣΑΝΟΥ pro ΑΡΣΑΚΟΥ exaratur. Quod quidem magno argumento eſt non mediocrem in Lingua Græca pronuntianda barbariem ſenſim irrepſiſſe: ita ut nonmultò pòſt jam Græcorum characterum loco barbarici omninò ſucceſſerint characteres.

Verùm ad quemnam Arſacem ſpectet hic nummus, nequaquam edocere nos poſſet inutilis ΑΡΣΑΠΚΟΥ appellatio; niſi ſubjuncta Arſacidarum æra illum ad Saporem, Artaxerxis filium, revocaret. Litteræ numerales ΗΦ. in eo ipſo areæ loco exſculptæ, quo in omnibus ſive Parthorum, ſive Perſarum, nummis tetradrachmalibus ſignari conſuevêre, annum Epochæ Arſacidarum 508. oſtendunt. Qui quidem annus in decimum quartum regni Saporis annum incidit; reſpondetque anno V. C. 1005. aut ſaltem 1006. quo tempore P. Licinius Valerianus à militibus ſuis appellatus eſt Imperator, atque à Senatu confirmatus.

Artabanum IV. unà cum vita Parthicum Regnum amiſiſſe diximus anno Arſacidarum 481. Artaxerxem verò, qui eum è ſolio deturbaverat, quindecim regnaviſſe annos; fatoque conceſſiſſe ejuſdem Æræ anno 494°. exeunte; aut ſaltem 495° ineunte. Artaxerxi autem ſucceſſit filius ejus Sapor: ut teſtatur nummus hic meus, in honorem illius percuſſus Epochæ Arſacidarum anno 508. Nemo neſcit Romanis penè exitialem fuiſſe hunc Regem: quippe qui Valerianum Auguſtum occurrentem ſibi, devicerit anno V. C. captumque in Perſidem abduxerit: ubi ignobili ſervitute conſenuit. Nam, quamdiu vixit, incurvato eo, pedemque cervicibus ejus imponens, Rex barbarus equum conſcendere ſolitus erat. *Sext. Aur. Victor in Epit.* Sapor autem regnavit annos 33. deceſſit verò anno Æræ Arſacidarum 527. V. C. 1025.

Averſa pars nummi Saporis eumdem exhibet typum, quem in ſuperiore Artaxerxis patris nummo mòx vidimus. At cum mutilus ſit nummus, atque idcircò excisa fuerit fortaſſe littera initialis Urbem deſignans, in qua cuſus fuerat; Quænam ſit Urbs illa, cujus Genius ſolitam coronam Sapori porrigit, aſſeverare non audemus.

NUMMUS

Regis Perſarum incogniti.



Caput Regis barbati, mitrâque redimiculis ſuis inſtructâ, necnon diademate ornati. Ex averſâ parte ſolita Regis ſedentis figura cùm arcu. In area nummi A. & Π. litteræ conſociatæ: in ambitu verò litteræ barbaræ prorſus incognitæ, eodem, quo antea Græcæ conſueverant, ordine diſpoſitæ.

NEMO eſt, qui in hoc numiſmate Arſacidam Regem primo intuitu non agnoſcat; ſive prolixiorem barbam, ſive ſuis inſtructam redimiculis mitram; ſeu denique diadema, Regium inſigne, obſervet. Quin etiam, cùm averſa pars nummi, eumdem, quem in cunctis ſuperioribus ſecundi moduli argenteis nummis Regem [illegible]ibeat, ſellæ aureæ inſidentem, protensâque dextrâ arcum [illegible]ſtantem: Ecquis [illegible] obſervatum adhuc Regem Parthorum reperiſſe ſe non au[illegible]met: cùm præſertim Græcæ litteræ A. & Π. inter ſe connexæ, *Apameam* Meſopotamiæ Urbem, in qua cuſu[illegible] eſt nummus [illegible] deantur omninò deſignare. At poſteaq[illegible]àm [illegible] ΒΑΣΙΛΕΩΝ reliquoſque Arſacidis [illegible]iliares *titu*[illegible]

fruſtra inveſtigavit ; barbaricos tantùm, prorſuſque ingotos invenit characteres eodem, quo Inſcriptiones Græcæ, ordine diſpoſitos & exaratos : quos tamen nec ipſe Oedipus adſequi ullatenùs poſſit ?

Tanta autem Linguæ Græcæ deſuetudo, ac tanta barbaries in Urbes Meſopotamiæ, Regum Perſarum ditioni ſubjectas, paulatim obrepsêre ; (Tranſtigritanæ enim Urbes eo non utebantur idiomate) ut in nummis Græcas primùm litteras adulterârint ; illis deindè aut Parthicas, aut Perſicas interſeruerint ; ac denique, Græcis litteris funditùs ſublatis atque deletis, in earum locum barbaras ſubſtituerint : Quod hic planè nummus teſtatur. Quis igitur barbaricam illam hujus nummi Epigraphen, quamvis eodem, quo Græcæ ſuperiorum nummorum inſcriptiones, & modo & ordine diſpoſitam, Apameæ fuiſſe exſculptam, certò ac tutò aut perſuadere ſibi audeat, aut aliis adſeverare ? Undè veterum Regum Perſarum Hiſtoriam per eorum nummos contexere, niſi priſcæ illorum Linguæ peritus, nemo vir prudens ſanè unquam contendat.

ELENCHUS REGUM ARMENIÆ MAJORIS.

POSTEAQUAM ſub Antiocho Magno, Syriæ Rege, ducibus ejus Artaxiâ & Zadriade auctoribus, Armeniæ à Seleucidarum Imperio deſcivêre; Artaxias Majoris Armeniæ, Zadriades verò Minoris, ſibi quiſque Regna conſtituerunt. Interjecto dein aliquanto temporis ſpatio, Tigranes II. Artaxiæ pronepos, Parthis obſes datus, ut ab illis in Regnum remitteretur, magnâ ejus parte ceſſit. Poſtea verò is ipſe, regno ſuo reſtitutus, cùm Artemem Zadriadis quoque pronepotem bello ſuperâſſet, fugâviſſetque; Armeniæ Minoris Regnum ſibi vendicavit. At paulò pòſt ſummi Romanorum exercituum Imperatores Lucullus atque Pompeius hujus Regnum occupavêre, Juriſque Romani fecêre; adeò ut, abſque Populi Romani conſenſu, illud jam à nemine deinceps poſſideretur. Verùm enim verò Parthi eam, quam à Tigrane II. acceperant, Armeniæ partem perpetuò [illegible] vendicare, a[illegible] ex Arſacidis quemdam ſemper ei præficere Regno co[illegible] ſunt. Undè frequentia Romanos inter & Parthos e[illegible] orta ſunt variis temporibus bella. Ea[illegible] igi[illegible] ob c[illegible] ſam, ſi, ad illuſtrandam Arſacidarum [illegible]egum [illegible]

riam, brevem illum Armeniorum Regum Elenchum huic opellæ noſtræ ſubtexeremus; rem Lectoribus haud ingratam facturos nos eſſe exiſtimavimus.

Artaxias I. Armeniæ Majoris Præfectus ſub Antiocho Magno, Syriæ Rege, rebellat, regnumque illud ſibi poſteriſque ſuis conſtituit, ſed ab Antiocho Epiphane, Antiochi Magni filio, bello ſuperatus, captuſque in vinculis aſſervatur. *Appian. Syriac. pag.* 117.

Artavasdes I. Straboni & Plutarcho; malè Juſtino dictus *Ortoaſdes*; Artaxiæ filius, in Armeniæ regnum patri ſuccedit. Hic ab Arſace Mithridate cognomento Magno impetitus bello, reſiſtit. *Juſtin. lib.* 42.

Tigranes I. Artavaſdis filius, patre mortuo, Armeniæ regno potitur. A Parthis bello laceſſitus, componendæ pacis cauſâ, Tigranem filium tradere illis obſidem cogitur. *Strabo lib.* 11. *pag.* 532.

Tigranes II. Tigranis filius, apud Parthos obſes, à Mithridate Magno in regnum reſtitutus, illud plurimùm ampliat; Armeniam Minorem capit; Rexque Regum dicitur. *Strabo ut ſuprà*, *& Plutarchus in Lucullo.*

Artavasdes II. Tigranis II. filius, patri ſuccedit in regnum. Hic ſub Phrahate IV. dolo à Marco Antonio Triumviro captus, Alexandriæ in triumpho ducitur. Hujus caput computatum Cleopatra, poſt Actiacam cladem, Mediæ Regi mittit, ut eum ad ſuam ſocietatem pertraheret. *Dio lib.* 51. *initio pag.* 446. *Edit. Hanov.* 1606.

Artaxias II. Artavaſdis II. filius, Phrahatis IV. Parthorum Regis fretus auxilio, ſeque ſuumque regnum tu-

tatur, ac tandem per dolum propinquorum occiditur. *Tacit. Annalium lib. 2.*

Artavasdes III. Artaxiæ II. filius, ei in regnum ſuccedit, à Phrahate IV. adjutus. Sed cùm apud Auguſtum accuſatus à Populis fuiſſet, Tigranem ejus patruum petentibus; ante hujus adventum ab Armeniis interficitur. *Dio lib. 53. pag. 526.*

Tigranes III. Artaxiæ II. frater, atque Artavaſdis II. filius, Româ ab Imperatore Auguſto ad capeſſendum Armeniæ regnum miſſus, ab Archelao Cappadociæ Rege, atque à Tiberio Nerone in Armeniam deducitur. *Joſephus Antiqu. lib. 15. cap. 5.* Neque diu tamen regnat. *Tacit. Ann. 2.*

Artavasdes IV. Artavaſdis III. filius, in locum patrui defuncti ab Auguſto Armeniis præficitur. Sed cùm Populi Tigranis filium Regem exoptarent, non ſine clade Romanorum dejicitur Artavaſdes. *Tacit. ibid.*

Tigranes IV. Tigranis III. filius, ab Armeniis, qui ejus gratiâ rebellârunt, Rex conſtituitur. Auxilium à Phrahate IV. petit; ſed tandem à Caio Cæſare expellitur. *Vell. Paterculus.*

Exſtincta eſt in eo Artaxiæ progenies.

Ariobarzanes, Artabazis Mediæ Regis filius, Caio Cæſare Auguſti nepote, volentibus Armeniis præficitur. Quo morte fortuitâ abſumpto, ſtirpem ejus haud toleravêre Armenii. *Tacitus lib. 2. Annalium.*

Tentato igitur feminæ Imperio, cui nomen Erato; hanc Armeniæ Reginam imponunt. Eâque brevi pulsâ, incerti ſolutique & magis ſine domino, quàm in libertate profugum Vononem in regnum accipiunt. *Idem.*

VONO

Vonones ille, Phrahatis IV. filius, obſes Romanis à patre datus fuerat. Hunc, patre mortuo, Regem conſtituunt Parthi; at poſtea expellunt. E Parthia expulſum, profugumque mox Regem accipiunt Armenii. Sed, minitantis Artabani metu, tandem ex Armenia quoque Vonones amovetur, à Rectore Syriæ Cretico Silano excitus, circumdatuſque cuſtodiâ; manente tamen luxu & Regio nomine.

Artaxias III. qui prius *Zeno* dictus fuerat, Polemonis Ponti Regis filius, approbantibus Armeniæ Nobilibus, à Germanico Cæſare in urbe Artaxata Rex conſtituitur. *Tacit. ibid.* Poſtque octo regni annos moritur.

Arsaces I. Artabani Parthorum Regis veterrimus filius, mortuo Artaxia, à patre Rex Armeniis imponitur; ſed à ſuis dolo circumventus, Mithridatis, Iberi artibus perit. *Tac. Annal.* 6.

Mithridates, Pharaſmanis Iberiæ Regis frater, devictis Parthis, à Tiberio Auguſto Armeniæ regno donatur. Sed ab Artabano Parthorum Rege pulſus, Romæ à Caio Caligula in vinculis detinetur. Dimiſſus poſtea à Tiberio Claudio Auguſto, Armeniam recuperat, verum à Rhadamiſto fratris filio, dolo oppreſſus perit. *Id. Annal.* 12.

Rhadamistus, Pharaſmanis filius, patruo Mithridate à ſe occiſo, Armeniam invadit; permittentibus Romanis, ne Parthi eam occuparent. Vologeſes verò caſum invadendæ Armeniæ obveniſſe ratus, quam à majoribus ſuis poſſeſſam, externus Rex flagitio obtineret, contrahit copias, fratremque Tiridatem deducere in regnum parat: ne qua pars domûs ſine Imperio ageret. Adventantibus igitur in Armeniam Parthis,

Rhadamiſtus à ſuis pellitur. *Tacitus lib.* 12. *ibidem.*

Tiridates I. Vologeſis fratris fretus auxilio, Armeniam occupat, pulſo Rhadamiſto; & poſtea à Corbulone ipſe quoque pellitur. *Tacit. Ann.* 12.

Tigranes V. Alexandri Herodis Judææ Regis & Glaphyræ filius, Archelai Cappadociæ Regis nepos, à Nerone ad capeſſendum Armeniæ regnum miſſus, à Corbulone conſtituitur. *Tacit. Ann.* 14. Sed à Parthis paulò pòſt opprimitur: rurſuſque Tiridates, Neronis conſenſu, Armeniam recipit. *Id. Ann.* 15.

Exedares Arſacida, Tiridatis ſive filius, ſeu nepos, Armeniæ Rex à Choſroe Parthorum Rege expellitur, ut Armeniis præficeret nepotem ſuum Parthamaſirim.

Parthamasiris, Pacori Parthorum Regis filius, mortuo patre, à Choſroe Parthorum Rege, expulſo Exedare Armeniæ Rex conſtituitur: ſed à Trajano Imperatore regno ſpoliatur. *Dio lib.* 68. *pag.* 778.

Armenia ſub Trajano in Provinciam Romanam redacta eſt. Quis autem ei tùm præfuerit ignoratur.

Parthamaspates, Exedaris filius, ut videtur, à Trajano Auguſto Rex Parthis datus, poſteaque ab illis expulſus; ab Hadriano Imperatore patrium Armeniæ regnum accipit. *Spartianus in Vita Hadriani.*

Achæmenides, Parthamaſpatis filius, patri ſuo in regnum Armeniæ ſuccedit; imponente huic diadema Antonino Pio Imperatore, ut diſcimus ex *nummis.* Hujus Achæmenidis meminit Iamblichus *apud Photium pag.* 242.

Soæmus, Achæmenidis filius, è paterno Armeniæ regno à Vologeſe II. Rege Parthorum ejectus, poſtea

L. Vero Auguſto, M. Aur. Antonini Collegâ reſtituitur: ut ex illius Imperatoris nummis eruimus. *Id. Photius ibidem.*

Sanatrucus, Soæmi filius, ut putatur, Armeniorum Rex ſub Imperatore Commodo recenſetur à Suidâ; qui laudes ejus deſcribit *in verbo* Σανατρ'κης

Vologæsus, Sanatruci filius, pacis causâ, Sôphene à Romanis retentâ, Armeniam reliquam à Sept. Severo Auguſto accipit. Hunc poſtea Antoninus Caracalla cùm ad ſe amicè per litteras vocaviſſet, velut patrem inter & filios pacem facturus, conjecit in vincula. Tali interceptus fraude Vologeſus in morbum incidit, quo tandem eſt abſumptus. *Dio lib.* 77.

Tiridades II. Vologæſi filius, poſt Antonini Caracallæ mortem, diadema ſibi à Macrino Auguſto miſſum accipit; patrique ſuo Vologæſo, in carcere demortuo, ſuccedit in regnum Armeniæ. *Id. Dio pag.* 887.

Arsaces II. Artabâni IV. ultimi Parthorum Regis frater, Armeniæ Rex ab eo conſtituitur, anno Imperii Severi Alexandri primo. Fortiter Artaxerxi, qui fratrem regno & vita privaverat, reſiſtit, ac Romanorum fit amicus.

Artavasdes V. aliis Artabasdes, patri ſucceſſit Arſaci; ſed non ita fidus Romanis; nam Sapori Perſarum Regi contra Valerianum Imperatorem adhæſit. *Treb. Pollio cap.* 4.

..... Artavaſdis filius, cujus nomen ignoratur, patri ſucceſſit; Romanis amiciſſimus. Chriſtianam fidem amplexus ſub Diocletiano, copiis ſuis adjuvit Gal-

Maximianum contra Narſeum Regem Perſarum. At Maximianus Auguſtus factus, bellum commovit adversùs Armenios, jam indè à priſcis temporibus amicos & ſocios Populi Romani. Cùm autem Chriſtiani ipſi quoque eſſent, eos ad Simulacrorum cultum traducere per vim conatus, pro amicis inimicos; hoſtes pro ſociis effecit. *Euſeb. Eccleſ. Hiſt. lib.* 9. *cap.* 8.

Tiridates III. filius ſuperioris Regis anonymi, patri ſuccedit. *Sozomenus lib.* 2. *cap.* 8.

Arsaces III. patri in regnum ſucceſſit ſub Conſtantino Auguſto Conſtantini Magni filio. Hic, Romanorum ſocius, à Sapore II. per exquiſitas perjuriiſque miſtas illecebras allectus, adhibituſque in convivium, effoſſis oculis, vinctuſque catenis argenteis, exterminatus eſt ad Caſtellum Agabana nomine; ubi diſcruciatus cecidit ferro pœnali. *Ammianus Marcellinus lib.* 27. *cap.* 12.

Para, hujus Arſacis filius, ex oppido muris & viribus valido, Artogeraſsâ nomine, in quod cum matre conceſſerat, ſuadente illâ, cùm paucis digreſſus, Imperatorem Valentem convenit; qui eum apud Neocæſaream Ponti immorari jubet, liberali victu curandum & cultu. Indè per Terentium Ducem Para reducitur in Armeniam, recturus interim ſine ullis inſignibus gentem. Poſtea tamen cùm diadema ſumpſiſſet, ſtructis ſibi inſidiis opprimitur.

Arsaces IV. Paræ fratri in regnum Armeniæ ſuccedit, mortuo tùm Sapore Rege Perſarum. Is fœdere cum Romanis inito, pace fruitur, quam Theodoſius cum Perſis pepigerat. *Idatius in Chronico.* Regnumque moriens Arſaci & Tigrani filiis ſuis teſtamento reliquit.

Arsaces V. ſuperioris Arſacis filius major, cùm ipſe teſtamento patris minimam Regni partem accepiſſet, Tigranes verò frater portionem quadruplo majorem; ad Imperatorem Romanum rem detulit: eâ ſpe fore ut, omnibus admotis machinis, fratrem regno exturbaret. Cùm verò frater ejus Tigranes ſe cum regno dediſſet, Imperatori Theodoſio juniori ſuum quoque ipſe regnum tradidit, ac privatus vixit. *Procop. lib. 3. de Aedif. Juſtinian.*

Tigranes VI. Arſacis IV. filius, & Arſacis V. frater, cùm Imperatorem Romanum vindicem timeret, Regi Perſarum ſe ſuumque regnum dedidit; ſatius ducens, vitam apud illos privatam agere, quàm unà cum germano, compoſitâ ex æquo lite, in Armenia bonâ fide regnare. *Procop. ibid.*

Ad hunc modum Armeniæ Regnum, primùm ab Artaxia ſub Antiocho Magno conſtitutum, dein ſub Seleuco IV. hujus filio, Romanorum autoritate, anno Seleucidarum 132°. cônfirmatum; per annos 593. ſub Regibus propriis permanſit uſque ad annum Chriſti circiter 412.

INDEX AUTORUM VETERUM ET RECENTIUM.

ÆLIANUS.
AGATHIAS.
AMMIANUS.
APOLLODORUS.
APPIANUS.
ARISTIDES.
ARRIANUS.
ATHENÆUS.
AURELIUS VICTOR.
CAPITOLINUS.
Caſtellanus.
CICERO.
CTESIAS.
CURTIUS.
DIO CASSIUS.
DIODORUS SICULUS.
DIOGENES LAERTIUS.
DIONYSIUS ALEXANDRINUS.
Elichmannus.
EPIPHANIUS.
EVAGRIUS.
EUSEBIUS.
EUSTATHIUS.
EUTROPIUS.
FASTI CONSULARES.
FLORUS.
FRONTINUS.
Fulvius Urſinus.
Giraldus.
Goltzius.
Henninges.
HERODIANUS.
HERODOTUS.
HIERONIMUS.
Holſtenius.
HORATIUS.
HYDE *Anglus.*
HYGINUS.
JOSEPHUS.
ISIDORUS CHARACENUS.
ISOCRATES.
JULIANUS *Imperator.*
JULIUS CÆSAR.
JULIUS OBSEQUENS.
JUSTINUS.
LIVIUS.
LUCANUS.
LUCIANUS.
MACCABÆORUM LIBER.
MACROBIUS.
MALELA *Joannes.*
MARCUS.
MARTIALIS.
Mediobarba.

Minadous.
MIRCONDUS.
Morellius.
NORISIUS *Cardinalis.*
Onuphrius.
OROSIUS.
OVIDIUS.
Patinus.
Petitus.
PHILOSTRATUS.
PHLEGON.
PHOTIUS.
PLINIUS *Junior.*
PLINIUS *Senior.*
PLUTARCHUS.
POLYBIUS.
PORPHYRIUS.
POSSIDONIUS.
PROCOPIUS.
PTOLOMÆUS.
RUFUS.
Scaliger Joſeph.
Schikardus.
Seguinus.
SENECA.
SERVIUS.
SEVERUS *Sulpitius.*
SOLINUS.
Spanhemius.
SPARTIANUS.
STEPHANUS BYZ.
STRABO.
SUETONIUS.
SUIDAS.
SYNCELLUS.
TACITUS.
Triſtanus.
TROGUS.
Vaillant Joan.
VALERIUS MAXIMUS.
Valeſius Henr.
VELLEIUS.
VICTOR *Sextus.*
VIRGILIUS.
Uſſerius.
VULCATIUS *Gallicanus.*
XENOPHON.
XIPHILINUS.
ZENOBIUS.
ZONARAS.
ZOZIMUS.

INDEX NOMINUM ET RERUM.

Numerus primus paginam Hiſtoriæ, *An.* Annalium paginam indicat.

A

ABDAGASUS, Magiſter Militum Artabani, colloquium ejus cum Aſinæo. 102
ABGARUS Arabs Præfectus, Romanis fœdere junctus. 111
—Impulit Craſſum. 112
Abgarus titulus Regis. 327
—Ad Severum cum liberis transfugit. 358
ACHÆMENIDES ARSACIDA, non à Parthorum Rege, ſed ab Imperatore Romano diadema acceperat. 326
—Mors ejus. 327
Ademiſtra Caſtellum. 311
ADOR, oppidi Præfectus. 183
AFRANIUS Arabes in Gordyenem à Pompeio ablegatus eſt. 93
—Regionem circa Amanum montem Romanorum Imperio ſubjecit. 94
Ægas, urbs Armeniæ. [illegible]
AGATHOCLES Macedon. Præfecturam adminiſtrat Perſicæ. *An.* 1
Anida, urbs Meſopotamiæ. 319
ANGARUS Rex Oſroenorum in vinculis conjectus. *An.* 29
Anſthemuſiada, urbs Macedoniæ. 211
ANTIGONUM in regnum Judææ Parthi induxerunt, ut Hircanum patruum ejus deponerent. 132
—Hieroſolymam curſu petivit & eam oppugnare cœpit. 133
—Antigonum Parthi Regem conſtituunt. 134
—Vinctos Phaſaëlum & Hircanum, Parthi Antigono tradunt. 134
—Antiocho Sotere Rege Syriæ mortuo, regnat filius. 2. *An.* 1
ANTIOCHUS II. *Deus* vocatur. 2
—Contra Ptolemæum bella geſſit, contra Ægyptios. *ibid.*
—Primus ſe Regem appellari juſſit. *ibid.*
—Extincto, Seleucus II. ejus F. regnat. Mortuus eſt. 11
—Relictis duobus filiis Seleuco Callinico & Antiocho Hierace, primus in Syriæ regnum patri ſucceſſit. 12

Antiochus M. in Syriæ regnum ſuccedit. *ibid.*
—Parthiam & Mediam invaſit. *An.* 5. 13
Antiochus III. Evergetes, Satrapas rebelles occidit. 22
—In Artabanum arma movet. 23
—In Hyrcanam ingreditur. *ibid.*
—Ejus luxuria. 53. Tribus præliis victor. 54. Antiochus occiditur. 55. Exequiæ. 56.
Antiochus, Cilix, Philoſophiam Cynicorum ſimulaverat. 370
Antiochia capta. 353.
Antiochus Epiphanes, bellum contra Judæos peragit. 39. In Perſidem proficiſcitur. *ibid.* Adverſus Artaxiam expeditionem ſuſcipit. *ibid.* Morbo tabe diffluens. 40
Antiochus Eupator, filius Epiphanis, occiſus eſt. 42.
Antiochus Euſebes, Antiochi Philopatoris filius, de Syriæ regno confugere coactus eſt. 66
ANTONIUS cum Cæſare in gratiam rediit, ducta ſorore ejus Octavia. 136. Ad bellum Parthicum Româ profectus. 139 Antonius exercitum contra Parthos comparavit. 148. Antonius iter per Arabiam & Armeniam fecit, ubi coactis copiis & ſociis Regibus luſtravit exercitum. 150. Phrahatam urbem vanùm obſidione cinxit. 151. Ad Antonium quidam Mitridates confugit, ad inſidias Parthorum detegendas. 163. Vaſa aurea Mithridates ab Antonio, quantum occulere veſte poterat, accepit, atque inde digreſſus eſt. 164. Romani aurum, argentum, pateras & menſas pretioſas ſpoliabant. *ibid.* Accitum, Antonius, Rhammum, adegit jurejurando, utubi præcepiſſet confoderet ſe gladio, ne veniret vivus in hoſtium poteſtatem. 165. Antonius dolo Artavaſdem in catenis argenteis vinxit. 168. Univerſam Armeniam comparavit. 168. Mediæ Regis filia, filio ſuo in matrimonium impetrata. 169
Antoninus Pius, ſuccedit Hadriano. 326. *An.* 24. Oriens in ſumma tranquillitate ac pace conquievit ſub Antonin. *ibid.* Romæ Antoninus remanſit. 328. *An.* 25. Varia vota Antonini. 327
Arabes. Oſrhoënus & Adiabenus. 353
ARIOBARZANES Medus à Caio Rex Armeniæ creatus. 182 *An.* 9. Vulnere deceſſit. *An.* 10.
Artagera, urbs Armeniæ. 183
—Cognominata Neronia. 284
Atras, urbs, altiſſimo impoſita monti. 358

ARMENIÆ MAJORIS REGES. 378

Achamenides, Parthamaſtis filius. 402
Ariobarzanes, Artabazis Mediæ Regis filius. 400
Artaxias I. Armeniæ majoris Præfectus. 399
Artaxias II. Artavaſdis II. filius. 39[illegible]
Artaxias III. Zeno dictus. 1[illegible]

lemonis Ponti Regis filius 401
Arſaces I. Artabani Parthorum Regis filius. 401
Arſaces II. Artabani IV. ultimi Parthorum Regis frater. 403
Arſaces III. patri in regnum ſuccedit. 404
Arſaces IV. Paræ fratri in regnum Armeniæ ſuccedit. 404
Arſaces V. ſuperioris Arſacis filius major. 405
Artavaſdes I. Artaxiæ filius, Rex Armeniæ. 399
Artavaſdes II. Tigranis II. filius. Hujus caput Cleopatra computatum Mediæ Regi mittit. *ibid.*
Artavaſdes III. Artaxiæ II. filius. 400
Artavaſdes IV. Artavaſdis III. filius. *ibid.*
Artavaſdes V. aliis Artavaſdes, patri ſucceſſit Arſaci. 403
.... Artavaſdis filius cujus nomen ignoratur.

Erato Regina Armeniæ. 400
Exedares Arſacida, Tiridatis filius. 402
Mithridates Pharaſmanis Iberiæ Regis frater. 401
Para, Arſacis III. filius, Artogeraſſa nomine. 404
Partamaſpates, Exedaris filius. 402
Parthamaſiris, Pacoris Parthorum Regis filius. *ibid.*
Rhadamiſtus, Pharaſmanis filius, patruo Mithridate occiſo, Armeniam invadit. 401
Sanatrucus, Soæmi filius. 403
Soæmus Achæmenidis filius. 402
Tigranes I. Artavaſdis filius. 397
Tigranes II. Tigranis filius. *ibid.*
Tigranes III. Artaxiæ II. frater. 400
Tigranes IV. Artavaſdis III. filius. *ibid.*
Tigranes V. Alexandri Herodis Judææ Regis & Glaphiræ filius. 402
Tigranes VI. Arſacis IV. filius. & frater Arſacis V. 405
Tiridates I. Vologeſis frater. 402
Tiridates II. Vologeſis filius. 405
Tiridates III. filius Regis Anonymi Artavaſdis filii. 404
Vologæſus, Sanatruci filius. 403
Vonones, Phrahatis IV. filius. 401
Zariades, Armeniæ minoris Præfectus. 28

ARSAA, undè nominata. *An.* 5
Arſacidarum ſolium pro regno Parthorum habetur. 5
Arſaces & *Tiridates* fratres *An.* 2
Ab Arſace, ejus ſucceſſores, Arſacidæ & Arſacæ dicti. 21 & *An.* 3.
ARSACES (Scytha origine) Parthiam invaſit & occupavit. *An.* 3. occiſus eſt. 10 *An.* 3
ARSACES, Parthorum Regnum fundat. 3. Incertæ originis. *ibid.* & Tiridatis frater dicitur. Nummus. 6. alter, 8. Arſacis ſucceſſores eandem appellationen retinuerunt. 11. *An.* 3. Bellum contra Antiochi Dei Syriæ Regis Duces ſuſtinet. 3. Rex Regum, Deus præſens denominationem ſibi aſſumpſit. 9.
ARTABANUS I. Tiridati ſucceſſit, 2 12

21. Antiochus in Artabanum arma movet. 22. Puteos ac rivos obrui & corrumpi jubet. Antiochus Hyrcaniam ingreditur. 25. Obſidio Syrengis. *ibid.* Poſt 5. annos pax inter Antiochum & Artabanum. 26. Parthus Antiochi ſocius contra Bactrianæ Regem, & pax. *ibid.* Antiochus ſuperato Caucaſo, Indorum fines penetrat. 27. Artabanus moritur: Incertum quot annis regnaverit. 29. Nummi. 16.

Artabanus II. Phriapatii filius: ſuccedit Phriapatio II. 61. Scythæ Nomedes Bactrianæ Græcos internecione delent. 61. Himerus Præfectus Parthis Meſenis bellum intulit. [illegible] Artabanus bellum contra S[illegible] intulit. 62. in brachio vulneratus ſtatim deceſſit. 63.

Artabanus III. Rex Mediæ factus eſt. 196. Ad Regnum Parthicum adultus, illud occupavit. 197. Armeniis Orodem unum è filiis ſuis Regem impoſuit. *ibid.* Legati ad Germanicum à Rege Artabano venerunt. 198. Cùm audiſſet mortem Germanici, exercitatione venandi abſtinuit. 199. *An.* 11. Motus Judæorum apud Meſopotamiam. 200. Aſinæus fratrem Anilæum miſit ad Regem. 201. Mithridatis opprobrium. 204. Anilæus devaſtat Babyloniæ Caſtella. 205. Parthi nobiles Romam venere. 206. Hiberi, varia prælia. 208. Tiridates à Romanis miſſus apud Parthos. 210. Artabanus laceratus litteris. 214. Artabanus Tiberio mortuo, amicitiam Caligulæ petit. 215. *An.* 12. Izatæ operâ, Rex in regnum ſuum reſtitutus eſt, cui donavit Niſibim. 219. *An.* 12. Mors Artabani. 220. Nummus ejus. 221. Tres filii Artabano fuêre. 224.

Artabanus IV. Vologeſis III. filius, imperium decertare coactus. 369. Caracalla bellum intulit Parthis. 370. Artabanus in Ægyptum profectus eſt. 371. Caracalla ſcripſit ſe velle filiam Regis ducere in matrimonium. 373 Generum accepturus in planitie, ſigno dato, Antoninus militibus imperat, cædem in Parthos faciunt. 374. Antoninus pugione trajectus. 377. Macrinus ad imperium elevatus. *ibid.* Arthabanus ad regnum comparandum venit, pugnat. 379. Pax inter Artabanum & Macrinum. 381. Artabanus in proprias ſedes revertitur. *ibid.* Tiridate mortuo, Arſacem fratrem ſuum Armeniæ Regem conſtituit. 384. Occiſus eſt. *ibid.* Rex Magnus primus appellatus. *ibid.* Nummi Artabani. 386

Artabazes, filius Artaxis, regnum Armeniæ occupat. 174. Sed cùm accuſaretur, Tigranem Auguſtus ei præfecit. *ibid.* — Artabazes varia nomina ſucceſſit Tigrani Regi [illegible]

meniæ filius. 100. Deſtitutus regni. 170. Caput ejus amputatum eſt. 170. Tigranes Armeniam recuperat. 180

ARTAVASDES Dux Antonii uſque ad Euphratem. 150
—Artavaſdes Armeniæ Rex, dolo capitur ab Antonio. 170. *An.* 6. Mediam recipit. *ibid.* Caput amputatum Artavaſdis, Medis mittit Auguſto. 171. Filius Artavaſdis regnum paternum recuperat. *An.* 6. 170
—Artavaſdes, Tigranis frater Armeniæ Rex imponitur ab Auguſto. 178. Auguſtus Armenia eum cedere juſſit. 179 *An.* 9.

ARTAXES in loco patris Rex conſtitutus. 163
Artaxes Armeniæ Rex à propinquis occiſus. *An.* 7. 174

ARTAXERXES, *Perſa*, ſe ipſe Arſacidam nominavit. 5. *An.* 2.
—Artaxerxes filius Paucei bellum contra Artabanum IV. intulit. 284. Regnum occupat & Artabanum devincit. 389. Nummus Artaxerxis. Nummus Saporis filii Artaxerxis. 394

SINÆUS & ANILÆUS, fratres Neerdenſes, ad Artabanum veniunt. 200. 201
ſinæus totam Meſopotamiam poſſidet. 202. Dominatum ſuum in dies augebat. *ibid.* Uxorem cujuſdam Ducis Parthorum, cæſo Partho, uxor in thalamum pervenit. 202
ſinæus, alter ex his fratribus, veneno extinguitur. 203

Anilæus alter, Mithridatis Artabani generi, vicos depopulatur. 204
Anilæus tandem noctu deprehenſus occiditur. 206

ATHENÆUS Legatus, qui per hoſpitia ſeſe inſolentiùs geſſerat. 55. Ab omnibus tecto excluſus eſt, tandem fame interiit. 56

AUGUSTUS in Armenia nummos ſignavit Armeniâ captâ. 17[illegible]
—Romam reverſus, ſacrificia ob ſigna victoriæ Parthorum, & nummos præcepit. 176
—Templum Martis ad ſuſpendenda ſigna extruit. *ibid.*
Auguſtus, memoriâ Tiridatis, nummum percuſſit. 172
—Filios Phrahatis publicè Romanis oſtendit. 178

AZARA, Templum Minervæ [illegible] Dianæ, cepit P[illegible] 41

B

BABYLONIS Præfectus contra Judæos arma movet. 200
Babylon olim Aſſyriæ fuit Metropolis; nunc Seleucia eſt. 228

BARDANES, conſenſu fratris, in regno remanet. 226, 228. Seleucienſes rebelles poſt ſeptimum annum reducit. 228. Armeniam tentare non audet. 230. Moritur Bardanes, & iterum regnat Gotarzes. 233

BALA Rex Syriæ declaratur. 42. *An.* 14. Cum Alexandro in Demetrium conſpirat. *ibid.*
—Rex Syriæ proclamatur. 44

BEBARSAPES, cuſtos Caſtelli Ademiſtræ. 31[illegible]

Bellum civile Seleucidarum. 12. *An.* 4.
—Civilia bella inter Mnaſkirem & Sinatrokem. 73. 79.
—Inter Antonium & Cæſarem. 170. *An.* 6.
Bibulus Syriæ Senatus-Conſulto ſortitus. 124
Bibulus in Syriam advenit. 125
— A Parthis obſeſſus fugit. *ibid.*

C.

CÆSAR, victo Pharnace, in Parthos Syriæ militantes vertere meditatur. 127
—*Cæſar* occiditur. 128
Cæsennius Pætus Syriæ Legatus, Romanos certiores facit de Antiochi cum Parthis fœ[...] 286. *An.* 15. Fugit in Ca[...]ciam. Cæſennius Pætus litt[er]as ad Cæſarem miſit, Antiochum deficere ab Romanis cum filio decreviſſe. 286 Subitò in Commagenem ingreſſus, totis viribus Antiocho bellum infert. 287
Caius Cæſar ad Parthicum bellum profectus, contra Arabas movit. 129. Cum Phrahate ad ripas Euphratis colloquitur. 181. Romam rediens Caius moritur. 183
Caius Caligula, Pontem ſtr[u]ctum ſuper ſinu Bajano conſtruxit. 216. *An.* 12.
—Caius Mithridatem Iberum in vinculis habuit, & demùm in exili[o] miſit. 217. *An.* 12.
—Caiu[s] Armeniam ingreſſus. 182. Vulneratus eſt. 183. Roma[m] revertens in Lyciâ Syriam obiit. *ibid.*
Callinicus, contra Parthos arma movet. 11
Caracalla bellum intulit Parthis, 370. In Aſiam venit. *An.* 29. Affectat Parthici cognomen. 374. Dat litteras ad Regem Parthorum, velle ſe ducere filiam in matrimonium. 374. Sed Artabanus generum excepturus in planicie, ſigno dato, Antoninus militibus imperat, cædem in Parthos faciunt. 374. Sepulcra Regum Parthorum ſubvertit pugione trajectus. 376. Macrinus imperium adeptus. 377
Cassius in Syriam venit, & auxilium à Parthis recipit. 130
Avidius Caſſius in Meſopotamiam penetrat. 331. Babyloniam diripit. 333. Mors ejus in Syria. 344
—C. Caſſio M. Servilio Coſſ. Nobiles Parthi Romam venêre ignaro Rege Artabano. 206 *An.* 11.
—C. Caſſius in Seleuciam & Cteſiphontem venit. *An.* 27.
Crassus, cui forte Syria adminiſtranda evenerat, in Parthos expeditionem ſuſcepit. 103. Caſtella & urbes recepit. *Ibid.* Zenodatiam oppidum diripuit, cum ſalutari ſe ab exercitu *Imperator* ſuſtinuiſſet, magnam ſubiit infamiam. 104. Craſſus in Parthos exercitum duxit. 110. Craſſus, varia nomina. 120. debellat cum Caſſio in Octavium. 113. 118. Equus aureis exornatus phaleris Craſſi. 120. Craſſus occiſus à Parthis ob inſolenti[...]

120. Caput ad Orodem miſſum. 121. Actor in Tragædia. In medium convivii caput Craſſi projecit. 112

Censorimus Senator, & Megabacchus, in pugna occiſi. 114

Chosroes frater Pacori apud Parthos regnat. 305. Exedarem Armeniæ Regem pellit. 306. Maniſſaro Regulo bellum intulit. *ibid.* Choſroës pace cum Romanis fruitur. 319. Moritur Choſroës. 320. Promiſſa ſella aurea ab Hadriano. *ibid.*

Cilicias Pylus, locus pugnæ. 352

Claudius moritur, Parthi invadunt Armeniam. 253

Claudius latro, Judæam Syriamque prædari cœpit. 355

Cleopatra Demetrii Syriæ Regis uxor. 52

—Cleopatra aſpidis morſu ſibi vitam eripuit. 171

Commodus occiditur. 351

Corbulo à Nerone miſſus in Armeniam. 256. *An.* 10. Artaxata urbem capit. 260. *An.* 15. Corbulo ex Syria rediens, interfectus eſt à Nerone. 284 Reliqua Armeniæ ſubigit. *ibid.*

... Antiochi à Phrahate ad ... emittitur. 57

... ſuperatur.

... 298

... 92

... te-

... 12

... us.

... Me-

ſopotamiam. 44. A Parthis captus ad Regem traducitur. 46. Hodoguna Mithridatis datur Demetrio in uxorem. 46. Demetrius iterùm fugit & comprehenditur. 52. Demetrio in regnum remiſſo, ejus frater occiditur. 54. Demetrius adverſus Alexandrum bellum ſuſtinet. 67. Demetrius victus eſt, ducitur apud Parthos. 68

Diodotus I. Bactrianam invaſit. 13. Subitò mortem obiit. *ibid.* Tiridates cum filio ejus Diodoto II. pacem paciſcitur. *ibid.* *An.* 4.

—Diodotus, aliis, Theodotus II. Rex Bactrianorum regno privatus. 27

Dolabella petiit ſe in Syriam conſcriptum. 129. ... fame Laodiceæ ad ... em adegit. *ibid.*

Domitius Ænobarbus. 158

Domitianus, Titi frater ei in imperium ſuccedit. 291. Occiditur. 298

E

Ecdippon, locus maritimus. 133

Edeſſa Metropolis, vocata Marcia Aurelia, Antoniana. 371

Egnatius aufugit & ad Carrhas pervenit. 116

Elebia urbs Armeniæ. 327

Erato femina, tentavit imperium poſſidere. 193. 400. *An.* 10.

Eucratides bello Sogdiana appetit. 40. Indiam in poteſtatem redegit, in itinere inter-

ſicitur à filio Eucratide II. 44

Euthydemus Græcus Bactrianas regiones fidei ſuæ commiſſas. 2. *An.* 1.

— Euthydemus ab Antiocho occupatus. 27. Pacem cum Antiocho inivit. 20

Exedares, Tiridatis filius, Rex Armeniæ; eum pellit Choſroes. 306

F

Fames, in exercitu Romanorum. 161

Filia Demetrii uxor Phrahatis. 58

Flavius Gallus ad Antonium petit. 158. Præfecturam obti[illegible] *ibid.* Occiſus eſt quatuor [illegible] 156

Faust[illegible] ipſa volente, mors. 343

G

Gabinus ad Syriam regendam à Senatu miſſus. 101. Ptolemæum in Ægyptum reducere ſuſcepit. 102. Ob id exilio à Senatu damnatus, Mithridatem & Orſanem à Parthis perfugas dimittit. *ibid.*

Gallimander amicus Demetrii Parthico habitu Babyloniam pervenerat: fuit fugæ comes. 52

Germanicus, Orodem Armeniæ Regem devicit. 198. Miſſus ad componendum Orientis ſtatum. *ibid.* Artabanus Legatos ad Germanicum mittit. 199. Germanici mors. *ibid.* *An.* 11.

Ginder flumen. 233

Gordius interfectus eſt. 66

Gotarses, filius Artabani, à Parthis prælatus eſt. 225. Ob crudelitatem accitur. 225. In Hircaniam abiit. 226. Gotarzes Datrarum & Bactrianorum opibus auctus, bellum renovat. *An.* 13. Iterùm regnat. 233. Ad cædes totus vertitur. 236. Legati Parthorum Romam ad petendum Regem Meherdatem veniunt. 237. Victus Meherdates, deinde moritur Gotarzes. 243. 244.

H

Hecatompylon, urbs in Media Partha. 22. à Græcis condita. *An.* 3

Hadrianus Trajano ſuccedit, & ejus partes relinquit. 317. Meſopotamiis tributum remittit. 320. *An.* 22. Auream Choſroi ſellam non re[illegible] 320. Hedyphon flumen, [illegible] pè quod ſita erat Seleucia. Apud Baias mortuus eſt. [illegible] 23. 32[illegible]

Helvius, pertinax à Senatu Auguſtus dicitur. 3[illegible] vulneribus eu[illegible] *ibid.*

Herodes [illegible] eve[illegible] 14[illegible] H[illegible] 2[illegible]

damnatus exilio. 216
HIMERUS, cui tutelam regni commiſerat Phrahates II. 61
Vincit Tyrannos. 62
Argenteum poculum cuique trecentorum præbuit. 63
HIRCANUS Rex Judæorum captus. 148

I

ICHNIA, Caſtellum in Meſopotamia. 103
INDATES Parthorum Dux, profligatus Trajanum. 54
JOANNES, Judæorum Pontifex in expeditione Parthica Præfectus. 54
Judæorum motus apud Meſopotamiam. 200
JULIANUS Imperator in Cæſaribus introducit. 306
IZATES Adiabenes obſides miſit ad Claudium & ad Artabanum. *An.* 12. 217
Artabanus fugit ad Izatem, illi urbem Niſibim dono dat. *An.* 12. 218

L

LABIENUS ad Parthos tranſiit. 130
Labienus ad Parthos miſſus, cum iis moratur. *ibid.*
Orodem ad bellum Romanis inferendum ſollicitat. *ibid.*
Parthus Orodem filium cum Labieno contra eos mittit. 131
Labienus, Saxam Antonii Legatum fugientem interfecit. *ibid.*
Labienus nummos argenteos percuſſit. 134
Seſe Imperatorem Parthicum nominavit. *ibid.*
Q. Labienus ex Atia familia oriundus, Jul. Cæſaris Legatus. 135
In Hiſpaniam tranſiit, ibique in prælio periit. *ibid.*
Labuta, mons in Hircania. 23
Lectica, Vonones per urbes pro equo utitur. 192
M. LOLLIUS moderator juventæ Caii. 182
Perfidia divulgata, veneno periit. *An.* 9. *ibid.*
LUCULLUS Niſibin Parthis à Tigrane ademptam capit. 90
Belli imperium Lucullo abrogatur. *ibid.*
LYSANIAS Ituræorum Rex ab Antonio factus. 132
LYSIMACHO invitato ad cænam cum Trecentis, argenteum poculum cuique præbuit Himerus. 63

M

MACRINUS ad Imperium elevatus. 377
Pax inter Artabanum & Macrinum. 381
Macrinus occiditur. *ibid.*
Media, regio majoris Aſiæ. 41
MEDUS ad Cæſarem confugit. 171
Megiſtanes, ſunt regni Proceres. 199
MEGABACCHUS ſemetipſe interemit. 114
MEHERDATEM, Legati Parthorum Romam ad petendum veniunt. *An.* 14. 236
Societatem Regis Izatis ſollicitat. 239
At Meherdates validis auxiliis nudatus, dolo vincitur, traditurque victori. 249

Auribus deciſis vivere Gotarzes jubet. *An.* 14. *ibid.*
MITHRIDATES Phrahatis frater. 38
Cognominatus Deus. 39
Expeditio in Hyrcaniam. 41
Medos & alios Orientales Reges ſubegit. 42
Ad Indiam extendit imperium.
Matrimonium filiæ Hodogunæ 44
cum Demetrio. 46
Mors ejus. 47
Nummus Mithridatis. 48
MITHRIDATES II. cognomine *Magni*, ſucceſſit Artabano II. 64
Artavaſdi Regi bellum intulit. 65
Tigranes in regnum Mithridate reſtitutus. 66
Antiochum poſtea in regnum [illegible]um ut reſtitueret exercitum [illegible] Mithridates. 67
Mors [illegible]atis. 68
Aliqui Autores confundunt iſtum Mithridatem cum altero Mithridate. 68
Nummus ejus. 69
An reliquerit filios Mithridates II. incertum eſt. 72
Epiſtola Regis Mithridatis Regi Arſaci. 83
MITHRIDATES III. & Orodes, patrem Phrahatem occidunt. 96
Bellum Armeniis infert. 99
Pellitur ob crudelitatem, re[illegible]catur Orodes. [illegible]
Profugit in Syriam. 102
Orodes Mithridatem diu obſidet. 104
Mithridates ſe fratri committit, quem Orodes occidi jubet. 104
Mithridates captus, nudus ſuper Aſinum ductus. 204
Mithridatis victoria contra Alinæum. 205
Mitra, ornamenti capitis genus. 70
MNASKIRES Parthorum Rex. 72
Bella civilia inter Mnaſkirem & Sinatrokem. 73
Tigranes pro Rege accerſitur. *ibid.*
Magni titulus. 76
Mors ejus. 80
MONNESES Rex creatus à Populis rebellibus. 336
Nobilis vocatur. *ibid.*
Revocatus Vologeſes ab exilio & iterum regnat. Nummus. 339
Ejectus è ſolio. 242
MANISSARO Regulo bellum intulit Choſroes. 306
Monæſes, quem in poteſtate Antonius habebat non occidit, ſed eum dimiſit. 14[illegible]
Phrahates Legatos ad Monæſem miſit de pace. *ibi[illegible]*

N

NEERDA, urbs [illegible]byloniæ. 30[illegible]
NERO publicè citharâ cecinit, curruſque pruſina veſte indutus ornatus agitavit. 283
Nero in Græciam tranſi[illegible] *An.* 16. 284
[illegible] Agrippinæ filius, imperium [illegible]manum arripit. *ibid.*
Nero moritur, & Pſeudo-Nero Achaiam atque Aſiam exterret. *An.* 17. 28[illegible]
Armenii Legatos ad Neronem mittunt cauſam gentis ora[illegible]

Nero legiones Armeniam collocari jubet.
Nummus ſignatus eſt victoria Armeniaca cum epigraphe Neronis, &c. 279
Nero ad tribunal conſcendit veſte triumphali ornatus. 282
Tiridati Romæ Nero diadema imponit. 282, 289
Multa munera dedit. 283
Nerva ad imperium Domitiano ſuccedit. 298
Mortuo Nerva Trajanus imperat. 299
Nicopolis, urbs Armeniæ. 163
Niger occiſus. 353
Ninos vetuſtiſſima ſedes Aſſyriæ. 239
Niſibis obſidio. 353
Colonia Romana facta, cum *Septimiæ* nomine. 356
Nomina & cognomina Regum Parthorum; *Evergetes*, *Epiphanes* & *Philellines*. 9

O

Octavius contra Craſſum bellum gerit. 118
Octavia duxit Antonium. 136
Octavia venit Athenas, & Cleopatra timens ne cum illa rediret Antonius, in gratiam mori ſe velle ſimulabat. 169
Cum Antonius violentas ſibi manus intuliſſet, Cleopatra aſpidis morſu ſibi vitam eripit. 17[illegible]
Ornodapantes Satrapa. 125
Orobaſus Legatus Mithridatis. 67
Rex eum necavit. *ibid.*
Orodes patrem trucidavit, 96. In exilium abiit. 101
Revocatus ad Parthorum regnum. *ibid.*
Mithridatem diù obſidet, & in conſpectu ſuo trucidare eum jubet. 104
Delet Craſſum menſe Junio. 108
Orodes regnum obtinuit poſt mortem fratris. 109
Ad Craſſum Legatos miſit. *ibid.*
Craſſus in Parthos exercitum duxit. 110
Prælia Romanorum. 114
Caput Craſſi deriſit in Tragædia. 122
Surenam invidiâ occidit. 123
Pompeius ad Orodem Legatos miſit. 125
Antiochus filiam ſuam Orodi in matrimonium conceſſit. 143
Phrahati filiorum ſuorum Maximo regnum tradidit. 144
Mors Orodis. *ibid.*
Nummus ejus. 145
Orodes II. qua oriundus ſtirpe planè ignoratur. 189
Profugum in regnum accipiunt Parthi. *An.* 10. Paulò poſt interficitur. 189
Orodes II. filius Artabani Rex Armeniæ impoſitus. 197
Victus à Germanico. 198

P

Pacorus, Orodis filius, cum Oſacein Syriam redeunt. 123
Mortuo Saxa, Syriam Pacorus ſubegit. 132. 140
In prælio eſt interfectus. 141
Sorore Artavaſdis Pacoro deſponſa. 121
Pacorus Vologeſi filius patri ſuc-

cedit. 296
Domitiano timorem belli incutit. *ibid.*
Edeſſanum regnum Abgaro vendidit. 298
Callidromus Piſtor datus à Decebalo. *ibid.*
Moritur Pacorus. 299
Pacorus in Syriam deſcendit. 140
Parthorum ex Seleucidarum imperio diſtractio. 1. & 4.
—Explicatio nominis Parthorum. 29
—Parthi Hieroſolymam deripuêre. 134
—Parthi ab Euphrate & Syria uſque ad Ioniam excurrerant. 137

PARTHORUM REGES.

Primus ...ulus nomine, Eutydemus: Bactriana fidei ſuæ commiſſa. *An.* 1. 2
Arſaces & Tiridates fratres, apud Bactros regebant. *An.* 2. *ibid.*
Arſaces Scytha origine Parthiam invaſit, & Arſacæ dicti. *An.* 3. 4
Arſaces II. *Tiridates.* 1
Arſac. III. *Artabanus.* 21
Arſac. IV. *Thriapatus.* 33
Arſac. V. *Phrahates* Phriapatii filius. 36
Arſac. VI. *Mithridates* Phriapatii filius junior. 3..
Arſac. VII. *Phrahates II.* cognomine *Theopatoris.* 51
Arſac. VIII. *Artabanus II.* Phriapatii filius ultimus. 61
Arſac. IX. *Mithridates II.* cognomine *Magni.* 64
Arſac. X. *Mnaskires.* 72
Arſac. XI *Sinatrockes* cognomine *Theopatoris.* 82
Arſac. XII. *Phrahates III.* cognomento *Deus.* 84
Arſac. XIII. *Mithridates III.* tertius Phrahatis filius. 99
Arſac. XIV. *Orodes* Phrahatis III. filius. 108
Arſac. XV. *Phrahates IV.* Orodis filius. 147
Arſac. XVI. *Phrahates V.* filius Phrahatis. 187
Arſac. XVII. *Orodes II.* 189
Arſac. XVIII. *Vonones I.* Phrahatis IV. filius. 191
Arſac. XIX. *Artabanus III.* materna origine Arſacida. 19..
Arſac. XX. *Got*... bani III. 2... regnavit.
Arſac. XXI. ... cundus Ar...
Arſac. XXII. ... Bardanis.
Arſac. XXIII ... filius.
Arſac. XXIV ... filius.
Arſac. XXV. *Choſro*... filius junior. 305
Arſac. XXVI. *Vologeſes II.* Choſrois filius. 323. Redux. 342
Arſac. XXVII. *Monnæſes.* 335
Arſac. XXVIII. *Vologeſes III.* filius Vologeſis II. 350
Arſac. XXIX. *Artabanus IV.* Vologeſis III. filius. 369

PARTHAMASIRES Pacori filius. 299
Choſroës Armeniæ Regem eum præfecit. 306
Trajanus eum arceſſivit. 31..
PARTHAMASPATEM Regem ...

janus Parthis fecit. 318
Mortuus eſt. 325
Pallium, in pompis ſolemnibus quo Reges utebantur. 97
Pattalena inſula, in medio Indo fluvio. 34
Pax inter Antiochum & Artabanum. 27
PEDO Conſul, moritur. 313
PESCENNIUS in Syria à militibus appellatus Imperator. 351
—Peſcennius Niger ad Parthos fugiens occiditur. 352
—Vologeſes copias ad Peſcennium miſit. *ibid.*
Perſepolis, urbs Perſarum. 40
Peſtis Babylonica. 333
Phaſaëlum & *Hircanum*, Parthi vinctos Antigono tradunt. 134
PHASAELUS, ne ſolutus in regnum reſtitueretur, ejus auriculas dentibus truncat. *ibid.*
Alliſo ad ſaxum capite, vitam ſibimet eripuit Phaſaelus.
Vinctum in Parthiam Hircanum ſecum abduxêre. *ibid.*
PHRAHATACES, filius Phrahatis IV. regnum occupavit. 187
Occiditur in tumultu populari. 188
PHRIAPATIUS Artabani filius. 33
Nomina varia. *ibid.*
Tres filios reliquit. 33
15. annos regnavit. 34
Phrahata, urbs in qua Regis Medorum conjuges cum [illegible] erant, Antonio oppugnata eſt. 151
Phrahates, etymologia hujus nominis. 3
PHRAHATES I. Phriapatii filius. 36
[illegible]rdos domuit. [illegible]
Regnavit annos 8. 37
PHRAHATES II. Poſt obitum patris, diademate aſſumpto. 51
Matrimonium. 57
Antiochum in præliis interfecit. 56
Crudelitas ejus. 57
A Scythis in prælio occiditur. 57
Nummus. 58
Phrahates in fauſto ſucceſſu bellum Armeniis infert. 81
PHRAHATES III. filius Sinatrokis ei ſuccedit. 84
Mithridates ad eum miſit Epiſtolam. 85
Legatos ad Lucullum mittit. 89
Phrahates in Armeniam arma movet. 91
Cum Tigrane ſeniore bellum. *ibid.*
Legatos ad Pompeium miſit. 92
Bellum contra Tigranem juniorem. 94
Tigranes junior Phrahatis gener in triumphum ducitur. 95
Phrahates moritur, veneno à filiis propinato. 96
PHRAHATES IV. patre necato regnum occupat. 147
Triginta fratres contrucidat. *ibid.*
Filium ſuum interfici jubet. 148
Illi Antonius bellum infert. *ibid.*
Hyrcanum captivum accepit. *ibid.*
Hyrcanus ab illo dimiſſus eſt. 149
Pacem deſiderat. *ibid.*
Bellum gerit Antonius. 152
Certamina varia. 153
Oppugnata urbem deffendit. 156
Prælia varia Romanorum. 160
Fames exercitum Romanorum. 1[illegible]

tentavit. 161
Mithridates ad Antonium confugit. 162
Polemone Legato ad Antonium miſſo. 167
Artaxi Armeniam & Mediam reddidit. 170
Victoriâ inſolentior in exilium à populo ſuo pellitur. *An.* 6. 172
Cæſar filium Phrahati remiſit. *An.* 7. 173
Phrahates Scytharum auxilio regnum recuperat. *An.* 6. 172
Phrahates Syriæ Præſidi, filios obſides tradit. *An.* 9. 177
Auguſtus illos publicè Romanis oſtendit. 178
Thermuſa ancilla, concubina thoro, eam Rex ſibi conjunxit. *An.* 10. 177
Nummus Auguſti. 175
Filii. 177
Tigranis filius auxilium implorat. 178
Superbè ſcripſit Auguſto. *An.* 9. 179
Vulneratus eſt. 183
Phrahataces Phrahatis filius Thermuſæ, conjuravit adverſus patrem. 187
Occiſus in tumultu populari. 188
Phrahates ad Auguſtum miſit, Auguſtus Armenia eum cedere juſſit. *An.* 9. 179
Phrahatem Regis Phrahatis Tiberius mittit in Syriam. *An.* 11. 207
Statim morbo aſſumitur. *ibid.*
Pharnapates occiditur à Ventidio. 128
Pharasmanes Hib... [illegible] ...gnæ Præfectus.
Philippus fratrem Demetrium oppugnat. 67
Plancus Syriæ Rector ab Antonio conſtitutus. 134
Polemo captus à Parthis, pecuniâ datâ dimiſſus eſt. 151
Miſſus ad Antonium Rege Medo. 167
Pomaxæthres, *Cantor.* 122
Pompeius Lucullo ſuccedit & renovat cu Phrahate ſocietatem. 91
Pompeius ad Orodem Legatos miſit. 125
Pompeiopolis urbs Ciliciæ. 199
Pons trium millium [illegible] Caligula conſt. [illegible]
Prodigia apparuêr[illegible] ma.
Provinciæ octodeci[illegible]
Ptolomæus P[illegible] qui imperabat [illegible] 1.
Ptolomæus Ægypti R[illegible] pulſus eſt.
Publii capite detr[illegible] haſta ſuffixum [illegible] fertur. 115

R

Reges *Albanii* dicti ſunt *Sylvii Ægyptii*, *Ptolomæi* Perſæ, *Arſacidæ*. 5
—Reges multi Orientales ſuperbiæ Parthicæ. 34
[illegible]istus Armeniam occupat [illegible]uam. 243
Rhadamiſtus Pharaſmani filius, clara fama. Simulata adverſus patrem diſcordia, compulit Mithridatem in caſtellum Gornas. 251
[illegible] ſtrà. [illegible]

Mithridates diem locumque fœderis cum Rhadamiſto accepit. 252
Rhadamiſtus jusjurandi memor projectos in humum & veſte multa gravique opertos necat. 253
Armeniam occupat vacuam. 254
Zenobia uxor Rhadamiſti. ibid.
Parthi rapiunt Armeniam; pulſo Rhadamiſto; deindè profugus. An. 14. 255
Interfectus eſt. 258
RHODOGUNA, Mithridatis filia, uxor Demetrii. 46

S

DE Sabbato & Pentecoſte Judæorum diſputatio. 54
Salaſſi, Aſtures & Cantabri populi, ab Auguſto ſuperati. 173
Samoſata, civitas juxta Euphratem. 143. 286
SANATRUCES ſucceſſit patri Sohæmo Armeniæ. 337
SAPOR Artaxerxis filius. 394
SATRAPA INDATES, Dux Parthorum. Delet feria ſexta, ſeu die quæ Sabbatum immediatè præcedebat. 54
SAXA Antonii Legatus, Labieno prælio congreſſus interficitur.
Florus dicit, ne veniret in poteſtatem hoſtium glaⅾio ſuo impetravit. 132
SELEUCHUS contra Parthos proficiſcitur eoſque ſubigit. 12
13
Tiridate capitur. 14
...ritur in Syriam. ibid.
—Seleuchus III. in Syriæ regnum ſuccedit.
Sella aurea Choſrois capta. 106
—Phrahates aurea ſella ſedens. 155
—Sella aurea promiſſa Choſrois. 320
—Sellam Hadrianus non remiſit. ibid.
—Iratus Vologeſes, quod Antoninus Pius auream patris ſui ſellam pernegaſſet. 326
SENTIUS Centurio in vincula conjectus. 311
Interfecto Præſidii Magiſtro elapſus eſt. 312
SEXTILIUS Legatus ad Phrahatem miſſus. 89
SEVERIANUS Cappadociæ profectus Alexandrum Dei Glyconis conſultat. 327
Mors ejuſdem. 328
—Expeditio *Severi* in Oſrhoenos, Arabes & Abdiabenos. 352
Româ proficiſcitur ad bellum Parthicum, Parthoſque ſubmovit. An. 28. Tranſit Euphratem. 354
Sitis magna. ibid.
Circa Arabiam plurima geſſit. 355
Appellatus eſt Arabicus, Adiabenicus, Parthicus. 356
Niſibis Colonia Romana Severo facta cum Septimiæ nomine. 356
Romam revertit. ibid.
Parthorum in Meſopotamiam irruptio. ibid.
Severus paulo poſt reverſus, eos adoritur. 357
Severus ad Vologeſum Legatos miſit ad pacem, &c. 357

Abgarus ad Severum cum liberis tranſfugit. 358
Atram urbem circumſedit. *ibid.*
Pugnas gerens cum Atrânis. 359
Pervenit ad Cteſiphontem urbem. 360
Triumphum ſibi Severus decretum recuſat. 361
Antiochiam regreſſus eſt. 362
Severus Eboraci in Anglia obit. 363
Sinatrockes Mithridatis I. filius, Mnaſkiri ſuccedit. 78
Varia nomina, ab exilio reductus ad regnum. 80
Sinatrockes Phrahatem III. filium ſuum regno & exercitui præfecit. 80
Sinatrockes Parthorum Rex obit. 84
Nummus. *ibid.*
Singara urbs. 311
Sohæmus Rex Armeniæ obiit. *An.* 27. 337
Succeſſit Sanatrucus. *ibid.*
Spaſini vallum, urbs à Rege Characenorum condita. 315
Soloce, magna civitas Seleuciæ. 41
Sosius Præſes Syriæ conniſus. 143
— Opius *Statianus* cum machinis ad Phrahatam ducit Antonium. 157. Ibi occiſus eſt.
Straconica urbs. 134
Surena contra Craſſum pugnat. 118
Caput Craſſi ad Orodem in Armeniam miſit. 121
Orodes Surenam invidiâ gloriæ ejus occidit.
Syringes urbs Hircaniæ. 26
Sylla Aſiæ Prætor à Senatu miſſus in Meſopotamiam. 66

T

Tabis in Parſidis oppido. 40
Templum Dei Luni. 376
Thermusa, Italici generis ancilla Regi Partho ab Auguſto miſſa. Phrahates ipſam in uxorem duxit. 187
Tiberius Imperator, Artabani Parthorum Regis laceratus eſt litteris, *An.* 12. 214
Tiberii mortem reſcivit Artabanus impunè Armeniam aggreſſus, *An.* 12. 214
Tigranes Artancm Sophenam in ſuam redegit
Tigranes ſenior Ar morbo periit.
Artavaſdes ſucceſſit
Tigranes junior in tinebatur, à C extractus eſt.
Contra fratrem au thridate popoſc
Tigranes Tigranis fi à Phrahate petit; Armenii rebellant. 178
Artavaſdes morbo oppreſſus interiit; tunc Tigranes, qui ab Armeniis vocatus, legatos miſit ad Auguſtum. 180
Tigranem in Syriam proficiſci juſſit ad Caium. *ibid.*
Contra C. Cæſaris deſcendere recuſavit, cùm ejus belli auctor fuiſſet. 181
Tigranes contra Phrahatem inſurgit. 385
Ex Syria revocatur. 172
Defuncto, filius paternum regnum recuperat. 174.

Tigranes Armeniæ Rex à Romanis conſtituitur. 264
Tiridates, Arſaci fratri poſt mortem ſucceſſit, & nomen ejus aſſumpſit. 10. & 19
——Metu Seleuci ſolutus in Parthiam redit. 12
——Pacem cum filio Diodoti paciſcitur. 13
——Hircanorum regionem invadit. ibid.
——Mediam ingreditur. 14
——Mors placida ejus. 21
Tiridates contra Phrahatem inſurgit. 170
——Fugatus à Phrahate Tiridates in Syriam ſe recipit. *An.* 6. 171
Tiridates ex Syria revocatur ad ſolium. *An.* 6. 172
Tiridates in Hiſpaniam cum Phrahatis filio ad Auguſtum venit. *An.* 7. *ibid.*
——Parthi Tiridatem Regem ſalutant. *An.* 11. 207
Tiridates exoſus in Syriam fugat. *An.* 12. 212
Tiridates equo ubique vehebatur quouſque in Italiam venit: deſuper è ſede ſua ſagittis feras jaculatus eſt. 281
Titus à patre Veſpaſiano ad Hieroſolymorum obſidionem miſſus; hac urbe capta & excifa Antiochiam profectus eſt.
Titus imperium ſuſcipit. ſolu... 290
——Moritur Titus. ibid.
Trajanus Conſulatum accipit. 306
Româ egreſſus eſt. 307
Antiochiam ingreditur, *An.* 20. 308
Edeſſam venit & primum Abgarum vidit. 310
In Meſopotamiam venit. *An.* 20. 311
Niſibin & Batna urbes capit, & Parthicus appellatur. 312
Nummus. *ibid.*
Cteſiphontem capit. 314
Imperator appellatus eſt. *ibid.*
Trajanus Regem Parthis dat. 316
Mors Trajani hidropiſi laborantis. *An.* 21. 317
Hadrianus Trajano ſuccedit, & ejus parta relinquit. *An.* 22. 317
Triphonem Tyrannum in Syria Phrahates occidit. 52

V

Varunteius Legatus abduxerat quatuor cohortes, quas Parthi contra eum duxerant. 116
P. Ventidius miſſus in Syriam ab Antonio, ad impediendum Parthorum progreſſum. 137
Labieno Parthos, & Ventidio Legiones expectante, oppoſitis invicem caſtris quieverunt. 137
Ciliciam recipit ac conſtituit. 138
Prope montem Trapezum Pharnapatem occidit. *ibid.*
In Paleſtinam profectus eam quoque cepit. 139
De Parthis triumphat Ventidius Romæ. 144
Nummos cum effigie M. Antonius ſignari juſſit. *ibid.*
L. Verus Auguſtus ad Parthi-

cum bellum miſſus eſt. 128
Armeniacus appellatus fuit. 130
Mors ejus. 143
VESPASIANUS Auguſtus litteras Vologeſis recepit. 287
Ob reſponſionem Veſpaſiani Vologeſes iraſcitur. 290
Inſignis victoria Ventidii. 142
Lucius VITELLIUS Syriæ Præfectus, obviam Artabano venit. In colloquium veniunt. Poſtea Vitellius Antiochiam rediit, & Artabanus in Babyloniam. 215
VINIDIUS à Nerone delectus. 257
VONONES Phrahatis IV. filius, Romæ obſes regnat. 191
Romanis moribus imbutus aliena à Parthis facit. 192
A Parthis deſideratur.
Lectica per urbes pro equo utitur. 192
Artabanus à matre Arſacida Scythiæ Rex accitur ad regnum.
Vonones Artabanum prælio ſuperat. 193
Inſtauratis copiis Artabanus Vononem vincit, in Seleuciam confugit. *An.* 11. *ibid.*
A ſuis pulſus eſt. 197
Armenii in regnum accipiunt. Germanicus eum devicit. *An.* 11. 198
Relegatus in Ciliciam. 199
Mors ejus. *An.* 11. i[illegible]
Vonones II. regnat. 245
Moritur. *An.* 14. 245
VOLOGESES, filius Vononis, ſuccedit. 249
Invadit Armeniam & in ea Tiridat[illegible] fratrem conſtituere parat. *An.*
Dat obſides.
Vologeſes Tigranem fratrem ex Armenia pulſum queritur. 265
Romam Legatos mittit. 269
In urbem à Nerone vocatus venire recuſat. 284
Ad Veſpaſianum Legatos mittit. *An.* 16. 286
De filiis Antiochi ad Veſpaſianum ſcribit. 288
Ob Veſpaſiani reſponſionem iraſcitur. 290
Vologeſes moritur. 292
VOLOGESES II. Choſrois filius patri ſuccedit. [illegible]
Mittit Roma[illegible]
ſarent Ph[illegible]
Mortuo Had[illegible]
Legatos [illegible]
Vologeſi Ar[illegible]
nas inten[illegible]
Vologeſes, [illegible]
Pio, bel[illegible]
cat. *An.* [illegible]
In Syriam ir[illegible]
ex ea ſu[illegible]
Vologeſes i[illegible]
[illegible]
Vologeſes iterum regnat ab exilio revocatus. 342
Vologeſes Legatos miſit ad Marcum Antonium. 344
Mors incerta Vologeſis. *An.* 28 350
VOLOGESES III. filius Vologeſis [illegible] Parthorum imperium [illegible]cedit. 350
Sana[illegible] Armeniæ Regi bellum [illegible]fert. 351
[illegible] Imperatori in Syria electo favet Vologeſes. 352
Moritur Vologeſes III. 363
Vologeſocerta urbs prope [illegible] 390

Vota decennalia pro Antonino Pio Romæ ſoluta. 326
Vota bicennalia pro Antonino Pio ſoluta. 327

Z

ZARIADES Armeniæ minoris, ſub Antiocho Præfectus. 28
ZEBINNA Syriæ uſurpator, ab Antonio in acie vincitur. 63
Zeugma, urbs ſuper Euphratem. 110
ZIZUS Princeps Arabum. 167
ZENOBIA uxor Rhadamiſti. 254
Zonodotia urbs capta. 104
Zapaortenon mons, in regione Zapnaortene dicta. *An.* 4. 110

INDEX GEOGRAPHICUS.

A

Adenystæ Caſtellum in Meſopotamia. 311
Adiabani, Aſſyriæ Populi, Meſenes vocati ſunt. 229. 280
Ægypti & Syriæ Reges, Ptolomæi & Seleucidi. 11
Ægas, urbs Ciciliæ. 256
Ægas, locus Eubeæ, unde Mare Ægeum dictum eſt. 256
Ærado, urbs Syriæ. 148
Agarenorum urbs, nunc Saracenorum oppidum. 317
Alabanda, urbs Aſiæ. 34
Alanorum natio Scythæ ſunt juxta' flumen Tanaïn. 288
Amanus, mons in extremis Ciliciæ & Syriæ. 94. 125. 138
Amida, urbs Meſopotamiæ ad Tigrim, à Ptolomæo Ammæa nominata. 211. 319
Andragora, urbs Aſiæ. 12
Anthemuſiada, eadem quæ *Samos*, item urbs Meſopotamiæ. 311
Annana, Provincia Parthorum.
Antiochia, Myſdonia, Niſibis loco conſtructa. 124. 220. Capta. 353. 1[illegible]
Apamæa, urbs Me[illegible] cæ.
Apavarchiania, P[illegible]thorum.
Apollonialis, Prov[illegible]rum.
Arabia, [illegible]plex A[illegible] [illegible] [illegible]etræa &
Arbela, urbs An[illegible]
Arachoſia, regio Aſiæ majoris, Indiæ finitima. 43
Araxes, fluvius notiſſimus & ingens Armeniæ majoris. 150. 254. 261.
Arci Populi.
Arethuſa, urbs Syriæ r[illegible] ab Apamæa.
Aria, regio Aſiæ[illegible] & Bactros.
Armenia, duple[illegible] major & mino[illegible]
Arſacia, urbs P[illegible] origine dictu[illegible]
Arſania, flumen [illegible]
Artageras, urbs A[illegible]
Artaxata, *Artaxia*, [illegible], urbs Armeniæ majoris. 207. Deleta eſt. 262. Nero cognominavit Neroniam. 284. 182. 168. 92.
Artemica, civitas 500. ſtad. à Seleucia diſtans, ad Orientem expoſita. 212
Aſia Ciſeuphratenſis, ſeu minor. 12
Aſtaveni Provincia Parthorum.
[illegible] Pro[illegible] T[illegible] [illegible]orum [illegible] [illegible]anæ.

B

BABYLON, urbs Babyloniæ, regio maxima ad Euphratem fluvium. 45. 62
Babylonia regio circa Babylonem, ſæpè hoc vocabulo regnum Aſſyriorum intelligitur. 228. 290.
Bactriana regio Aſiæ inter Ariam & Margianam. *An.* 1. 44. *An.* 5.
Bactrianum fuiſſe Arſacem dicunt. 2. 27.

C

C[illegible]DENE Prov. Parth. 43
Candynus Mons Armen. 313
Capp[illegible] regnum. 257. 49.
C[illegible]manii Populi Scythiæ. 210
Carrhis urb. Meſop. 337. 375
Cteſiphon palus & urbs. 228. 314
Caucaſus mons in Syria. 27
Characes urbs Parthiæ. 36. 116. 117.
Cyreſtica regio Arm. 125. 140
Cyrnum ſeu *Corſica*, plurima ei templa conſtruxit Alexander Magnus. 8
Chabora in Oſrhoene ſita. 319
Characer[illegible] pars erat Elymaidis. 43
Choarne Prov. Parthor. 43
Comiſene [illegible]v. Parth. 4
Commagenes maxima civitas [illegible] motata. 272. 27[illegible]
Cilicia regio Aſiæ min[illegible] inter Pamphyliam & Syriam. 74
Cr[illegible] Populi in Media. [illegible]31

D

DAHÆ Populi Aſiæ. 192. 225.
Daphnatica in Syria. 368
Daphnes in Syria ſuburb. Antiochiæ. 328
Dara urbs in monte Zapaortenon. *An.* 4. 12
Drangiana Prov. Reg. Aſiæ inter Arachoſiam & Curmaniam. 44
Drymos locus Judeæ. 132

E

ECBETANA urbs Mediæ primaria.
Ecdippon locus maritimus. 133
Edeſſa urbs Regia Meſop. 371. 238. deleta. 316
Edeſſa Colonia Romana nomine Marcia, Aurelia, Antoniana. 371
Elymaïdes ultima eſt Perſarum ad Orientem regio. 40. 46
Elchia urbs Armeniæ. 327
Ephebis urbs Armen. 123
Euphrates flumen Meſopotamiæ. 46. 314

G

GALATIA regio Aſiæ min. quæ & Gallo-Græcia.
Gemgamella urbs Armeniæ. 314
[illegible]æ Populi Arabici. 125
[illegible]indes fluvius Armeniæ in Cy[illegible]num influens, alter in Meſo[illegible] 232
Gordyæi Populi Mediæ. 74

H

HALUM urbs Parthica. 12
Hedyphon flumen, ſita erat Seleucia. 41
Hecatompylon, à Macedonibus conſtructa. 4. In Media Parthia ſita. 22
Hecatompylos, urbs condita à Græcis. 5. 9. *An.* 3.
Heraclea urbs Parthica. 13. apud Ragas. *An.* 4.
Hybreas, qui tunc Mylaſſis, Cariæ urbs à Labieno mulctata. 136
Hypones, quæ Imaus vocatur, Indiam attingens. 34
Hyrcania regio Aſiæ, habet ab Oriente Mare Caſpium, à Meridie Armeniam. 25. 41. 52.
Hyrcani Populi Hyrcaniæ. 54. 210. 225. 265.
Hierapolis urbs Perſarum. 148

I

ICHNIA oppidum Meſopotamiæ. 103
Idumæa Edom terra Paleſt.
Imaus mons Scythiæ maximus. 34

L

LAODICEA urbs Parthica. 13. 328. *An.* 4.
Lariſſa urbs Perſanina. 148
Licus fluvius in Aſſyria ultra Tigrim. 54
Lymera urbs in Lycia. 183. 143

M

MARE Caſpium, Aſiæ, & Scythiam prope. 192
Mare Oceanum. 315
Mare Rubrum ſeu Perſicum ſinum. 42. 315.
Mardi in Armeniæ & Mediæ confinio collocati. 36. 156
Media Atrapaſia regio. 144 232.
Media ſuperior Prov.
Media reg[illegible]
[illegible] maxima.
Media min[illegible]
Occide[illegible]
Media Ragi[illegible]
Meſopotamia [illegible]
Meſſenes inſ[illegible]
Migdonia re[illegible]
Mylaſſa Aſia[illegible]
Mariſa civi[illegible]

N

NICOPO[illegible] minoris [illegible]
Neapolis pe[illegible]
Neerda urbs B[illegible]
Nicephorium urbs Macedoni[illegible]
Ninos ſedes Aſſyriæ. 239
Ninus urbs Armeniæ. 73
Niphates Armeniorum mons. 197
[illegible]*bis* urbs Mygdoniæ. 90
Niſibis [illegible] in Armenia. 220
[illegible] Colonia Romana facta. 356
Nomadæ Parthos vocant aliqui. [illegible] 3.

O

ŒNOPARA flumen.
Oſrohenes regio quam alluit Euphrates. 319
Orontes.

P

PALESTINA regio Aſiæ inter Syriam ad Septentr. & Ægyptum ad Auſtrum. 179
Phrahata ſeu Praaſpa magna urbs. 151. 153
Pattalena inſula quam effluit Indus fluvius.
Parthia à Perſis & Macedonibus occupata. 4
— Aucta fuit uſque ad Portas Caſpias & apud Ragas. 13
Parthiæ urbes. Camiſenes & Chorenes, Aragos, Topiros, Apamea & Heracles, Leodica, Ragæia. 13
— Octodecim Provinciæ, quæ à Satrapis Regibus Parthorum regebantur; in Parthis Statinis, Meſopotamia & Babylonia, Apolloniatis, Ehaconitis, Cambodene, Media ſuperior, Media Ragiane, Choarne, Comiſene, Hyrcania, Aſtavene, Parthiene, Apavarchianes, Maryane, Aria, Anane, Drangiana, Sacaſſene, Arachoſia. 43
Parthiene Prov. Parthorum.
Percepolis urbs Perſarum.
Phœnicia regio Syriæ mari...
Phryni gens Scythica.
Pompeiopolis Ciliciæ urbs ...ima. 99
Pons conſtructus ſuper ... Bajano ...ans. ... An. 2
Ponti regio. 260
Puteoli oppidulum eſt Campaniæ. 216
Pyramus flumen. 199

R

RAGA populi à Rageia urbe nominati. 13. 297.
Rageia urbs Parthiæ reſtaurata à Seleuco Nicatore. 14
Roſdaſpes urbs Syriæ. An. 9.
Reſaina, olim à Theodoſio Magno reſtituta, Theodoſiopolis appellata fuit. An. 23.

S

SACASSENE Provincia Parthorum. 43
Sacas ſeu Scythas Aſpaſiacas. 12
Samoſata urbs metropolis in Syria. 143
Scythia Prov. Nomades Populi inter Sarmatiam & Scythiam alteram. 196
Seras non ad Syros & Phœnices.
Seraſpades urbs Syriæ. An. 9.
Selimas urbs Ciciliæ. 317
Soloces Seleucia magna civitas. 41
Spatani-vallum, urbs. 315
Syringes, caput Hyrcaniæ. 26
Syria regnum Aſiæ maximæ. 57
Syromacedoni Populi. 4
Singara urbs Meſop. 311

T

TABIS urbs Perſiæ in Paretaſede. 123. 40.
Taurus mons in Syria. 137. 144
Tranſtigritanæ urbes. 397
Trapezus mons à ſimilitudine menſæ dictus qui valle Meliagri imminet & flumini ...

nopâræ. 138
Tigrano-certa urbs Armeniæ. 254
363
Tigris fluvius apud Niſibin. 313
314
Tyba prope Euphratem. 123

V

VOLOGESO-CERTA condita in Armenia à Vologeſe. 290

—*Certa* ſive *Carta* nominata. ibid.

Z

ZARIADES urbs Armeniæ minoris. 28. 65.
Zapaortenes Daricum appellat Plinius.
Zebinna urbs Syriaca. 63
Zenodotia urbs.
Zeugma urbs propè fluv. Euphratem. 110. 140.

00083007

ADDENDA DELENDA ET EMENDENDA in Tomo primo.

Pagina 1. linea 2. ditionis. p. 2. l. 7. Hyſtaſpis. l. 12. ἀπογονω l. 3. ut & *pro* ſeu &. p. 4. l. 9. Antiochus. p. 5. l. 28. Artabanum IV. p. 7. l. 24. Petitus. l. 27. RELIQUO. l. 30. Reges l. 31. à quo l. 37. CONVICTU. p. 8. l. 22. *dele* ab illa. l. 23. Victorias ab eâ ſe recepiſſe. p. 9. l. 9. & Macedonas. l. 10. nuncupârit. l. 16. inſolenti *pro* ambitioſo. p. 15. l. 8. concinentibus. p. 16. l. 32. Simo. p. 17. [illegible] Attilio. p. 18. l. 8. decurſatus. l. 12. conditoris. p. 19. [illegible] ab eodem. l. 10. Hyde. p. 20. l. 1. [illegible] l. 11. conficebat. l. 30. [illegible]to. p. 26. l. 13. vi illud. l. 20. fir[illegible] cuneus. p. 29. l. 31. vultus [illegible] l. 19. *dele* opem. l. 20. ſic eſt [illegible] 33. l. 2. Henningem. l. 4. [illegible] Hic *pro* Rex iſte. p. 34. [illegible] tenus. p. 36. l. 28. *dele* [illegible] cap. 4. p. 41. adjacet [illegible] diam attingit. p. 42. [illegible]x. p. 44. l. 10. Mi[illegible] de ſtrenui Regis cæde [illegible] p. 45. l. 23. ex [illegible]m. p. 46. l. 2. Oſo[illegible]am. l. 26 ſed cle[illegible] tamen is *dele* iſte. [illegible] ΑΙΜΗΤΡΙΟΥ [illegible]idem. l. 30. Va[illegible] 53. l. 13. [illegible] 5. p 55. [illegible] p. 57. [illegible], cu[illegible] l. [illegible] 60. [illegible] rſus. [illegible] prii. [illegible] ioſq; [illegible] 3. con[illegible] 14. magis [illegible] l. 19. [illegible] l. p. 73. [illegible] 75. l. 15. [illegible]ncipis. p. 82. l. 7. *dele* Principem. p. 86. l. 19. inſomniis p. 87. l. 16. cepi Cottam. l. 18. Cyzicum. l. 26 inopia rurſus ambos. p. 88. l. 13. conditor. l. 27. exercitum. p. 89. l. 5. valles ditioni ſuæ ut permittat, expoſcit. l. 11. ſtatuiſſet *pro* maluiſſet. p. 91. l. 6. quem. l. 8. invaſurum. p. 92. l. 26. repetitum, poſtulatumque. p. 101. l. 16. Atropato. p. 103. l. 1. Babyloniis. p. 106. l. 1. Aſtrum ei ſimile. l. 7. ſummatum. l. 37. cumque. l. 38. Diodoti fugeret. p. 109. l. 12. geſturum. l. 21. Volâ pili. l. 25. magno cum periculo. l. 26. curam *pro* metum. p. 112. l. 21. incedat. l. 27. immiſiſſet. p. 114. l. 8. infeſtabantur. p. 118. l. 3. advolant. p. 121. l. 17. Solinus. l. 22 ſe Craſſum vivum adducere ſubornato. l. 24. *dele* Craſſum vivum adducere. l. 28. nuntium *pro* euntium. p. 124. l. 30. Caſſius. p. 125. l. 4. relata. p. 127 l. 7. factum. l. 11. Mallela. l. 19.

Ille ſeu Parthos latio imminentes
Egerit juſto domitos triumpho.

p. 128. l. 8. inteſtinos. p. 129. l. 9. patet. p. 131. l. 2. Antonius verò. l. 18. Didii. p 134. l. 24. Stratoniceam. p. 135. l. 4. ſub initium. p. 139. l. 21. metum. p. 142. l. 4. Magus. l. 11. Parthic. p. 145. l. 13. expendamus. p. 146. l. 23. ſeu. p. 148 l. 16. ſubditarum in. p. 154. l. 1. in eos. l. 5. receſſit. l. 28. equitatui. l. 30, compendioſioris. p. 169. l. 10. præſtolaretur. l. 15. effeminarunt. p. 171. l. 11. ſibi quoque vitam eripuiſſet : Cæſar Alexandriæ apud Antonium invenit per multos. p. 173. l. 6. *dele* nummum ipſum hic exhibere. l. 25. *dele* Epiſt. p. 174. l. 2. muneris. l. 15. autem *pro* iſta. p. 175. l. 2. Ectypa. l. 18. *dele* iſta. l. 19. Armeniani. p. 176. l. 18. Imperatori. l. 20. *dele* iſtis. p. 177. l. 10. *dele* qui. l. 18. Saraſpadum Ceroſpadem. l. 21. *dele* enim. p. 180. l. 6. jam videt. p. 18[illegible] l. 10. præſertim vero. Niſi [illegible] cum illius Naſo ſimilitudo. [illegible] 18. Bracteolâ *pro* lamina. p. 187 Phrahataces Phrahatis IV. [illegible]

Thermuſa. p. 189. l. 4. *dele* ipſe Orod[illegible]s. p. 192. l. 27. agens apud Dahis. p. 19[illegible]. l. 10. cap. 3. p. 195. l. 2. Nummus hic Vononi Phrahatis IV. filio Romæ pr[illegible]s obſidi adſignatur. p. 197. l. 18. accol[illegible]n-tes. [illegible] 203. l. 10. admonitionibus. 205. l. 27. Babylonicæ. p. 206. l. 12. exercuerat. p. 208. l. 9. hoſtis. p. 210. l. 11. fingerent. p. 211. l. 24. monet l. 11. omina p. 212. l. 7. *dele* nomen. p. 213. l. 4. Abdageſen. l. 6. Hiſque in Hircanis. l. 9. dominationi. l. 25. diſjectos. l. 27. hoſteſque. p. 214. l. 3. auctoritas. l. 27. erat ipſius. l. 28. Armamentariis. p. 217. l. 23. accerſitum. p. 21[illegible]. l. 19. ſi veris. p. 222. l. 14. cum auxilio. l. 19. æreo. l. 25. ſtrangularent. p. 231. l. 8. quos. p. 234. l. 18. deceſſiſſe. p. 236. l. 5. Regnum *pro* Principatum. p. 237. l. 26. uſui. p. 238. l. 16. exercitare. p. 239. l. 23. inſectationes. [illegible] l. 27. Regna. p. 246. l. [illegible] redi[illegible]lis *pro* pendulis. p. 251. l. 6. cum [illegible] 252. l. 19. compede. p. 255. l. [illegible]ctio. p. 256. l. 18. Syriam. p. [illegible] querente. p. 258. l. 26. Avia. [illegible]iæ novis. p. 261. l. 10. quæ ſi [illegible]62, [illegible]9. & Medi an. p. 263. l. 21. [illegible]tio ejus non. 266. l. 30. Verulano. [illegible] l. 17. fluvio. p. 269. l. 13. omi- p. 270. l. 18. reliquas. p. 272. l.

10. admonere. p. 276. l. 21. quarta & duodecima. p. 288. l. 1[illegible]. Cæſar *iis*. p. 289. l. 11. vivus. p. 291. l. 11. confugit. p. 296. l. 6. Neronem reducturum. p. 297. l. 5. cunctis. p. 300. l. 14. ſuperioribus. p. 30[illegible]. l. 9. Heniochonem. p. 317. l. 1[illegible]. deſerta eſt. p. 322. l. 30. percuſſus ſit. p. 326. l. 28. at optimo. p. 340. l. 22. ſingulo anno. p. 348. l. 37. ideo. p. 354. l. 8. abduci. p. 358. l. 30. ſic ut. p. 365. l. 19. pone caput Vologeſis. p. 370. l. 16. *pag.* 875. p. 371. l. 8. Caracalla omnem Rege deſtitutam cepit, & ut Oſthoenes ſibi concilia[illegible] poſſet. p. 376. l. 27. haud. p. 379. l. 3. quippe qui prælium. p. 395. l. 25. Anno V. C. 1012. p. 397. l. 1. ignotos. p. 399. l. 25. captus a[illegible] captivos ante [illegible] driam introducitur. l. [illegible] tatum. p. 400. l. 19. r[illegible] 404. l. 2. Maximinus. *E*[illegible] *ſuccedit*. Hic, cum Relig[illegible] nam deſerere coacti fuiſ[illegible] factuſque & ipſe eſſet Idolorum miraculo quodam percitus, C[illegible] fidem ſub Conſtantino Mag[illegible] tur. Sozom. lib. 10. Sub C[illegible] Conſtantini Magni filio[illegible] granes ſe Perſis cum [illegible] 14. in Armeniâ.

Annalium p. 11. l. 31. 788. p. 19. l. 6. laurum *pro* manum.

V

(D.D)

Digitized with financial assistance from
Dr. Devangana J. Desai
on 14 February, 2019